Praepositio juncta articulo: *o caitoir hac or achmonou* (gl. pube inguinibusque, premit rabidos canes), *or dometic* (gl. domito, quod defuit orbi), *or garn* (gl. medio, instita tegis pedes) gloss. Oxon. *or ford*, *or onnen*, *or auallen* etc. (a via, a fraxino, a malo) fq. in finium descriptionibus libri Land. *parc teccaf or byd* (hortus pulcherrimus mundi) Mab. 1, 27. *gwein yn llawn or dwfyr* (vagina plena aqua) Mab. 2, 246. Eadem junctio cum pronomi-nibus possessivis: *ni deuthum i yma om gwolat yr gworeicka* (non veni e regione mea huc ad ducendam uxorem) Mab. 1, 272. *mei-bon a gafas omhanuod . . . ombod* (pueros sumsit non e voluntate mea, e voluntate), *dewis di ae oth vod ae oth anvod* (elige aut e voluntate tua aut contra voluntatem) Mab. 1, 34. 242. *adywedy di ymi dim oth negesseu* (num dices tu mihi aliquid de negotiis tuis?) Mab. 3, 20.

Ante pronomina inchoata vocalibus: *dim oc awch da nys mynnaf* (rem de vestro bono nolo) Mab. 1, 272. *a difflannu aoruc owein oc eu plith* (et disparuit O. ex eorum medio) Mab. 1, 15. *eu harglwyd a gollyssynt. a llawer oc eu goreugwyr* (et dominum suum amiserunt et plures e melioribus viris) Mab. 3, 196.

Pronomina personalia suffiguntur formae auctae OHON (in

editis saepius separatur *o hon*, non bene). Sing. 1. pers.: *menegi ohanafi ytti dy afles. menegi o honafi ytti dy les* (dici a me tibi detrimentum tuum, commodum tuum, non bonum, bonum est) Mab. 1, 6. 19. 2. pers.: *am lad ohonat titheu y gwor priawt hi... mynet ohonat y lys arthur* (ob occisum a te ipsius maritum, . . . pergi a te ad aulam A., oportet) Mab. 1, 249. 3. pers. masc.: *adnabot aoruc . . rygaffel dyrnawt angheuarol ohonaw* (animadvertere coepit, accepisse plagam letiferam ab eo, Oweno) Mab. 1, 13. Fem.: *clybot ohonei hitheu cutrost hwoy yndyuoet. reded ohonei yn eu herbyn o lewenyd* (cum audirentur ab ea, muliere, eorum gressus venientium, ventum ab ea in eorum occursum prae laetitia) Mab. 2, 216. 217. Plur. 1. pers.: *yna ymlad awnaem ninneu y maen. ar neb auei drechaf ohonam a gaffei y maen* (tunc pugnabimus nos de lapide et qui fuerit fortissimus e nobis, capiet lapidem) Mab. 1, 277. 2. pers.: *un ohonawoch chwai am kymero i* (unus e vobis sumet me) Mab. 1, 21. 3. pers.: *ractal eur am penn pob un ohonunt* (frontale aureum circum caput cujusvis ex eis) Mab. 1, 3. *or diwed tewi ohonunt* (tandem taceri ab eis) Mab. 1, 248. Est tamen etiam pro *ohon* forma aucta ONAD (disjuncta item interdum): *apheis o bali melyn am bop un onadunt* (et tunica e panno flavo circum quemvis ex eis, pueris) Mab. 1, 3. *tegach yr hacraf onadunt hwoy nor vorwyn deckaf* (formosior maxime deformis ex eis, puellis, quam puella formosissima), *achwech onadunt agymerth wy march. . . achwech ereill onadunt agymerth wy arueu* (et sex ex eis sumsero equum, et sex aliae ex eis sumsero armaturam meam) Mab. 1, 4.

Cornice et armorice haec praepositio est A, destituens sequentes consonas, ejusdem usus, cujus est cambr. *o*, ad significandum locum, tempus, causam etc., vel genitivum et ablativum latinum post substantiva, adjectiva, verba. Formae auctae cum pronomibus suffixis sunt item cum *a* corn. armor. AHAN, corn. ANETH, armor. ANEZ.

Exempla cornica simplicis formae: *wy a bys a kon golon* (vos rogo e fideli corde) Pass. 1, 1. *y a rug a lena aga dry* (jusserunt ferre eos ex eo loco) 229, 4. *mear a pobyll ganse a thyghow hag a gleth* (multum populi cum eo a dextera et a sinistra) 97, 3. *mear a beyn a wotheery* (multum doloris tolerat) 54, 1. *glan off a woy an dremas* (purus sum a sanguine viri probi) 149, 2. Cum

articulo: *an ughelder ythese* (ex altitudine erat) 5, 2. *y fethaff tregis an barth dyhow* (ero locatus a parte dextera) 93, 3.

Praemissa adjectivis praepositio adverbia significat: *notye drys an wlas a ogas hag a bell* (notificare per terram propinque et remote) P. 249, 3.

Formae auctae praepositionis cum pronomibus suffixis: *arluth pan dyffris thet pow predery ahanaff gura* (domine, si venis in regionem tuam, cogita de me) Pass. 193, 2. *ahanas ythew screfys* (de te est scriptum) 14, 2. *anotho y gerhas y eneff* (ab eo abstulit animam) 106, 4. *may rollo bres anethy* (ut ferret iudicium de ea, mulierem adduxerunt) 32, 2. *gureg the re anethe mos then dre* (fecit aliquos ex eis ire in civitatem) 27, 2. *an prenyer the wuthyll crows anethe* (ligna ad faciendam crucem ex eis) 151, 4.

Exempla armorica e Buh.: *duet a lech se na daleet* (venite ab hoc loco, ne tardate) 138, 11. *ma querent so tut fier a britonery a noblanc a ti piuzic* (parentes mei sunt homines superbi e Britannia, e nobilitate, e domo divite) 36, 23. 38, 1. *a pell amser a het pemdec bloaz* (a longinquo tempore, a spatio quindecim annorum; *a het*, a longitudine, inde a) 12, 15. 16. *a trugarez doe* (a misericordia, per misericordiam dei, sanatus) fq. *den bras den a choas hac a stat* (vir amplus, vir electionis et status, sum ego) 28, 23. *me so den a laes* (sum vir legis) 150, 1. *da gouzout petra a mat a gra* (ad sciendum quid boni faciat) 18, 20. *francoq a pep ancquen* (liber quocunque dolore) 198, 21. *leun a iechet ha a pep quenet* (plena sanitate et quacunque gratia, puella) 46, 5. 6. *cals a souzan. cals a ancquen* (affatim curae, doloris) 16, 18. 130, 19.

Cum adjectivis efficit adverbia interdum: *me aya a berr* (ibo brevi, illico) 10, 21. *me a soing a scler* (video clare) 10, 23. *mir a cren* (serva fideliter, omnino) 62, 4. Accedit his praep. *di*: *duet off diapell* (veni e longinquo) 38, 7; adeo *adia* (tripliciter, *a-di-a*): *a diabell memeux sellet* (dudum studui) 156, 16.

Formae auctae: *ne sourci glan nep vnan ahanoff* (non curat omnino aliquis de me, mei) 118, 19. *nem boe quet dram fez anezeff* (non sunt mihi, non habeo, per fidem meam) 158, 9. *anezaff eo ez groaff fae* (de eo, ejus, ludibrium facio) 172, 22. *buhaz anezaff, an becq anezaf* (vita ejus, acumen ejus) 48, 10. 152, 14.

ez dle bezaf fez anezy (debet esse fides de ea, fides ejus, crucis) 154, 21. *greomp an guirionez anezi* (faciamus veritatem ejus, legis) 156, 23. Ex hodierna lingua enumerantur exempla formae prioris consociatae ad significandum 1. et 2. pers., alterius ad significandum 3. personae genitivum ap. Dumoul. (p. 40. 41): *ac'hano* (mei), *ac'hanomp* (nostri), *ac'hanot* (tui), *ac'hanoc'h* (vestri), *aneza* (ejus, illius, masc.), *anezi* (ejus, fem.), *anezo* (eorum, earum). E priori forma item adverb. *ahanen* (abhinc, ex hoc loco), de quo supra (p. 574).

Ex ejusdem praepositionis forma pleniore *od* (cf. hibern. vet. *uad* p. 589) residuae videntur armoricae *EUX* et *OZ*, *OUZ* (quae discernenda est ab infra sequente *oz*, *ouz* = cambr. *gworth*; siquidem non accipienda pro *dioz*, *diouz* = cambr. *gworth*), significantque etiam in hodierna lingua *us* Dumoul., *et*z Ieg. genitivum. Exempla e Buh.: *eux an bro man* (ex hac regione) 6, 5. *nem boe netra eux e madou* (non fuit mihi aliquid e bonis ejus, bonorum ejus) 170, 3. *mir oz pechet* (serva a peccato), *miret oz an pechedou* (servare a peccatis) fq. *ma mir ouz langour ha sourcy* (serva me a languore et cura) 90, 17.

Post *eux* saepius sequitur amplius praep. *a*: *eux a breiz* (e Britannia) Buh. 8, 16. *eo goall comps solony eux a Rigoall* (est. malum dicere falsum de R.) 166, 20. *eux a dour ezint difournis* (sunt aqua privati) 190, 27.

GUO (hibern. *fo*, sub), frequens adhuc in compositione, separatim vix occurrit, cum ejus locum occupaverit praep. *dan*. Exemplum cambricum vetustius praepositionis separatae in libro Landav. p. 149 in descriptione finium, quae incipit: *or pant nessaf dilicat gurruni* etc. (a faucibus, vallicula, proxima fonti G., fluvii, . . .), et finit: *guorruni nihit sursum hit penn guociueir ipant, ubi incepit finis* (secundum G. sursum usque in locum e regione valliculae). Pro *guociueir* paulo ante est *iciueir* (e regione) et in aliis multis locis *penn arcieuir* (recte e regione). Cornicum exemplum e Pass.: *ha woteweth* (et sub fine, tandem) 10, 4. 38, 3.

DI (hibern. *di*, de) in lingua vetustiore cambrica, ut hibernica praepositio, genitivum interdum indicans: *hin map di iob* (ut filius Jovis) gl. Oxon. In recentioribus codicibus, ut in codice rubro, pro *dy*, excussa *d* (p. 217), jam est *Y* (de, ex, ab):

y vys ef y keueis y uodrwv honn (de digito ejus sumsi annulum hunc) Mab. 2, 216. *blwydyn y heno . . . mi abaraf bot gwled* (anno ab hac nocte parabo epulas) Mab. 3, 20. *blwydyn y hedwio bydwch yma* (post annum ab hodierno die eritis hic) Mab. 3, 198. Frequentius praepositio haec obvia est una cum aliis quibusdam, obscurans harum significationem vel destruens, e. gr. jam in libro Landav.: *di am* (de circa, de), in Mab.: *y ar* (de super, de), *y wirth* (de apud, a), *y gant* (de cum, a), quarum exempla vide in his eisdem praepositionibus.

Consociatae hujus praepositionis cum pronominiibus suffixis exempla vix occurrunt, ob congruentiam cum mox sequente praepositione, et ob frequentiore usum praepositionis *o* pro ea.

Cornica et armorica praepositio eadem per se rarius invenitur, frequentius praemissa aliis.

Corn. THE: *yto the Galyle* (erat de Galilaea) Pass. 87, 4. Cum praep. *rag, worth: the rag, the ragthy, the worth, the worthaff, the worto* etc., quarum exempla videsis sub eisdem.

Armor. DI: *maz vizint don di prisonet* (ut sint liberi a captivitate) Buh. 204, 25. De compositis *diouz* (cambr. *y wirth*), *digant* (cambr. *y gan*) etc. infra.

DI (hibern. *do, ad*) cambrice, ut hibernice, dativum praesertim significans praeter lat. *ad* jam in vetustioribus glossis: *di litau* (gl. Latio, addat opes), *di aperthou* (gl. muneribus, sua addidit) gl. Oxon. Cum articulo: *dir arpeteticion ceintiru* (gl. miseris patruelibus) gl. Oxon.

Frequentissima adhuc est praepositio in hac forma vetustiore in descriptionibus finium libri Landavensis, significans *ad, usque ad*. Unum hoc exemplum brevius ex eis, p. 200: *Finis illius est. aper catfrut in guy ar i hit diuinid bet penn ar ciueir hadreck dindirn dir alt diuinid di drec dindirn. o drec dindirn diguasret di guy. maliduc guy ar i hit bet aper catfrut* (os Catfruti in G., secundum eum, fluvium, sursum usque ad regionem oppositam tergo Dindirn, ad rupem, sursum ad tergum D., a tergo D. deorsum ad G., ut ducit G. per longitudinem usque ad os Catfruti). In codicis Lichfeldensis vetustioris duabus ejusmodi descriptionibus nominantur soli termini, ad quos ducuntur fines circumscribentes ambitum agri. Quas ob vetustatem et manum coevam

et hic profero, quamvis ob ejusdem manus ruditatem vix possint legi, qualiter equidem legere possum secundum codicis imitationem, terminis singulis separatis a me lineolis. Prior (Lib. Land. Appendix, p. 273, nr. 6): *Mormarch. tudnred. † harodes elt guhebric do. 7 sci. elivdo* (Mormarch, Tutnert testes. et dedit Eltguobri deo et sancto Eliudo, scilicet possessionem pertinentem ad sequentes terminos:) *di pul ir deruen / di cimer / di aper fenrus / di sermain ir caru* (leg. *bermain, birmain, hirm.* ?) / *di bant buhine / di guveir hen lann / dir hitir melin / di maugles* (?) / *di rit bringui / di aper vsul* (?) / *di licat / di pul retin* : : / *di aper*. Posterior (p. 274, nr. 7): *ostendit ista corruptio* (i. e. conscriptio) *nobilitatem muinur med* (?) *diminih et mensuram eius. aper imer / di eguidmann / ditoldar* ∇ *guoeliu uelan* (?) / *di rit cellfin / di lih omior / di bir main* (leg. *hirmain*, ad longum lapidem?) *i bienidi*.

Ubique ergo in his jam *di* pro *do* vetustiore, quae in compositis tantummodo adhuc tenetur glossarum vetustiorum, e. gr. Oxoniensium: *doguomisuram* (mensuro, terram), *doguohintiliat* (gl. inceduus, i. e. ambulator), Luxemburgensium: *doguorennam* (gl. profundo), *douorinnom* (gl. austum, i. e. haustus), *douolouse* (gl. depromis). Jamque et hic prodit *di* glossa Oxon. *diguolouichetic* (proditus, i. e. ad lucem datus).

Etiam armoricam vetustiore hujus praepositionis formam DO in quacunque positione comprobatur descriptio finium agri cujusdam vetusta chartularii Rhedonensis, data anno 821 in lingua armorica, vocibus latinis paucis intermixtis (ap. Courson, pop. Brit. 1, n. 39): *ego. Catweten . . uendidi rem proprietatis meae id est de Ran riantcar. . . finem habens a fine ran melan don roch do fosmatuor cohito fos do imhoir ultra imhoir per lannam do fois fin rad dofhion dofnran haelmorin cohiton hi fosan dorudfos coihiton rudfos per lannam dofnran loudinoc pont imhoir. Haeldetuuid scripsit* (verbotenens ita: a fine partis, sortis, Melani ad rocam, ad fossam Matuori, secundum fossam ad ripam, i. e. rivum ultra ripam per lannam ad fossam finem partis Dofioni, ad finem partis Haelmorini, secundum eum ad fossulam, ad rubram fossam, secundum rubram fossam per lannam ad finem partis Laudinoci ad pontem ripae; pro *rad dofhion* legendum procul dubio *ran d.*). Quae descriptio in alia charta, data a. 824, etiam

latine invenitur, in paucis differens, in eodem chartulario (ap. Cours. 1, n. 41): *pars Riantcar quae est a fine Ran Melan ad rocham, a rocha ad fossatam Matwor, a fossata ad ripam, a ripa per landam ad finem Ran Dofion, secundum finem Ran Dohion et sortis Suhwoion usque finem Ran Haelmorin, per finem fossatellam usque ad rubram fossatam, per rubram fossatam usque ad pontem Loutinoc.*

Ex hac quoque praepositione *do, di* in recentiore cambrica lingua, excutiente *d*, forma *Y* prodiit, cum articulo *YR*, e. gr. *y gei* (Cajo), *yr neuad* (ad aulam), *yr gegin* (ad culinam), in Leg. et Mab. frequentissimae. Ut cum articulo item coit cum pronomibus infixis: *gwoyr yw ymtat i oll* (sunt viri patri meo, patris mei, omnes) Mab. 1, 264. *ythdihennydyaw* (ad te interficiendum), *ynporthi ni* (ad nos nutriendos) Mab. 1, 14. 252. De hac *y* redeunte in *o* in conjunctione cum pronomine possessivo 3. pers. sing. dictum supra (p. 396).

E praepositionis coalescentis cum pronomibus suffixis exemplis frequentissimis quaedam. Sing. 1. pers.: *deu uab oed im* (duo filii erant mihi) Mab. 1, 33. *cam nys goruc ym* (mali aliquid non fecit mihi) 1, 240. *mawr y dywawt y gwr imi y vot ef* (magnum esse virum dictum est mihi) 1, 7. *y kyuarhawd ef well ymi* (bene collocutus est mihi, salutavit me) 1, 4. *y medyant yssyd y mi* (potestas quae est mihi) 1, 7. 2. pers.: *bei nathybyckwn dyuot gormod o ovut itt. mi auanagwn itt* (si non cogitarem venire nimium horrorem tibi, ego dicerem tibi) Mab. 1, 5. *dihew oed iti gei* (persuasum esset tibi, Cai) 1, 5. *ni ae dywedron itti* (nos diceremus tibi eam, narrationem) 1, 2. *hyn adywedaf ytti gei* (hoc dico tibi, Cai) 1, 4. 3. pers. masc.: *yr neb adyllyei vynet yr neuad neu yr ystauell oe venegi idaw. yr neb adyllyei letty oe venegi idaw* (si quis debebat ire ad aulam vel ad cubiculum, ad id monstrandum ei, si quis debebat ad conclave, ad id monstrandum ei, aderat portarius) 1, 1. Fem.: *yno ybu hi . . . yny oed amser idi* (ibi erat ipsa, comitissa, donec erat tempus ei) 1, 20. Plur. 1. pers.: *dyuot tristit in agofal* (venire tristitia nobis et sollicitudo) Mab. 1, 33. *ae amser ynni vynet yr byrdeu* (num tempus nobis veniendi ad mensas?) 1, 11. 2. pers.: *mi ae talaf yvoch* (ego id solvam vobis) 1, 278. *aphei mynnevoch chwi . . . miui aawon y chwi* (si velletis vos, ego irem vobis, contra vos) 1,

35. 3. pers. : *y uenegi moes y llys ae deuarot udunt* (ad monstrandum morem aulae et ritum eis) 1, 1.

Cornice THE (pro *de*, p. 217), armorice DA profertur pro cambr. *di*, *y*, quibus formis omnibus subjacet primitiva *do*.

CORN. : *the vab den a thyswethas* (ad filium hominis respexit), *the Adam kewsis* (ad Adamum dixit) Pass. 5, 1. 6, 3.

Praepositionis junctae articulo *then* exempla supra in articulo prolata sunt (p. 241). Si recte impressa, videntur exempla cum *m* pronomine personali infixio servatae o praepositionis primitivae : *why atheth thym thom kemeres thom synsys thom paynys* (vos venistis ad me ad capiendum me, me tenendum, me torquendum) Pass. 74, 3. *gallas nyngese thom cara* (leg. *cafos*?) *na thom synsy* (non erat potestas me capiendi vel tenendi; cf. mox : *ow thas rom grontyas*, pater meus tradidit me) 75, 2, dum alibi, e. gr. 61, 4 : *thow hemeras*, est forma pronominis possessivi; sed cf. p. 394.

Armor. : *a grif sider da yuerdon* (proficiscar ad Hiberniam) Buh. 14, 6. *monet da demetri* (ire ad Demetiam) 30, 1. *den da perchen nem gouleno* (nemo ad dominum, ut dominum me poscet) 6, 9. *petra eo da doe guir roen* (quae res est deo vero regi?) 6, 1.

Cum articulo : *deomp dan ker* (eamus ad urbem) Buh. 42, 1. *quae dan oferen* (i ad missam) 26, 21. *heman so dan tut burzut pur* (hic est populo merum miraculum) 46, 10. *renoncc dan bet* (renunciare mundo) 20, 9. *an maru off dan tnou man* (mors sum huic valli) 10, 3. Eadem junctio est cum pronominibus possessivis infixis 1. et 2. pers. sing. *dam*, *daz*; absorbetur autem vocalis praepositionis in ceteris, 3. ps. sg. *de*, plur. 1. pers. *don*, 2. pers. *doz*, 3. ps. *do*, quorum exempla supra inter infixia (p. 395. 396).

Cornicae formulae cum pronominibus suffixis. Sing. 1. pers. : *thym na as troys na loyff na vo golhys* (mihi ne omittas pedes vel manus lavare) Pass. 46, 4. *why atheth thym* (vos venistis ad me) 74, 1. *te a ve thym danvenys lavar thymmo the honon* (tu es ad me missus, dic mihi tu ipse) 101, 3. 4. *moy a mynne thymmo pery* (plus si vellem mihi petere) 72, 4. 2. pers. : *pare del won lavaraff thys* (ut scio dicam tibi) 8, 1. *lowenny this owa vester* (gaudium tibi, magister mi) 65, 2. *ha theso y tanvonas* (et ad te misit) 116, 1. 3. pers. masc. : *y fe danvenys eleth dy* (sunt missi angeli ad eum), *y fe denvenys el thocho* (est missus angelus ad eum) 18, 4. 58, 2. *dyffry dotho* (fides in eum, Caesarem) 146, 3.

Fem.: *y meth Christ thythy* (dixit Chr. ad eam, mulierem) 34, 2. *thythy a vynnas dygtye* (ei, matri, voluit praebere, solatium) 199, 4. Plur. 1. pers.: *den rag y rane* (nobis ad dividendum) 36, 2. *te then gura* (tu facies nobis) 175, 3. *dew thyn parys* (duo nobis parati, sunt gladii) 51, 3. *ny reys thynny* (non necesse nobis) 94, 4. 2. pers.: *me a ra theugh ow cafos Christ* (ego faciam vobis, ut capiatis Christum) 39, 2. *me re beghas Jesus thewy ow querthe* (peccavi ego Jesum vobis vendens) 104, 2. *kentrow thewy why ny fyll* (clavi vobis non deficient) 158, 1. 3. pers.: *del yrghys Jesus thethe* (ita mandavit J. eis) 28, 1. *wy a yll gull da thethe* (vos potestis facere bonum eis, pauperibus) 37, 4.

Armoricae formulae. Sing. 1. pers.: *dre ma humfre dif ez e revelet* (per somnium meum mihi est revelatum) Buh. 30., 10. *duet eo diff consol* (venit mihi solatium) 12, 22. 2. pers.: *dit me a gra spes oreson* (ad te facio nunc orationem) 50, 5. *so dleet dit* (est debitum tibi) 70, 6. 3. pers. masc.: *lauar dezaff* (dic ei) 2, 8. *maz duy dezaf squient* (ut veniat ei memoria) 58, 7. Fem.: *mo goestilas dezi alies* (ea sponendi ei saepe, Nonnitae) 158, 14. *me gray dezy spes opressur* (faciam ei oppressionem, Nonnitae) 92, 7. Plur. 1. pers.: *an pez so ret deomp* (res est necessaria nobis) 60, 20. 2. pers.: *me compso dich* (dicam vobis) 18, 24. *doe ra roy deoch* (deus det vobis) 16, 4. *ret eo deoch* (necessarium est vobis) 38, 17. *peuch a pedaf deoch huy* (pacem peto vobis, pro vobis) 80, 5. Obvia etiam forma aucta: *duy pret da donet dauedou* (venit tempus redeundi ad me, ex animi deliquio; = *dauedoff*?) 60, 7. *troet eo em brut dont dauedouch huy en tyman* (cecidit in animum meum ire ad vos in hanc domum) 20, 3.

TROI, TRUI (= *tré*, p. 113, hibern. *tre*, *tri*, per), cambrica forma, pro qua scriptio recentior est *trwy*, vel destituta tenui *drwy*. Exempla vetustiora: *troi enmeituou* (gl. per nutus, accipienda nota) gl. Oxon. In descriptionibus libri Landav. passim: *truy uisc* (per Uscam, fluvium) 127. *trui ir coit*, *trui i coit* (per silvam) 116. 157. 232 etc. In Mab.: *y kerdawod radaw trwy y ryt yny welas y gaer* (progressus est per vadum donec vidit urbem) 1, 33. *ar hynny owein adrewis dynnawt ar y marchawc trwy y helym . . . athrwy y kroen ar kig ar asgwrn* (deinde O. feriit plaga equitem per galeam, . . . et per cutem ad carnem et os) 1, 13. *dodi aoruc y marchawc arllost y waew drwy awyn-*

ffroyn vy march (indidit eques lignum hastae suae per frenum equi mei) 1, 10.

Praepositionis hujus consociatae cum pronomibus suffixis exempla rariora sunt. In libri Landavensis descriptionibus finium: *bet gebenni trio di aper nant maur* (usque ad G. fluvium, per eum ad os vallis magnae) 116. *dir main tillauc dir cruc dir cruc arall dimynui mynugui truio di aper nant cum cinreith* (ad lapidem T., ad collem, ad alium collem, ad M. rivum, per eum, per M. ad os vallis C. C.) 187. Forma aucta *trwyd* in Mab.: *uchot yny delych yr koet y daethost trwydaw* (sursum donec venis ad silvam per quam venisti) 1, 6. *ti awydost kynnedyf yr auon. ny eill neb vynet dricydi* (tu scis habitum fluvii, nemo potest transire per eum; *auon*, fem.) 3, 94.

Cornica et armorica primitiva forma TRE in recentiore lingua jam semper est DRE. Vetustior armor. *tre*, significans tamen hibern. *tar* (trans), exstat in nomine regionis armoricae *Poutrecoet* in chartulario Rhedonensi, quae in eodem latine dicitur *pagus trans silvam* (cf. p. 159).

Cornica exempla e Pass.: *dre glethe a veughe dre glethe y fyth lethys* (gladio qui grassatur gladio occidetur) 72, 2. *dre y skyans bras. dre y thudder* (per scientiam suam magnam, per bonitatem suam) 3, 2. 3. Legitur ante articulum in eodem libro etiam forma aucta *dris* (cf. infra *trus*, *dris*) idem significans: *y pub dyller dris an vro* (in quovis loco per terram) 250, 2. *notye drys an wlas* (notificare per regionem) 249, 3. *dris an bys oll. dris oll an bys* (per omnem mundum) 31, 2. 200, 2.

Cum pronomibus suffixis formulae quaedam: *dretho Christ may fe brefys* (per eum, Caipham, Christus ut esset probatus, ut inquireretur in eum) Pass. 88, 3. *an avell devethys drethy* (pomum venit per eam, ex ea, arbore) 152, 4. *drethouh why be-thens lethys* (per vos esto occisus) 142, 3. *kenter gnyskis drethe* (clavus actus per eos, pedes) 179, 4.

Armorica e Buh.: *dre caret doe, dre caret doue* (per amorem dei) 68, 17. 70, 17. *an ancou so duet dre splet an pechedou* (mors venit per multitudinem peccatorum) 10, 2. Connexio cum sequente articulo vel pronomine modo adest modo deest: *querzet dren bro* (proficisci per terram) 2, 6. *me aielo prest dren forest man* (ibo audacter per hanc silvam) 34, 15. *dram fez* (per fidem

meam!) 158, 9; sed etiam: *me aia breman dre an bro* (eo nunc per regionem) 6, 12. *deomny tizmat dre an coatdou* (eamus illico per silvas) 32, 19. *dre ma hun, dre ma hunfre* (per somnium meum, video) 4, 18. 30, 10.

Cum pronomine suffixo 3. pers. sing. fem.: *dreizi doe ha devy a supliaff* (per eam, fontanam, ut saner, deum et Davidem orabo; impressum *dreizif* emendandum *dreizi* jam ob praecedentem rhythmum *guelhy*) Buh. 106, 27.

2. Praepositiones monosyllabae desinentes in consonas, incipientes a vocalibus: *ar, er, yr, in, is* et *uch, ac (a), ach, at, am*.

AR (hibern. *ar*, ad, apud), cambrica forma primitiva, significationem primitivam *ad* de loco, tam in intellectu quietis quam post verba motionis, in alias quasdam vertit, atque etiam pro his, e. gr. pro lat. *propter* et *pro*, in alias formas, ER et YR, transit.

Exempla significationis localis e libro Landavensi: *ir ford ar trodi, ir rit ar trodi, rit iguein ar trodi* (via, vadum ad Tr., vadum I. ad Tr., fluvium) 192. 218. *penn ir claud ar uisc* (initium fossae ad Iscam) 216. E Mab.: *kaer llion ar wysc* (civitas legionum ad Iscam) 1, 1. *gwahanfford ar y tu deheu itt* (via divisa ad latus dextrum tibi) 1, 6. *ar y llech y mae kawc aryant* (in lapide, super lapidem est lanx argentea) 1, 8. *ar uor ar y tir, ar vor ac ar tir* (terra marique) 2, 235. 3, 270. Inde aliquid deflexa significatione: *glewhcwt oed yno ar ureint porthawr* (Gl. erat ibi ad ritum portarii, ut portarius) 1, 1. *duc ditheu wynt yma ygydryt digawen ar vygkost i. . . ef ae duc yno y gymryt digawen argost gereint* (adduc eos huc ut sat accipiant ad sumtus meos, sumtibus meis, . . et duxit illuc tractandos sumtibus G.) 2, 45. *nys ry ef oe uod nac ar werth nac yn rad* (non dabit eum, gladium, volens nec pro pretio nec ut donum) 2, 227.

Exempla significatae motionis ad locum: *tebycko pawb dygywdaw y nef ar y dayar* (cogitabit quisque decidere coelum in terram) Mab. 2, 227. *owein adrewis dyrnawt . . . troy y kroen ar kig ar asgwrn* (O. feriit plaga per cutem ad carnem et os)! 1, 13. *burw kawgeit or dwfr ar y llech* (fundere lanceam plenam aqua super lapidem) 1, 13.

Motio contraria e loco significatur praemissa praep. *y* (= *di*,

p. 626): *hygyrchaf lle y ar uor ac y ar dir* (locus optime accessibilis e mari et e terra) Mab. 2, 5. *y ar y benn ef y pigwn ysyr bop ucher* (ab ejus, rupis, capite ferii stellas quacunque vespera) 2, 233. *troes yr helym y ar y wyneb* (decidit galea de facie) 1, 25. *kyffroi y ar y medwl* (expergefieri e meditatione) 1, 259.

Praepositio cum pronominiibus suffixis in forma ARN. Sing.

1. pers.: *yna y menegeis i yr gwr pwy oedwn. ar kerdet oed arnaf. adywedut vy mot yn keissaw aorffei arnaf. neu vinnou aorffei arbawp. ac yna edrych aoruc y gwr arnafi agowenu* (tunc dixi ego viro, quis essem, et consilium quod esset in me, mihi, et dicere, me esse quaerentem qui esset super me, me superaret, vel ego essem super quemque; tunc vir aspicere me et subridere) Mab. 1, 5. 2. pers.: *a vu ef gennyt ti a goneuthur amuod arnat* (num fuit apud te ad faciendum contra voluntatem in te?) 1, 240. *pa diaspedein yssyd arnat* (quae vociferatio est in te?) 1, 248. *nyt arnat ti y byd y keryd. namyn arnafi* (non in te erit liberalitas, sed in me, acsi esset mihi facta) 1, 246. 3. pers. masc.: *pan edrycheis ar y prenn nyt oed un dalen arnaw* (cum inspicerem arborem, non erat unum folium in ea) 1, 9. Fem.: *nyt oed un ystyllen heb delw eureit arnei* (non erat unum spatium sine effigie aurata in eo) 1, 15. *y gwelei ef yr elor. allenn o vliant gwynn arnei* (vidit feretrum et tegmen lini albi in eo) 1, 16. Est etiam formula feminina desinens in *i*, inficientem vocalem praepositionis: *llech ynymyl y ffynnaw. ar kawc erni* (lapis ante fontanam et lanx super eum) 1, 13. *ef awelei gaer uawr. athyreu kadarn amyl erni* (videbat castrum magnum et turres firmas copiosas in eo) 1, 250. *llys iarlles y kampeu. py gampeu yssyd erni hi* (aula comitissae rerum fortiter gestarum; quae sunt res fortiter gestae de ea?) 1, 271. Plur. 1. pers.: *corn y wallaw arnam* (cornu exhauriendum nobis) 2, 223. 2. pers.: *os gofut a daw arnawch os gal-lafi les mi ae gunaf* (si est necessitas super vos, vobis, si possum prodesse, faciam) 1, 256. 3. pers.: *drwc ydaeth arnunt hynny* (male venit eis hoc) 1, 15. *ny lyuassei neb. . . kynnullaw na meirch nac arueu. rac doddi y vryt or mab arnunt* (non permisit alicui. . . adferre nec equos nec arma, ne verteretur animus a puero ad ea) 1, 236. Est etiam forma magis aucta ARNAD: *llo-neit ydorn o vereu. a golwython arnadunt* (manus plena verubus, et frustra super illa) 1, 2. *byrdeu oed gwedy eu dyrchauel. a bwyd*

a llynn yn didlawt arnadunt (mensae erant jam paratae, et cibus potusque abundanter super eas) 1, 263.

Ad significandas praepositiones latinas *propter*, *per*, *pro* cambrice ex ante dicta propriae formae progressae videntur, ER et YR, quarum haec est juxta *ar*, ut *ym* juxta *am*, et illa vocalem praepositionis infectam sibi vindicavit. Differunt tamen formae auctae cum pronomibus suffixis, cum ex *ar* fiat *arn*, ex *yr* vero *yrđ* (ut *ynd* et *yn*, in).

ER: *menegi y arthur mae mi ath vyrywoys er enryded gwas-sanaeth idaw ef* (dicere debes Arthuri, quod ego sum qui vici te propter honorem servitii ejus) Mab. 1, 244.

YR: *medwol arall ae kyffroes ynteu nat yr medwol ymdanaw ef ydywedassei hi hynny. namyn yr ystyryaw karyat ar wr arall* (cogitatio alia expergefecit eum, quod non propter cogitationem circa eum dixisset, uxor, hoc, sed propter amorem in alium virum) Mab. 2, 35. *yr awelych nac yr aglywych arnaf. nac ymchoeldi dracheuyn* (nec propter quod videris nec propter quod audiveris circa me, revertaris) 2, 36. *ac yr duw ac yr dy syberwyt pwylla worthaw* (propter deum et propter honestatem tuam, miserere ejus; *yr duw*, per deum, obsecrandi formula et alias obvia) 1, 270. *oes obeith gennyti ti ar gaffel dy ellhong ae yr eur ae yr aryant ae yr golut pressennawl. ae yr catwent ac ymlad* (num spes tibi, quod consecuturus sis libertatem tuam vel per aurum vel per argentum, vel per donum pretiosum, vel per pugnam et contentionem?) 2, 234. *nas rodwni euo ettwa yr y pallfrei goreu* (non darem eum pro optimo equo, equum meum) 1, 10. *welydi yma yti bwyth yr ireit bendigedic* (ecce tibi hic remunerationem pro unguento salutari) 1, 30. *yr rydit idaw yrodes hanner y gyfoeth ehun* (pro libertate dedit ei dimidium dominii proprii) 1, 30.

Cum pronomibus suffixis formulae: *yrofi a daw droc y madreist* (per me et deum, malum perpetrasti), *ac yr duw ac yrof ynneu par di* (propter deum et propter me, cura tu!) Mab. 1, 267. *yrot ti mi abwyllaf ac arodaf y eneit idaw heno* (propter te ego miserebor et dabo ei vitam hac nocte) 1, 270. *os oth uod y gwney ditheu yrofi. kyssondob tragwyd dnoahan awyd yrom tra uom vyw* (si libenter tu facies mihi, connubium perpetuum inseparabile erit nobis, quam diu erimus vivi; cf. hibern. vet. *airibei*, *airriu*, vobis, eis, p. 578. 579) 2, 46. Cum *d* immissa: *nyt gwerth*

arnaw ef dim. . . na vynnaf vn gwerth yrdaw (non pretium in eo aliquod, non valet aliquid. . . nolo quodcumque pretium pro eo) Mab. 3, 158. *iawn yw idaw coffau ymi ac yr wreic honno awnaethom yrdaw* (justum est ei cogitare de me et muliere hac quod fecimus pro eo) 3, 35. *kyuarth arodei yr kwon heb gilyaw yrdunt* (stetit contra canes, non rediens propter eos, ursus) 3, 150.

Cornice et armorice pro praep. *ar* in usum venit forma WAR (aucta *warn*, *warneth*, *warnez*).

Cornica exempla e Pass.: *war penakyll an goras* (ad pinnaculum eum posuit) 13, 3. *war an forth* (ad viam, stratae vestes) 29, 3. *den vyth ny yl leverell war anow oll myns* (nemo potest dicere nomine omnem magnitudinem) 59, 3.

Cum pronominiibus suffixis: *mestry vyth te ny vea wuraff ve* (potestatem tu non haberes super me) Pass. 145, 2. *caman na yllly gwythe warnans na bosse y ben* (locum non poterat invenire, in quo poneret caput suum) 205, 2. *warnotho a rug cry* (ad eum, Pilatum, fecerunt clamorem) 117, 1. *y beynys o cref warnotho* (dolores magni erant in eo) 56, 3. *warnetho gwelsons clevas* (in eo viderunt morbum) 157, 2. *pan a drug ynyough-wy waruntho* (quid mali accusatis in eo?) 99, 1. *an asen a ve kreghys warnethy rag eselhe* (asinus erat paratus ad sedendum in eo; *asen*, fem.) 28, 3. *war agan flehys ha warnan* (super liberos nostros et super nos, veniat sanguis) 149, 4. *then menythyow why a ergh warnough cothe* (montibus imperabitis super vos cadere) 170, 1. *bohogyon warenough ow carme* (pauperes in vos clamantes) 37, 3.

Armorica forma, hodie etiam *war*, scripta VOAR occurrit in Buh.: *monet voar mar* (proficisci mari) 4, 23. *santel meurbet voar an bet man* (valde sanctus in hoc mundo) 46, 21. *aedoff aman voar an hent* (sum hic in via) 36, 21. Post verba motionis: *quae voar an bet* (i in mundum) 2, 2. *deomp buhan voar an maes* (eamus celeriter in campum, rus) 28, 17. Significat et causam: *voar se pan eo oz appetit* (propter hoc, quia est vestrum desiderium) 24, 17. Cum pronominiibus suffixis exempla in eodem libro non leguntur; hodie tamen etiam in usu sunt formulae: *warnoun* (ad me, super me), *warnezan* (super eum), *warnomp* (super nos) etc.

IN, YN (hibern. *in*, *i*, *in*) in cambricis libris recentioribus

n mutat ante consonas secundum regulas (p. 137), in vetustioribus saepius omittit tam ante consonas quam vocales (p. 136).

Exempla cum intellectu hibern. *in* cum dativo: *dierchim tir telih. haioid ilau elcu f. gelhig* (ad poscendam terram T., quae erat in manu E. filii G.) Cod. Lichfeld. in append. ad libr. Landav. p. 271. *dir main i cecin ir alt* (usque ad lapidem in dorso saltus) Lib. Land. 186. *yn ynys prydein* (in insula Britannia), *yn lle arall* (in alio loco) Mab. 1, 4. 5.

Exempla cum sensu motionis in locum vel tempus: *grefiat guetig nis min i tutbulc hai cenetl i ois oisou* (notarius postea non surget in Tutb. et genus ejus in aetatem aetatum, in perpetuum) Cod. Lichfeld. l. c. *aper caruan i ciuer diued* (influxus C. fluvii in C. D. fluvium) Lib. Land. 117. *crasnell bet pan discynn yn uisc* (Cr. rivus donec incidit in Iscam), *guy nyhyt hit pan discynn yn hafren* (G., deorsum donec incidit in Sabrinam) Lib. Land. 127. *aper finnaun doudec seint yn linn syuadon* (ostium fontis duodecim sanctorum in stagnum S.) Lib. Land. 138.

Ante articulum: *in ir guorimhetic* (gl. in arguto, foro) gl. Oxon. *rit ar i frut in ir coit maur* (vadum super fluvium in silva magna) Lib. Land. 70. *ar hit i nant du dirguairret bet pann discin inidair cin circhu taf* (secundum fluvium nigrum deorsum donec cadit in terram antequam pervenit in T. fluvium) Lib. Land. 247. *gweison yn saethu yny lle y gwelsei gynon* (pueri sagittantes in loco, ubi viderat C.), *ygweisson yn saethu yn yr un lle* (pueri sagittantes in eodem loco) Mab. 1, 12. 22.

Formulae cum pronominiibus suffixis: *a chymryt tristit ago-weileint awneuthum ynof am hynny* (et sumere tristitiam et sollicitudinem coepi in me circa hoc) Mab. 1, 5. *kawc aryant adwofyr yndaw* (lanx argentea et aqua in ea) 1, 15. *ar ffonn hayarn adywedassei y gwr y mi uot llwyth deuwr yndi. hyspys oed gennyf uot llwyth pedwar mihor yndi* (et clava ferrea, de qua dixerat vir mihi esse pondus duorum virorum in ea, persuasum mihi erat esse pondus quatuor militum in ea) 1, 7. *kawgeu aryant adwofyr y ymolchi yndunt* (lances argenteae et aqua ad lavandum in eis) 1, 5. *gwedy ryuynet gwylltineb yndunt* (cum redierat feritas in eas, capreas) 1, 236. Supponendae pro ceteris personis formulae *ynot, ynom* etc.

Cornice IN, YN, Y in Pass.: *yn kyg yn goys ow pewe* (in

carne, in sanguine vivens) 256, 4. *y le may then* (in locis, ubi eramus) 79, 3. *dowr ha goys y kemeskis* (aqua et sanguis in mixtione) 58, 4. *yn neff tregis, in nef tregis* (in coelum receptus) 7, 2. 93, 3. Cum pronomine possessivo infixio: *me a wort yth serwis* (ego stabo in servitio tuo) 49, 1.

Cum pronomibus suffixis: *ino luhas tol a ve tellys* (in eo, capite, multa foramina sunt forata) P. 133, 4. *ynno me ny gaffe scyle* (in eo non inveniebam culpam) 142, 4. *an ioul ynns re dreese* (diabolus in eum intulit) 47, 4. *an grayth ynhy ese* (moeror qui in ea erat, matre Jesu) 222, 4. *han grows ave drehevys ha Jesus fasteys ynny* (et crux est erecta et Jesus fixus in ea) 184, 1. *un Ethow a wyskis kenter ynhy* (Judaeus clavum impulit in eam, manum) 182, 2. *towyll veth ny allof yn fas ynne sensys* (instrumentum non possum bene in eis tenere, manibus) 156, 4. *corsow esa ynne* (cadavera quae erant in eis, sepulcris) 210, 2.

Armorica ejusdem praepositionis forma EN vel E: *en calon pan soingaff* (in corde si cogito) Buh. 8, 1. *collet en bet man* (in hoc mundo perditae, res meae) 4, 15. *en bro a vezo bras* (in terra erit gravis) 86, 24. *en breiz man* (in hac Britannia) 84, 15. 88, 13. *do quelen en enesen man* (ad docendum in hac insula) 6, 22. *duet mat en abaty hac en ty man* (accepti vos in abbazia et in domo hac) 186, 6. *ma mir e pep lech oz pechet* (serva me in omni loco a peccato) 16, 14. *den bras e keretic* (homo amplius in Cere-tica) 28, 24. *guirion e bro bretonet, santel e bro Breton* (justus, sanctus in terra Britannorum) 44, 16. 48, 3. *e breiz ysel* (in Britannia inferiore) 100, 8. 206, 17. *beuaf real e leallet* (vivam omnino in legalitate) 28, 15. Post verba motionis: *en ty he digacc a griff* (in domum eam ducere volo) 24, 1. *duet breman en leandi* (venite nunc in conventum) 38, 4. *off duet e buhez* (veni in vitam) 14, 1. *monet voar mar e bro arall* (proficisci mari in aliam terram) 4, 23. In his quaeritur, an non sit *e* forma primitiva, *en* ex eadem coalescens cum articulo. Obtinet tamen *en* ante vocalem, quando non adest articulus.

Ante pronomina possessiva: *troet eo em brut em studi* (cecidit in animum meum, in studium meum) Buh. 20, 2. *euel vn merch en he guerchdet* (ut puella in virginitate sua) 18, 8.

Cum pronomine personali: *pouls enhaf hoant* (fac in eo desiderium) Buh. 86, 10. *ennaff breman eo ema goall* (in eo nunc

est injuria) 166, 19. *deomp cren bed enhaff* (eamus mox ad eum), *duet euel hen bedec enhaff* (venite ergo ad eum) 184, 1. 18. *me meux en hy an audiui muyhaf* (habeo in ea, Demetia, maximam voluptatem) 30, 3. *mont bet en hy a griff* (ire ad eam, puellam, volo), *me men ma enten bet enhy* (cogito proficisci in eam, Demetiam) 24, 1. 30, 2.

IS (hibern. *ís*, infra), obvia aut simplex aut composita cum *od* (ad in libro Land.): *teir eru iss rit deueit* (tria jugera infra vadum ovium) Lib. Land. 237. *gwraged oll is vy llaw inneu* (mulieres omnes infra manum meam, infra me sedebant) Mab. 1, 5. *i bron ir all adis ir ecclhuis nissien* (ad pectus saltus infra ecclesiam N.) Lib. Land. 232. *disgynnassei arthur aetu y kedyrn odís kaeruadon* (descenderat A. et viri ejus fortes infra C.) Mab. 2, 380.

UCH (hibern. *ós*, *uas*, supra), ut praecedens, aut singularis aut cum eadem particula: *gwellt aoed uch eu pennau ac is eu traet* (stramen quod erat super eorum capita et infra pedes) Mab. 2, 374. *pan uei uwyhaf y glaw. dyrnued uch ylaw ac arall is y law y bydei yn sych* (quando erat pluvia maxima, quantum tegitur palma supra ejus manum et item infra ejus manum erat siccum) Mab. 2, 213.

Praepositio utraque cum pronomine suffixo: *ae gleicaw ohonunt ynhafren. yny yttoed yn llenwi odyuchtaw* (et deiciebatur ab eis aper in Sabrinam, donec demergeretur infra) Mab. 2, 246. *ar parth gulleugin dir ecclhuis bet mouric di penn ir inis ad huchti hapenn irall adisti* (a parte occidentali ecclesiae ad M., ad caput insulae super eam et caput rupis infra eam) Lib. Land. 231.

Cornice et armorice adjici solet praep. *a* (cf. p. 624). Exempla cornica obvia in Pass.: *a ugh eglos tek y setva ythese* (supra ecclesiam pulchram ejus sedes erat) 13, 4. *a ugh pen Christ gorris* (supra caput Christi positus, libellus) 189, 2. Simplex praep.: *an meyn ese ugh Jesus* (lapides qui erant super Jesum) 244, 3.

Armoricum exemplum e Buh.: *gant curun ha foultr discoultret a vs ma pen so disquennet* (cum tonitru et fulmine erupit, super caput meum descendit, tempestas) 94, 13. Conjienda est inde etiam utriusque dialecti formula *a is* (= cambr. *adis*, infra).

AC (hibern. *as*, ut cambr. *uch* = hibern. *ós*), proprie *ah*, *ach*, cujus aspiratio transfertur in sequentes consonas ejus ca-

paces, ante vocales autem deficit in *c*. Usus idem fere qui est praep. germ. *mit*, cum intellectu instrumenti vel societatis.

Exempla cambrica: *y tynnir achyllell prenneu oe uaraf* (vel-
litur forcipe lignea barba ejus) Mab. 2, 236. *taraw aoruc owein
achledyf* (percutere coepit O. gladio) 1, 31. Jam inter glossas
Oxon. (sine aspiratione): *ha crip* (gl. pectentem, i. e. pectine).
Porro in Mab.: *llanw crochan a dwfyr* (implere vas aqua) 1, 17.
*achyt gerdet awnaei abwystuileit. achyt ymborth ac wynt yny oe-
dynt gynefn ac ef* (et una ire cum bestiis coepit, et ali cum eis,
donec essent familiares cum eo) Mab. 1, 27.

Cum articulo *ar*: *ir ef ar ireit hwnn* (ungue eum hoc un-
guento) Mab. 1, 27. Pronominum personalium non est suffixio,
sed adjectio in forma absoluta: *ny chwaryei weisson vy mam a
mivi velly. minneu a chwaryaf a thitheu val hynn* (non ludebant
pueri matris meae mecum ita, ego ludam tecum ita) Mab. 1, 242.
taraw karw a hi (caedere cervum cum ea, clava; *ffonn*, fem.) 1, 7.

Cornica et armorica exempla ejusdem praepositionis videntur
haecce. E Pass.: *a Grist ow cothaff mernans anken y a wothe-
vys* (cum Christo tolerante mortem angorem ipsa toleraverunt,
elementa) 211, 2. E Buh.: *hac clezef noaz ho lazaff* (nudo gla-
dio eum occidam) 90, 10. *lech dorn ornet hac vn pomell guell* (lo-
cus manus, in gladio, ornatus pomulo formosiore) 152, 13. Etiam
mox sequentium praepositionum hujus seriei usus minus frequens
est tam in cornica quam in armorica dialecto.

ACH (hibern. vet. *oc*, ad, apud; cf. et adj. hibern. *acus*,
ocus, vicinus): *yr awon uchot hyt ym ach mur kaerloyw* (fluvius
sursum usque prope murum C.) Mab. 2, 234. *ach y law, ach eu
law* (juxta ejus, eorum, manus, i. e. juxta eum, eos) Mab. fq.

AT, ATT (ad) praepositio cambrica sat frequens. Quaeritur,
an sit comparanda cum part. *ad-* in compositis hibernicis et galli-
cis vetustis. De mediis cambrice interdum transgredientibus in
tenuis supra disputatum est (p. 46).

Exempla: *yna ydoeth kei at arthur* (tunc ivit C. ad A.) Mab.
1, 22. *ymchoelut aoruc kei at y gedymdeithon drachefyn* (verti
coepit C. ad socios suos retro) 1, 24. *dyuot aoruc att owein* (ire
ad O.) 1, 20. *dyuot att y vorwyn, att yr iarilles* (venire ad puel-
lam, comitissam) 1, 15. 19. *ydeuth att y uam* (ivit ad matrem

suam) 1, 236. 238. *nessau aoruc att y garrec* (appropinquabat ad rupem) 1, 31.

Cum pronominiibus suffixis: *yna y gwybydafi dy dyfot tiheu attafi* (tunc sciam venire te ad me) Mab. 1, 15. *dyuot tu ac attat* (venire versus te) 1, 8. *negessawl wyfi y gan arthur attat* (mandata sunt mihi ab A. ad te) 1, 260. *dynessau awneuthum attaw* (coepi appropinquare ei) 1, 3. *dyuot aoruc lunet attei* (venire L. ad eam, comitissam) 1, 18. *ydoeth trichawr ogeori attam* (tres gigantes venerunt ad nos) 2, 57. *dyuod aorugant y llu attunt* (venire ad eos) 1, 25.

Cornicum vestigium hujus praepositionis esse videtur in Pass.: *Pylat a gowas a Jesus* (P. dixit ad J.) 126, 3.

AM (pro AMM, hibern. *imm, imme*, vetust. gall. *ambi*, circum, circa, cf. p. 99. 167) alternans cum YM, praesertim in forma aucta cum pronominiibus suffixis AMDAN, YMDAN.

Exempla e Mab. (ubi destitutio sequentis consonae saepius negligitur): *achymryt twel o vliant gwyn aedodi am vynwogl owein* (et sumere mappam e lino albo eamque ponere circum cervicem O.) Mab. 1, 17. *ractal eur am penn* (frontale aureum circum caput) 1, 3. *iawn ymedreis i am benn y carw* (recte constitui ego circa caput, de capite, cervi) 2, 28. *am hanner bwytta amofyn aoruc y gor* (circa medium prandii quaerere coepit vir) 1, 12. Est etiam eadem significatio cum praep. *ar, yr* (propter, pro): *paham heb yr hi. am nat wyt ynenryded* (cur? dixit ea. propter quod non es aequae nobilis; *paham*, p. 403; *am nat* pro *am hynny nat*, propter hoc quod, cf. *yr awelych*, p. 398) 2, 10. *a chymryt tristit awneuthum am hynny* (et sumere tristitiam coepi propter hoc) 1, 5. *pedh aroydy ymy am hyn* (quid dabis mihi pro hoc?) Leg. 2. 4. 9. *kyuot ti odyndy y wneuthur iawn ymi am dy agkemhendawot dy hun* (surge inde ad faciendam satisfactionem mihi pro tua impudentia) 2, 65. Comitantur saepius subst. *penn* (caput) vel aliae praepositiones, quibus interdum vix significatio mutatur, interdum in certo quodam sensu: *y pennyal aoad amben kei* (concursum qui erat circum Cajum) 1, 258. *y ny del y iarll ac holl allu gantaw ampenn y lle hwonn* (donec venit comes ejusque omnis potestas cum eo circa hunc locum) 1, 252. *diam y cam* (de injuria, iudicium) Lib. Land. privil. p. 113. *y am e dyskyl ac ef, y am etan ac ef* (de circa mensam, ignem, cum eo; i. e. oppositus

ei intermedia mensa, igne) Leg. 1. 6. 1. *hyt am hanner bwoyt* (usque circa medium prandii, nullum verbum dictum) Mab. 1, 5. *hyt ym ach mur kaerloyw* (usque circa muros C.) 2, 234. *ymdan y varch* (circum ejus equum, pallium album) 2, 388. *dynessau parth ac yno dan ym ardisgwyl obell* (appropinquabant versus eam partem usque circa animadversionem e longinquo, donec animadverterent procul; notandae hic formae *ymdan* et *dan ym*) 2, 236.

Cum pronomibus suffixis formulae: *dodi gwisc arall amdanaf* (induere aliam vestem circum me, coeperunt) Mab. 1, 4. *nywnaeth y gwor ymdanaf o vawred. kymeint am karcharu* (non fecit vir circa me tanti aliquid, ut me caperet) 1, 10. *kymmer digawon o arueu ymdanat* (sume satis armorum circum te) 1, 259. *gwisc ymdanat* (indue vestes circum te) 2, 35. *aglyvoydi getreu ygwyr ymdanat* (num audis tu verba virorum circa te, de te?) 2, 37. *mantell o pali melyn ymdaw* (pallium e panno flavo circum eum) 1, 3. *cwmsallt ymdanaw ef* (pallium circum eum) 2, 388. *dwyn kedymdeithon idi o wyr agworageð hyt nadywedit am vn corwoyn yn ynys prydein vwy noc amdanei* (dati socii ei, Enitae, e viris et mulieribus, ita ut de nulla puella in insula Britannia plus diceretur quam de ea) 2, 28. *ractal eur am y phenn. agwisc o bali melyn ymdanei* (frontale circum caput ejus, puellae, et vestis e panno flavo circum eam) 1, 14. *y wisc awynno ymdanei* (ad induendum quod vellet circum se, puellam) 2, 20. *nyt oed dillat ymdanunt* (non erat vestis circum eas, mulieres) 1, 36. *hendillat atueiledic ymdanynt* (vestis vetusta lacerata circum eos) 2, 24.

3. Praepositiones monosyllabae consonis inchoatae et terminatae: *min*, *guor*, *rac*, *hep*, *dan*, *tros*, (*traws*), *rwng*, *cant* (*can*), *kynn*.

MIN, MYN, nec hibernicae linguae cognita praepositio, nec comicae vel armoricae, in obsecrandi formulis cambricis tantum obvia: *myn vygret* (per meam fidem) Mab. 1, 240. *mynllaw vygkyfeillt*, *mynllaw vygkyfaiillt* (per manum amici mei), *myn dy law di* (per manum tuam) 1, 11. 277. *myn y gwor angwnaeth ni ar y delw honn* (per eum qui nos formavit in hanc formam; praecedit 241: *yr y gwor ath wnaeth ar y delw honn*) 2, 242.

GUOR hibernicae praepositioni *for* respondens britannica separata in usu non est, sed nonnisi in compositis adhuc invenitur, quorum exempla sequentur infra (in compositione).

RAC (hibern. *ren*?) significat lat. *contra, coram, prae*: *rac pob guall* (contra omne infortunium) Leg. 1. 33. 4. *inis rac pouisma deui* (insula e regione loci quietis D.) Lib. Land. 249. In his significationibus infinitivis juncta vel subst. *bronn* (pectus) fit magis conjunctio vel praepositio nominalis: *da yw gennyfi eu kymryt ohonaw. rac eu kaffel om gelynyon* (bonum mihi ea, arma, sumi ab eo, contra eorum sumtionem, ne sumantur ab hostibus meis) Mab. 1, 29. *uely ydifferassant hwy lunet rac y llosgi* (ita liberaverunt Lunetam, ne combureretur; quae significatio contraria est significationi cornicae praepositionis cum infinitivo) 1, 36. *dyrchafel aoruc y uorwyn rac bronn owein* (mensam parare coepit puella coram O.) 1, 18. *achyweiriaw y uarch yndiwall. adodi dogyn o woyt rac y uroon* (et tractabatur equus ejus bene, et sternebatur affatim pabuli coram eo) 1, 33. Porro: *yr awyr ynedriaw rac meint y gweidi ar utkyrn* (aër tremens prae magnitudine fragoris e tubis) 1, 16. *rac kewilyd* (prae pudore), *rac tristit* (prae tristitia) 1, 10. 18. *rac ofyn* (prae timore) 3, 301. *rac blinder* (ob lassitudinem) 2, 41.

Cum pronomibus suffixis: *achyuoði aorugant ragof* (et surgere coeperunt coram me) Mab. 1, 4. *kyfodi aorugum. acherdel ragof* (surgere coepi et pergere prae me, pergere porro) 1, 6. *dos ragot* (perge!) 1, 237. *ny chelaf vygkysthwn ragot* (non celabo genus meum coram te) 1, 276. *kerdet racdaw aoruc, y kerdawd racdaw* (perrexit, processit in itinere) Mab. fq. *achychwyn aoruc hitheu racdi* (et pergere coepit, puella) 1, 15. *eb wyr nawd duw ragoch* (heu, viri, gratia dei vobis!) 2, 216. *mi aaf yn gyuarwyd ragoch* (ego ibo dux coram vobis) 2, 232. *kerdet aorugant racdunt* (progressi sunt) fq.

Corn. RAG, THE RAG, armor. RAC, DIRAC, quarum simplex forma magis *prae, propter, pro* significat, composita *coram*.

Cornica e Pass.: *du a sonas an bara the rag y abestely* (deus benedixit paui coram apostolis) 44, 1. *ef a gewsys the rag leas hunny* (ipse dixit coram multis e nobis) 240, 1. *may fe dres the rag Christ pehadures* (ut coram adduceretur Christo peccatrix) 32, 1. *rag demys eff an geve awell boys* (prae fame habuit desiderium cibi) 10, 4. *an arghans a gemeras rag corf Jesus* (argentum quod accepit pro corpore Jesu, Judas) 103, 2. *rag henn, rag henna* (propter hoc, ideo) 5, 4. 7, 4. *prag* (propter quid? cur? cf. p. 403)

fq. Cum infinitivo idem significat quod hibern. *do*, cambr. *y*: *ef a geosys rag y demptye* (dixit ad eum tentandum) 14, 1. *erbyn Christ rag y welas y eth ha rag y worthye* (in occursum Christi ad eum videndum iverunt et ad eum venerandum) 29, 2.

Cum pronomibus suffixis formulae: *nyngew ragos se lath* (non est pro te occidere) 123, 2. *ragtho y honan* (per se ipse, tulit dolores) 6, 1. *eleth the rygthy a seff* (angeli coram ea stant, Maria) 226, 3. *ragon y pesys y das* (pro nobis oravit patrem suum) 9, 1. *ynny bonas goris ragon ny Christ a vynne* (in ea, cruce, poni pro nobis Christus volebat) 153, 2. *ow horf ragough wy permys* (corpus meum pro vobis datum) 44, 2.

Armorica e Buh.: *dirac roen tron* (coram rege thronorum, orare), *dirac roen bet* (coram rege mundi) 26, 8. 68, 12. *dirac pep den* (coram quovis), *dirac an tut* (coram hominibus) 64, 5. 76, 3. Frequens formula loquendi: *rac drem*, *rac da drem*, *rac hoz drem*, *dirac hon drem*, *dirac hoz drem* (ante visum, ante tuum, nostrum, vestrum visum, i. e. statim, illico). *rac se* (ideo, propter hoc) 30, 2. 138, 14. *perac* (cur?) 56, 8.

HEP (sine; hibern. *sech*, p. 83. 144), *p* destituta HEB: *hep amgnaubot* (gl. sine mente, pars sedet) gl. Oxon. Cum infinitivo saepius obvia fit conjunctio in Mab.: *heb dywanu neb arnaw* (sine occurso alicujus, quin occurreret aliquis ei) 1, 11. *nyt oed un hoel heb y lliwaw allio gwerthuawr* (non erat unus clavus, quin esset obductus colore magni pretii) 1, 15.

Cum pronomine suffixo: *yscaualwoch hebdaw ef* (societas sine eo) Mab. 2, 35.

Corn. HEB: *heb wow* (sine fremitu) Pass. 174, 2. *heb cows ger* (quin diceret verbum) 165, 4.

Armor. HEB: *hep span*, *hep mar* (sine mora) Buh. fq. *hep youl* (sine voluntate, invitus) 46, 13.

Dono, interdum *dano*, quin etiam *dána*: *arcia dono* (gl. ut quid autem? i. e. ut quid igitur?) Wb. 2^d. *hóre ronortigestar dia cedono tuidecht friss* (gl. a deo ordinatae sunt potestates, itaque qui resistit potestati dei ordinationi resistit; i. e. quia deus ordinavit, potestatem, quid ergo resistere ei?) 6^a. *cepu dono adrad dé dothabirt dopool inchruthsin* (gl. numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? 1. Corinth. 1, 13; i. e. quid ergo adorationem dei dare Paulo hoc modo?) 7^d. *ciapudono dún indarpe geinte inchruthsin aris innon iress nodonfirianigedar* (gl. quomodo gentes cogis judaizare? nos in Christo Jesu credimus ut justificemur ex fide et non ex operibus legis, Galat. 2, 16; i. e. quid ergo nostra exheredatio gentium hoc modo? nam est eadem fides quae nos justificat) 19^a. *ní lour inbendachad diamaldachae ní lour dano innemaldachad mani bendachae* (gl. hospitalitatem sectantes, benedicite et nolite maledicere, Rom. 12, 14; i. e. non sufficit benedicere, si maledicis, non sufficit ergo non maledicere, si non benedicis) 5^d. *illes dano indangil* (gl. cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae dicit: et adorent eum omnes angeli, Hebr. 1, 6; i. e. sunt apud eum igitur angeli) 32^e. *isirlam indanim do thuil dée dodiusgadar dana indanim* (est prompta anima ad voluntatem dei, expergefiat ergo anima) 5^c.

His forte adnumeranda est pars posterior (*aricc, ricc?*) sequentium formularum interrogantium: *ciaricc* (gl. quid ergo?) Wb. 3^a. 3^b. *cericc* (gl. quid ergo?) 3^c. *cerricc* (gl. quid igitur?) Sg. 199^b. *arciaricc* (gl. quid enim?) Wb. 2^a. *arciric* (gl. quid enim?) Cr. 33^b.

d. ACT, NOCH, CAMMAIB, IM. (sed, autem, tamen). *Act*, alternans cum scriptione *acht* (sed): *ní delb adrorsat act iscosmulus delbe* (gl. gloriam dei in similitudinem imaginis mutaverunt; i. e. non imaginem adorarunt, sed similitudinem imagi-

nis) Wb. 1^b. *nípu líbsi intórdso act ba la amiresschu* (gl. hoc apud infideles et non apud sanctos; i. e. non apud vos hic ordo, sed apud infideles) Wb. 9^c. Versa saepius est conjunctio in significationem lat. *nonnisi, nisi: níbi nach dethiden foir act fognam dodia* (non est cura ei nisi servitus dei) Wb. 10^b. *arna conroib dethiden forneuch act tol dée do dénum* (ne sit cura alicui, nisi voluntatem dei facere) Wb. 15^d. *coná ruchretesi doneuch act nech dogned nagnimusin* (ne credatis alicui, nisi qui facit haec opera) Wb. 17^a. *ní radat som fri sudib acht bréic 7 togais* (non cogitant ii in hos nisi mendacium et simulationem) Ml. 31^a. *hit lechdaacha lesom intan nád techtat acht oin aimsir* (gl. ancipites vel liquidae; i. e. sunt liquidae ei, cum habent nonnisi unum tempus, unam quantitatem) Sg. 5^a. Negationem praecedit in formula *act nammá* (gl. nisi forte, gl. tantum) Wb. 9^d. 23^b. Est et temporalis haec conjunctio, cujus significationis exempla sequentur mox sub e.

Noch (autem, tamen, attamen) interdum minus opposita est antecedentibus, e. gr.: *níbi nach dethiden foir act fognam dodia noch ba hed ón ba choir* (gl. qui sine uxore est, sollicitus est, quae domini sunt; i. e. non est cura ei nisi servire deo; esset hoc autem, quod esset justum) Wb. 10^b. *noch ba hé affasugud anebchomalnad* (gl. non irritum facit, lex, quod promissum est, ad evacuandam promissionem, Gal. 3, 17; i. e. esset autem ejus evacuatio, id non implere) Wb. 19^c. In aliis conjunctio magis adversativa: *berit insos. do imthrenugud ueteris noch ba wissiu indfigor do imthrenugud ueritatis .i. noui* (gl. volunt evertere evangelium; i. e. sumunt evangelium ad confirmationem veteris; veruntamen esset justior figuratio, vet. test., ad confirmationem novi) Wb. 18^c. *cid dianepirsom anisiu noch ní rabatar indfirso riam forecht fetar. ní. ariscumme lessom tect fosmachtu rechto et fognam do idlaib* (gl. quomodo vertemini iterum ad infirma? Galat. 4, 9; i. e. cur dicit hoc, Paulus ad Galatas? non fuerunt tamen viri hi antea sub lege vetustatis. Resp.: est scilicet idem ei ire sub ritus legis et servire idolis) Wb. 19^d. *am. nobed noch ní fail* (gl. fecit Anchisias, quasi ab Anchisios; i. e. acsi esset, attamen non est) Sg. 32^a. *noch ní cóir son acht corop máa inoensill. in comparit iss. aschóir* (gl. u post q vel g posita amittit vim suam, ut nequior pinguior; quod nisi fiat, contingit, si in consonantem transeat i, pares esse

syllabas genitivo positivi cum nominativo comparativi, Prisc. 3, 1; i. e. attamen non necesse hoc, sed ut sit major una syllaba comparativus, hoc est necesse) Sg. 40^b.

In sententia affirmativa, si nec particula negativa sequitur, nec alia forma verbi substantivi, e. gr. *ba*, ante quamcunque partem orationis forma ejusdem *is* praecedere solet (ex quo usu forsitan aliquis deducere velit formam conjunctionis *nochis*): *nochisinduine adras dondédiusin* (gl. deus hunc et hanc destruet, ventrem et escam; i. e. attamen homo huic utrique servit) Wb. 9^c. *dodcad dochách leosom noch isdoibsom adodced síd* (gl. contritio et infelicitas in viis eorum, Rom. 3, 16) Wb. 2^b. *noch is ósuídiu dorradad* (gl. si ex lege hereditas data est, jam non ex promissione, Abrahae autem per repromissionem donavit deus, Galat. 3, 18) Wb. 19^c. *noch iscoracertussa ón* (gl. psalterium Romae dudum positus emendaveram) Ml. 2^a.

Juncta cum pronomine *ém, ám* (p. 357) conjunctio significat lat. *nam*: *noch ém am ísrahélde* (gl. nam et ego Israëlita sum) Wb. 5^a. *noch ám fodáli cenél a .us. in .a in .um* (gl. sociumque, in versu Virgilii ap. Prisc. 7, 6: recusant hoc, úm pro orum, in masculinis habentibus neutra, . . invenitur tamen usus hujusmodi concisionis. Virgil. in IX. altaque certant prendere tecta manu sociumque attingere dextras, pro sociorum; i. e. nam hoc distinguit genus ex us in a in um) Sg. 121^b.

Cammaib (tamen) varians aliquid in scriptione (p. 72). Praecedit interdum, ut modo dictae conjunctiones, saepius autem postponitur: *camaiph thech. ainm.* (gl. tamen nominativos habeant: quaeritur cur, si mei pro *éuoṽ* et *éuavroṽ* et tui pro *soṽ* et *oavroṽ* accipiantur et tamen nominativos habeant, sui, cum pro *oṽ* et *éavroṽ* accipiatur, non habeat nominativum? Prisc. 13, 5) Sg. 209^b. *isamlid cammaib ataidsi in spu.* (gl. si tamen spiritus dei habitat in vobis) Wb. 4^a. *manimchobrad rad dé dagéna cammaib* (gl. infelix ego homo, quis me liberabit de morte corporis hujus? gratia dei, Rom. 7, 24; i. e. si non me juvat gratia dei; faciet tamen) Wb. 3^a. *ní gatda díib cammaif innetha inbetho* (gl. si acceperis uxorem non peccabis et si nupserit virgo non peccabit, tribulationem tamen et curam habebunt hujus mundi) Wb. 10^b. *ní cumcat camaiph ille 7 iste beta naithfoilsigthecha dond' asipse* (gl. non ille et iste referri ad pronomen ipse possunt, Prisc. 12, 1)

Sg. 198^a. *ceso comprehensio literarum asberr camaiph rl.* (gl. syllaba est comprehensio literarum subsequens sub uno accentu et uno spiritu prolata, abusive tamen etiam singularum vocalium sonos syllabas nominamus) Sg. 21^a. *iscuit airicc camai ni gaib airechas* (gl. inveno legem resistentem volenti mihi facere bonum, Rom. 7, 21; *camai* in codice pro *camaib*, *camaif*) Wb. 3^d.

Im. (autem, tamen), in codicibus cum lineola supra ducta supra *m*, etiam in Wb., in quo lineola non est signum duplicatae consonae (praep. *im*, cum linea supra *m* in Sg., in Wb. semper est aut *im* aut *imm*), sed breviatae scripturae. Supponenda igitur sub hac conjunctio eadem, quae in hodierna lingua scribitur *io-morra* (vero, autem), nisi praefendum est interdum adverb. *im-manetar* (vicissim, p. 569). Postponitur et haecce: *nithucci mo menme im̄* (gl. si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est, 1. Corinth. 14, 14; i. e. non intelligit autem mens, si aliena lingua loquor) Wb. 12^d. *ithé sidi im̄ beta hicti* (gl. qui secundum carnem sunt quae carnis sunt sapiunt, qui vero secundum spiritum . . ; i. e. sunt hi vero, qui erunt salvati) Wb. 3^d. *ciabeid cr. indibsi trefoisitin hirisse isbeo indunim trisodin is-marb inqorp im̄ trisnasenpectu* (gl. si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est, spiritus vero vivit) Wb. 4^a. *ni derscaigi dind-huiliu cheneul isdi hilib im̄* etc. (non differt ab omni genere, a multis autem . . ; cf. p. 565 not.) Sg. 40^a. Scriptio plenior quidem, sed nondum integra, *imr.* cum lineola supra ducta in Wb. 5^c: *dosnicfa cobir cid mall bith maith imr. intain dondiccfa* (gl. veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Jacob, Rom. 11, 26; i. e. veniet eis auxilium quamvis sero, erit autem bonum cum veniet). Obvia est interdum una cum *cammaif*, *noch*: *ro-cruthaigsemar camaiph im̄ oencharac. f tarhesi .p. cotinf. in epertaib latinndaib* (gl. nos autem antiquam scripturam servamus, in latinis tamen dictionibus nos quoque pro ph coepimus f scribere, Prisc. 1, 5) Sg. 9^a. *noch ba ed ba riagolda im̄* (hoc tamen esset regulare) Sg. 66^b. *noch im̄ ní rolsat som cumachtae idé* (at-tamen non meruerunt potestatem dei; cf. p. 565 not.) Ml. 16^d.

e. ACT conjunctionis temporalis, significantis lat. *cum*, *quando*, exempla: *act risa innem bimmi aeni et bimmi foirbthi usli* (cum assecuti fuerimus coelum, erimus sapientes et firmi omnes; leg. *risam nem?* cf. p. 495) Wb. 12^c. *bid maith momenmese act*

rocloor forcáinscéilsi (ero bono animo, cum audierim bonum nuntium de vobis) Wb. 23^a. *act rocomalnither inso uile* (gl. tunc revelabitur; i. e. cum impletum fuerit hoc omne) 26^a. *isand istualang anerta act rachomalnathar rennaprecept* (gl. oportet episcopum esse amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari, Tit. 1, 9; i. e. tunc est aptus ad ejus confirmationem, cum impleverit ante ejus doctrinam) Wb. 31^b. *act ni robat pecthe less* (gl. sic de pane illo edat, 1. Corinth. 11, 28; i. e. cum, si non fuerint peccata ei) Wb. 11^d. Ita valde affinis significatio temporalis et conditionalis etiam in aliis exemplis: *am. rongab comadnacul dúun atá comesséirge act rocretem oipred dá* (gl. consepulti Christo in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operationis dei, Coloss. 2, 12; i. e. ut est consepultura nobis, est consurrectio, si crediderimus operationem dei) Wb. 27^a. *act ranglana tre athirgi* (gl. erit vas ad omne opus bonum paratum; i. e. si se purgaverit per poenitentiam) 30^b. *act robá quies et tranquillitas regibus bieid dam dúinni andedesin* (gl. gratiarum actiones pro regibus ut quietam et tranquillam vitam agamus, 1. Timoth. 2, 2; i. e. si fuerit quies et tranquillitas regibus, erit etiam nobis haec utraque) 28^a. Formula *act ropo, act rop* (cum fuerit, si fuerit) saepius significat lat. *dummodo*: *bith and beos act ropo ituil dée* (gl. in quo statu vocatus est frater, in hoc maneat apud deum) Wb. 10^a. *act ropo chon etarceirt innambéltresin* (gl. fratres aemulamini prophetare et loqui linguis; i. e. dummodo fuerit cum interpretatione harum linguarum), *farcongair som tra sunt indsamuil precepte et labrad ilbéltre act ropo cho torbu æcolsa* (praecipit ipse, Paulus, ergo hic imitationem doctrinae et locutionem linguarum, dummodo sit cum utilitate ecclesiae) 13^a. *ni confil bas sciúth lim act rop ar cr.* (non est mors onus mihi, si fuerit pro Christo) 18^a. *ni imned lim act rop cr. predches et immerada cách* (gl. quid enim? dum omni modo sive per occasionem sive per veritatem Christus adnuntiatur; i. e. non tribulatio mihi, dummodo Christum praedicat et cogitat quivis) 23^b.

f. AN, DIAN (cum, si). Forma simplex *an* in his exemplis: *anaslui grien foafuined dosoi dondoriant conaci anæscæe* (gl. tunc sole occidente oritur luna plena, ut quisquis occidentem solem observaverit, cum eum coeperit non videre, conversus ad orientem lunam consurgere videat, Beda de temp. rat. c. 23; i. c.

cum observat solem occidentem, vertitur ad orientem, videt lunam; nisi est 2. pers., cf. p. 432) Cr. 33^b. *andoforsat* (gl. condens, Victorius; i. e. cum condidit; verb. *doforsat* p. 275) Cr. 40^c. *andusleicet inna rind* (gl. residentibus sideribus) Cr. 18^b. *and-naidbdem* .i. *acosmilig̃mer dóli eesamli* .i. *dochenelaib 7 airmib eesamlib q. isécsamil acenél cet. fil isindí asmare 7 asnilus* (gl. nomina demonstrativa possumus diversa ostendentes ad diversa referre, ut si aspicientes mare dicamus, talem esse Nilum, cum sit Nilus masculini, mare autem neutri, Prisc. 13, 6; i. e. cum demonstramus, conferimus res diversas etc.) Sg. 211^a. *arrucestaigser frissinnebride* (gl. nuper cum Ebraeo disputans; i. e. cum disputasti) Ml. 2^d.

Dian (e *do-an*? cf. p. 598) significationis magis conditionalis: *robad bethu dom dianchomalninn* (gl. mandatum quod erat ad vitam; i. e. esset vita mihi, si implerem) Wb. 3^c. *arnadenmis cum nobis airdiandenmis cum me. dogenmis dam cum nobis* (gl. nolumus cum me et cum te dicere, ne eadem computatione adjungendum esset cum nobis; i. e. ne faceremus cum nobis, nam si faceremus cum me, faceremus etiam cum nobis) Sg. 203^a. *diambed dim neu. far cétnu diull ropad far nóendeilb nobbiad a ainmid huath. 7 hil.* (gl. nullum neutrum nec primae nec quintae declinationis potest inveniri, nec idem esse singularis nominativus neutri generis in a desinens nec nominativus pluralis, Prisc., 6, 1; i. e. si esset ergo neutrum secundum primam declinationem, quod esset secundum idem paradigma, esset a nominativus singularis et pluralis) Sg. 90^b. *diambad mathi ropia indfochricc do-bérthar dúnni* (gl. eandem habentes remunerationem, dilatamini et vos 2. Corinth. 6, 13; i. e. si estis boni, erit remuneratio quae dabitur nobis) Wb. 16^a.

g. MA (si) apparet aut in hac forma simplici aut etiam in auctis. Forma simplex: *bid samlid bid bidbethu ma marbitir facta carnis* (gl. si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis; i. e. erit ita vita aeterna, si mortificantur f. c.) Wb. 4^a. *ni condigente . . . marufeste* (non faceretis, si sciretis) 9^d. *isdigal mani comollnither side* (est vindicta, si non impletur haec, lex) 2^c. Pro *mani* occurrit et *mini*: *armini bed crois nibiad etrad* (nam si non esset luxuria, non esset libido) 9^d.

Formae auctae oriuntur accedentibus in fine fragmentis verbi

substantivi, *-d* et *-su* vel *-ssu*, si obtinet singularis numerus sub-
jecti, *-t* et *-tu*, si obtinet pluralis.

MAD, MASU: *mad tairismech hifochidib et mad maith á gnim* (gl. mercedem accipiet; i. e. si constans est in tribulationibus et si bona actio ejus) Wb. 8^d. *act mad melltach lassinfer* (gl. mulier sui corporis non habet potestatem, sed vir; i. e. sed si placet viro), *act mad oéntu dúib occa* (gl. nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus; i. e. si unitas vobis in eo), *mad cotecht dí oofer* (si aditus ei, feminae, ad virum) Wb. 9^d. *masu chundubart* (gl. quid dicit scriptura? i. e. si dubium est) Wb. 4^d. *massu thol atomaig do* (gl. si volens hoc ago) 10^d. *massu rect firianigedar cách ní airic ní césad cr. am. sodin* (gl. si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est) 19^b. *massu ní imdibe ní torb césad cr.* (leg. *torbe*? si est aliquid circumcisio, non prodest passio Chr.) 20^b. *masued dorogaid* (gl. dicite mihi, qui sub lege vultis esse; i. e. si hoc elegistis) 20^a. *maso dorchide lanech apredohimmeni ní lanech nodchomalnadar act is lanech nadidchreti* (gl. quodsi etiam opertum est evangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum; i. e. si obscurum est alicui quod praedicamus, non ei qui id implet, sed ei est, qui id non credit) Wb. 15^b.

MAT, MATU: *mathé na briathrasa forcane* (gl. haec proponens bonus eris minister; i. e. si haec sunt verba quae praecipis) Wb. 28^c. *mat anmann adiechta emnatar and isécen comacomol hisuidib* (gl. nomina diversa, si ad unum referantur, sine conjunctione oportet ea proferre, nisi adjectiva geminentur, ut pius Aeneas, Marcus Tullius Cicero, Prisc. 11, 2; i. e. si nomina adjectiva geminantur, necessaria est conjunctio in his) Sg. 189^b. *matuhé ata horpamin* (gl. si qui ex lege heredes sunt, abolita est promissio) Wb. 2^c.

h. CE, CI, CIA, significat lat. *quod* et *quomois*, in forma simplici obvia et in formis auctis, ut praecedens conjunctio.

Forma simplex, reddens pronomen *quid*, *quod* (p. 361), reddit etiam conjunctiones latinas *quod*, *quia*: *athuchur do dia cerubaid fopheccad* (gl. gratias ago deo quod fuistis servi peccati, non estis) Wb. 3^b. *isburbe dom oia dognéo móidim* (gl. in insipientia dico; i. e. est stultitia mihi, quod facio gloriationem) 17^c. *naba thoirsech cia beosa hicarcair* (gl. noli erubescere me vincum;

i. e. ne sis tristis, quia sum in carcere) 29^d. *cia beith incuimasc andsom* (gl. nec mirum, nam etc.; i. e. quod est confusio in eis; antecedit: etiam numeros confundit, pronom. sui, sibi, se) Sg. 197^b.

Frequentissimus tamen usus hujus particulae est pro lat. *quamvis, quamquam, etsi*. Exempla quaedam (inter quae formam *ce* usurpantia infixam post eam particulam verbalem *no* exhibent): *cenotad maicsi raith dam ni dilgibther duib* (quamvis sitis filii gratiae etiam, non ignoscetur vobis) Wb. 33^a. *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeant aliquid contrarium) Sg. 29^b. *ciarudchualatar ilbélre et cenuslabratar nipat ferr de* (quamvis audiverunt varias linguas et eas loquuntur, non sunt meliores) Wb. 12^d. *ciatbela indalanái ni epil alaill* (gl. quamvis intereat, non interimit secum etiam illud, aliud, Prisc. 2, 5) Sg. 30^a. *ciasbiursa ds. iude. et ds. gen. unus est ds.* (quamvis dico deus Judaeorum et deus gentium, unus est deus) Wb. 2^b. *ciabeid cr. indibsi . . . ismarb incorp* (quamvis est Christus in vobis, est mortuum corpus) Wb. 4^a. Coalescit cum formis verbi substantivi: *cebtar hé riam* (quamvis fuerunt antea), *ciarbu, iarbo* (quamvis fuit, pro *cebtar, iarobo*; cf. *nirbo*, non fuit) Wb. 4^a. 13^b.

Sunt formae auctae *cid, cesu, ciasu* ante singularem numerum, et *cit, cetu* ante pluralem subjecti.

CID, CIT (quamvis est, quamvis sunt): *cid do uáir* (gl. etsi ad horam; i. e. quamvis sit) Wb. 16^b. *cid glice et cid sulbir ocaisndis* (gl. videte nequis vos decipiat per philosophiam; i. e. quamvis sit sapiens et eloquens in disserendo) Wb. 27^a. *itcorp inboillsin cit ili* (gl. omnia membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt; i. e. sunt corpus haec membra, quamvis sunt multa) Wb. 12^a. *cit imdi far forcilidi* (gl. si decem milia paedagogorum habeatis; i. e. quamvis sint multi vobis praeceptores) Wb. 9^a. Transgrediuntur saepius in significationem lat. *sit adeo, sint adeo*, vel solius lat. *adeo, etiam* in positione absoluta: *cid aingel dianglib nime predchas duibsi ncretid dó* (sit adeo angelus de angelis coeli, qui praedicet vobis, non creditis ei) Wb. 18^c. *cit sochudi bid huathad creitfes diib* (gl. si fuerit numerus tamquam arena maris etc.; i. e. sint adeo plurimi, singularis credet ex iis) Wb. 4^d. *atá diserc lalait. inna grec coseich. cid acomroircniu* (est amore apud Latinos Graecorum, ut sequantur adeo eorum errores)

Sg. 1^a. *ní comalnat som cid feissne recht* (gl. neque qui circumciduntur, legem custodiunt, Galat. 6, 13; i. e. non implent ii adeo ipsi, ne ipsi quidem implent, legem) Wb. 20^c. *cid etir na cumcaí* (gl. etiam inter angores maximos) Ml. 18^d.

CESU, CIASU: *cesu dechor* (gl. invenitur tamen; i. e. quamvis sit differentia) Sg. 41^b. *cesu meinciu aranecar. . . arecar dam* (quamvis frequentius invenitur, invenitur etiam) Sg. 137^b. *ciasu icolinn am béosa isireess cr. nombeoigedar* (gl. quod nunc vivo in carne, in fide vivo filii dei) Wb. 19^a. *ciasu airegdu infer* (quamvis superior vir, muliere, sit neuter sine altero) Wb. 11^a.

CETU: *cetu chumascthai* (gl. in promiscuis tamen invenimus, Prisc. 5, 2; i. e. quod sunt promiscua in genere, nomina) Sg. 62^a. *ní airegdu apersansom oldaas persan nanabstal olehene ceto thóisequ iniriss* (gl. ii qui videbantur esse aliquid, Galat. 2, 6; gl. petur et iacob et ioh.; i. e. non superior persona eorum, quam persona ceterorum apostolorum, quamvis sunt priores in fide) Wb. 18^d. *ataat persin in noe. 7 in par. ceto écintecha* (gl. personae finitae sive infinitae; i. e. sunt personae in nomine et participio quamvis infinitae) Sg. 203^b.

Addo hic ob significationem ADAS ex his locis codicis Sg.: *adas* (gl. quamvis) 7^b. 16^a. *adas* (gl. quanquam) 17^a. *adaas* (gl. quamvis) 193^a. *arindi l. adas* (gl. eo) 190^a.

i. CE — CE, IM — IM (sive — sive) conjunctiones disjunctivae duplicatae. Forma simplex *ce — ce: cenonmolid cenon-airid ní tabir uáil na toris forn* (gl. per gloriam et ignobilitatem, exhibeamus nosmet ipsos sicut domini ministros; i. e. sive nos laudatis sive reprehenditis, non dat superbiam vel tristitiam nobis) Wb. 16^a. Formae auctae *ced — ced, cid — cid: isbeic lim inbrigsin cedmo'ad cedtathair domberaidsi domsa isbeicc limsa abrig* (gl. mihi pro minimo est, ut a vobis dejudicer; i. e. parvi mea interest, sive est laus sive reprehensio quod fertis mihi, parvi mea id interest) Wb. 8^d. *cidcian cidgair* (gl. lex in hominem dominatur quanto tempore vivit; i. e. sit longo, sit brevi) 3^c. *cid precept cid labrad ilbétre bed am. asinbiursa dogneither* (sive est institutio sive locutio variarum linguarum, fiat ita ut dico) 13^a. *cid bec cid mar indinducbál ódiu* (sive parva est sive magna gloria a deo) Sg. 2^a. *cid maith cid olo cid álind cid etig* (gl. qualitas), *cid bec cid már* (gl. quantitas: nomen appellativum naturaliter

commune est multorum, quos eadem substantia seu qualitas seu quantitas generalis vel specialis jungit, Prisc. 2, 5) Sg. 28^b. Inde etiam conjicienda est constructio *cit — cit*.

Im — im (= *imb — imb*, i. e. *in ba — in ba*, ut videtur, cum particula *in* primitus interrogativa) formae simplicis: *sech-iphé imdodia imdophéccad* (gl. servi estis ejus cui obeditis; i. e. quaecumque est sive deo sive peccato) Wb. 3^b. Expressa legitur verbi substantivi, scilicet radices *ba*, forma nuda *b* ante vocales, interdum etiam plenior: *imbinógi imbilánamnas am. dorograd bid samlid* (gl. unumquemque sicut vocavit deus, ita ambulet; i. e. sive est in coelibatu sive in conjugio, ut electum est, ita sit) Wb. 10^a. *imbem imbethu imbem imbaás bad lessom* (gl. sive vigilemus sive dormiamus, simul cum illo, Christo, vivamus; i. e. sive sumus in vita sive in morte, sit cum eo) Wb. 25^a.

Loco secundae conjunctionis duplicatae occurrit FA (pro *ba* sine part. *in*; cf. inter particulas interrogantes sub n. 3 interrogationem bipartitam: *imba bás ba bethu*): *sechib grád imbether and impóge falánamnas* (quicumque est status, in quo vivitur, sive est coelibatus sive conjugium) Wb. 10^a. *imbicéin fainaccus beosa* (gl. sive cum venero sive absens; i. e. sive sum in remoto sive in vicino) Wb. 23^b. *cosmail leiss cacha orr imcara fá éscare* (gl. marg. ad: parricida, gl. *cosmailoircnid*; i. e. par ei cujusvis occisio, sive est carus sive inimicus; *orr* brevium *orcun*?) Sg. 12^b. *imtri digbail fa thormach indirsuidigud ceille l. suin* (gl. quocumque modo derivata, orationis pars) Sg. 188^a.

k. EMITH — EMITH (tam — quam), conjunctio obvia mihi in solo codice Sg.: *emith* (gl. tam), *emith* (gl. quam: auctoritate tam Graecorum quam Latinorum) 5^b. *emith ifogur* (gl. nec in sono), *emith* (gl. nec, in sententia: Carthago et caput, sive per c sive per k scribantur, nullam faciunt nec in sono nec in potestate ejusdem consonantis differentiam) 6^b. *emith lasnahí* (gl. tam cum habentibus casus), *emith* (gl. quam etiam cum non habentibus) 27^b. *emid di fur* (gl. tam de mare, quam de femina dicitur hebes) 66^a.

2. Coniunctiones nominales: *méit, céin, dég, óre, amal, intan*. Naturam nominum adhuc ostendunt eo, quod in sequente verbo postulant formam relativam vel, si fieri potest, pronomen relativum infixum vel praefixam notam relativam *no*, ante

medias *n* (*m* ante *b*). Quae formae relativae etiam post conjunctiones quasdam compositas e pronomine et praepositione, e. gr. *arindí*, *lase*, sequuntur.

MEIT (subst. fem., gen. *méite*, = cambr. *meint*, magnitudo) conjunctionis munere fungitur in formulis *méit* — *méit* (tantum — quantum), *nihed améit* — *act* (non tantum, non solum — sed): *méit donindnagar fornri fochith issi méit insin donindnagar indihnad* (gl. sicut abundant passiones ita et abundat consolatio; i. e. quantum tribuitur nobis tribulationis, tantum tribuitur etiam consolationis; *n* relativa in *do-n-i*.) Wb. 14^b. *nabad hed améit nadmbé rl.* (gl. nec nominetur in vobis, fornicatio; i. e. non solum ne sit, sed nec nom. etc.) Wb. 22^b. *nihed amet asned asech. creui intan mbis pro cresco acht is. intain mbis pro uideo* (gl. cerno, crevi; i. e. non solum est praeteritum crevi cum est pro cresco, sed etiam cum est pro videq; *is*. leg. *isamlid*) Sg. 182^b. *ni hed amét ascoitchen araccuis indattaircedo* (gl. non solum relationis causa, sed etiam etc.) Sg. 200^a. Idem loquendi modus in Wb. 5^b: *insí améit friscomartatar* (gl. numquid sic offenderunt? i. e. num est haec ejus magnitudo, qua offenderunt? num tantum off.?).

CÉIN (quam longe, quam diu, dum): *céin asmberr* (gl. dum dicitur), *céin bes nuiednise gnid cach dagnim* (quamdiu est novum tempus, faciat quis bonam actionem) Wb. 33^a. *céin bas mbéo infer* (gl. quanto tempore vir ejus vivit, mulier alligata est) Wb. 10^b. *inmug céin mbuis ocfognam* (servus quamdiu est in servitio; cf. infra: *am. nguidess, intan mbíis*) 8^b. *céin mbimme in corpore* (quamdiu sumus in c.), *céin rombói in carne* (dum fuit in c.) 12^c. 21^b.

Ejusdem vocabuli forma CEINE: *ceine nosoifesiu. ceine nosoisiu huáim* (gl. donec, i. e. verteris a me) Ml. 33^a. Cf. adverb. *dichéin* (e longinquo, dudum, aliquando) et adj. *cian* (remotus).

DÉG (quia, quoniam; subst. causa, cum gen. in Sg. 201^b: *deg indainmnedo hó choms.*, gl. itaque regula exigit etc., Prisc. 12, 5), cum mox sequente *óre*, et infra sequentibus *ol, ar, arindí*, conjunctio causalis: *robu anfiss dosom inrolég fanacc dég rombu écdairc do* (erat incitiam ei, patri, num legerit, filius, necne, quoniam erat absens ab eo) Sg. 148^a. *isdíriuch andechor deg cinte*

persana (gl. super omnes alias partes orationis finit personas pronomen, rectissime tertiarum quoque personarum differentia distincte profertur, Prisc. 12, 1; i. e. est distincta earum differentia, quia definiunt personas) Sg. 197^a.

ÓRE (quia; subst. idem significans cum praecedente?), coniunctio frequens, variatis etiam scriptionibus *uare, hóre, huare: óre donécomnacht spm. scm.* (gl. deo meo; i. e. quia impertitus est; *do-n-éc.*), *isdia som domsa hóre nocretim ihu. xpo.* (est deus mihi, quia credo J. Chr.), *huare rocreitset ardlathi inbetho cret-fed cách iarum* (quia crediderunt summae potestates mundi, credit quisque postea) Wb. 1^a. *hore nondobmolorsa* (quia laudo vos; *no-n-d.*, cf. p. 336) Wb. 14^c.

AMAL, compendio scripturae codicum plerumque AM. (ut, sicut; subst. similitudo, instar, cum gen. in Sg. 24^a: *am. inlochairnn náffracdai*, gl. quasi laterna punica, et in Wb. 10^b: *am. innahi nadtectat. am. nahi nádchiat. am. nahi nadchrenat*, gl. tamquam non habentes, non flentes, non possidentes; i. e. instar eorum qui non etc., cf. adv. *samlid*, ita, p. 564, et subst. adj. *cosmil, cosmilius*, similis, similitudo, *intamail = inté.*, imitatio): *am. nondubcairimse carad cách.* . . (ut ego amo vos, amet etc.), *am. rondobcarsamni* (ut amavimus vos; *no-n-d.*, *ro-n-d.*, cf. p. 336) Wb. 23^c. 25^a. *am. nguidess athir amacc. robgadam-marni* (gl. tamquam pater filios suos deprecantes vos, 1. Thessal. 2, 12; i. e. ut deprecatur pater filium suum, rogavimus vos) Wb. 24^d. Scriptio plena in his locis codicis Wb.: *amal foruigensid do peccad fognid do firinni* (ut servivistis peccato, servite iustitiae) 3^b. *amal isilóu bad sochrud arnimthecht* (gl. sicut in die honeste ambulemus) 6^a. *amal donuic testimni ó allorib innan idol dothaidbsiu indæe infolngilhi* (gl. iis qui sine lege erant, tamquam sine lege essem, factus sum, 1. Corinth. 9, 21; i. e. ut sumsit testimonia ex altaribus idolorum ad demonstrationem dei ignoti; sequitur glossa latina: *ueri dei ut dixit uidi aram in quo scriptum erat ignoto deo*) Wb. 10^d. *isamal bid fri cr. frisorthe* (gl. in Christo peccatis percutientes conscientiam infirmam, 1. Cor. 8, 12; i. e. est ut, acsi contra Christum offenderetis) Wb. 10^c. In eodem codice notat altera manus rarior: *amail* (gl. prout potestis), *amail ata* (gl. ut corpora sua, viri debent diligere uxores suas; i. e. acsi essent) 21^c. 22^c. In Sg.: *inna olcsa amal ni-*

bed .ad. and (gl. additionis quoque est praepositio ad, ut ad haec mala, Prisc. 14, 3; i. e. haec mala, acsi non esset ad hic) 217^a.

INTAN, INTAIN (cum, quando; subst. *tan*, tempus), coniunctio temporalis, ut supra allata *act*, et infra sequens *lase*. Nota relationis duplex quoque in formula *intan mbis*, *intain mbiis* (cum est) frequente in Sg., e. gr.: *iss. asber infer intan mbis ocind-oi pred fotuo goithimm*. (gl. futuo, nubo, verba quae naturaliter ad mares pertinent vel ad feminas, Prisc. 11, 3) 190^b. Exempla e Wb.: *isand fortéit sps. arnéirtini intain bes ninun accobor lenn* (gl. spiritus adjuvat infirmitatem nostram; i. e. tunc adjuvat infirmitatem nostram, cum est eadem voluntas nobis) 4^a. *intain nombiu ocirbáig* (cum glorior) 20^a. *in intain rombói in circum. in intain rombói in ppu.* (gl. in circumcissione an in praeputio?) 2^c. *nipa ammithiu intain ronicfea* (gl. veniet cum ei vacuum fuerit, 1. Cor. 16, 12), *intain ronicub féin* (gl. praesens: hoc absens scribe ut non praesens durius agam; i. e. cum veniam ipse) 14^a. 18^b. *intan durairngert dia duabracham amaihsin ducuitig tarais fadeissin arnirrobe nech bad huaisliu taratoissed* (gl. Abrachae promittens deus, quoniam neminem habuit per quem juraret maiorem, iuravit per semet ipsum, Hebr. 6, 13) 33^d.

Sunt haud dubie etiam alia substantiva ejusdem usus et constructionis, e. gr. *cruth* (modus) in Sg. 109^a: *inchruth donelltar mis issam. doellatar monosyllabae* (modo quo declinatur, ut declinatur mus, ita declinantur monos.). Post praepositiones eodem modo constructas defecisse pronomen demonstrativum putandum est, ita ut sit e. gr. in Sg. 25^b. 40^a: *ol asrann* (gl. quod pars est), *ol donecmaing* (gl. quod accidit) pro *ol suide*, *ol sodin* (propter id quod etc.) cum formis relativis *as*, *do-n-e.*, ut sequuntur post *arindi*, *lase*.

3. Coniunctiones pronominales. His adnumerari poterunt inter praecedentes vel sequentes series locatae quaedam plurimum compositae, e. gr. *ce*, *cid*, *cit*, *cesu*, *oetu*, *airindi*, *lase*; hoc tamen loco profero exempla quaedam tantum simplicium *ém* et *didiu*, pronominum primitus (p. 357. 358), sed transeuntium in significationem conjunctionum.

ÉM, ÁM (autem): *cid ém nodomberasa cucuibsi. ní. desi-dero enim* (gl. desidero enim: obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.

Desidero enim videre vos, Rom. 1, 10, 11; i. e. quid autem ducet me ad vos? resp. desid. etc.) Wb. 1^a. *am. ni risinse dobarcoscsi riccubsa ém* (gl. tamquam non adventurus sim ad vos, sic inflati sunt quidam; veniam autem ad vos cito, 1. Cor. 4, 19) Wb. 9^a. *ammi fáilti ém calléic in tribu.* (gl. quasi tristes, semper autem gaudentes, 2. Cor. 6, 10; i. e. sumus gaudentes autem quisque in tribulatione) Wb. 16^a. *raðera dia duin ém* (gl. ipse autem deus et pater noster dirigat viam nostram ad vos, 1. Thesal. 3, 11) Wb. 25^a. *indinne bis indib riam .i. inne ainmínichthe. issi ám inne ainmínich. guthaích. atercbál treofesin* (gl. quas si flectas, mutas, vocales, significatio quoque nominum una evanescit, Prisc. 1, 3; i. e. significatio quae est in eis antea, significatio denominationis; est ea autem significatio nominationis vocalium earum prolatio per se) Sg. 4^b. *iss. ám anécóir putare rl.* (gl. quid autem sic incongruum, quam . . . putare? Prisc. 13, 6) Sg. 211^a. Formulae *noch ém* exempla supra prolata sunt (p. 667).

DIDIU (eo, igitur, autem): *ni óg thindnacal. . . andudesta didiu* (non plena receptio, . . . quod deest inde, igitur) Wb. 1^a. *ni ecen athodiusgud asreracht cene islowr dia didiu creitem incholnichtho et eséirgi* (gl. quis descendet in abyssum? id est Christum a mortuis revocare, Rom. 10, 7; i. e. non necesse eum suscitare, resurrexit jam; sufficit nobis igitur fides incarnationis et resurrectionis) Wb. 4^d. *nitat torbi fritoil dée isdiliu lemm didiu aní astorbæ oldaas aní asdilmain* (gl. omnia mihi licent, alimenta, sed non omnia expediunt, 1. Cor. 10, 22) Wb. 11^b. *isand didiu fortéit sps. . . ninfortéitni inspirut ocsuidiu ished didiu forthéit inspirut intain. . .* (gl. similiter autem et spiritus adjuvat infirmitatem nostram, Rom. 8, 26) Wb. 4^a. *nipw nach derninnse ém act ni tucfíther rún inna cruche mad sulbair et mad án inprecept cruz didu ainm dognm inchrochtho acht tremiberar disuidiu conid aimm dunchrum* (gl. non misit me Christus baptizare sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi, Rom. 1, 17; *didu* pro *didiu*, ut in dativo substantivorum in -iu et -u) Wb. 8^a.

4. Coniunctiones e praepositionibus sumtae vel cum eisdem compositae: *ó, ar (arindí, aran), ol (oldaas, oldate, indaas), sech, con,occo, lase.*

Ó (praep. ex), conjunctionis loco ante verbum: *ó domanicce*

foirbithetu ní denim gnímu maethi (ex quo venit mihi firmitas, non facio actiones pueriles) Wb. 12^o.

AR, AIR (nam, enim; praep. ad, pro, propter): *arcíaricc, arcíric* (gl. quid enim?) Wb. 2^a. Cr. 33^b. *arníbiad rath dílgotho. . . arísdígal manicomollníther síde* (gl. lex enim iram operatur, Rom. 4, 15; i. e. nam non erit gratia remissionis, nam est vindicta, si non impletur haec) Wb. 2^o. *airísidia docách isínchétne tuiste* (gl. primum quidem gratias ago deo meo, Rom. 1, 8; i. e. nam est deus cuius in prima creatione) Wb. 1^a.

Jam hujus simplicis conjunctionis sensus esse potest relativus lat. *quod, quia*, ut in Wb.: *connách moídea nech arbed áarílliud nodnicad* (gl. ut omne os obstruatur; i. e. ne gloriatur aliquis, quod sit suum meritum, quod salvatus sit) 2^b. *isáiri isíndocbál cr. predchimme arní predcham arníndocbáil funísín* (gl. non enim nosmet ipsos praedicamus sed Jesum Christum; i. e. ideo est gloria Christi quam praedicamus, quia non praedicamus nostram ipsorum gloriam) 15^b.

In eadem significatione ARINDÍ, AIRINDÍ (pro eo quod, i. e. quia), eadem scilicet praepositio cum dat. pronomini demonstrativi *iní*, plerumque invenitur in codice Sg.: *ní arínadí bed leth nígótho nobed indíbsem* (gl. semivocales plenam vocem non habent; i. e. non quod esset dimidium vocis in eis, pergitur latine post hibernica: sed quia plenam vocem non habent sicut vocales) 5^a. *érréthcha airínadí asrenat frecrae dondímhómurc* (gl. relativa vel redditiva; i. e. redd. quia reddunt responsum interrogationi) 27^a. *diáirisín doratad foír anainmsín. . . ní airínadí róngeadsom isínclúcsín* (gl. marginalis, ut videtur ad nomen Euripidis; i. e. ideo datum ei hoc nomen, . . . non quia natus est in eo loco) 31^a. Saepius in eodem codice 33^a: *airínadí atreba leiss adrad mártis* (gl. Mártius; i. e. quia est in eo adoratio Martis), *air ínadí atreba aesorcúin* (gl. caesareus), *atír romanach arínadí atrebat romáin and* (gl. romanus ager), et in aliis quibusdam exemplis jam supra (p. 359) allatis.

ARAN (ut) poterit haberi similis antecedenti junctio (an praepositionis cum accusativo articuli generis neutrius? quod *an* scilicet deest, si obtinet negatio, et sequitur regulas articuli *an*): *ishecen sainecosc leosom . . . aranepertar isdoimmarchor chóre dotiagat indfírso* (gl. scriptum est: quam speciosi pedes evangeli-

zantium pacem, Rom. 10, 15; i. e. necessarius est proprius habitus eis, . . . ut dicatur, ad conservandam pacem agunt hi viri) Wb. 5^a. *isdobartinchosc arandernaid andogniamni* (est ad vestram instructionem, ut faciatis quod nos facimus) Wb. 16^a. *arangaba cách desimrecht de* (gl. communicatio fidei tuae evidens fiat; i. e. ut sumat quis exemplum inde) 32^a. *arasechemmar abésu som* (gl. et propter nos scriptum est; i. e. ut sequamur mores ejus) 2^a. *gigestesi dia linn arafulsam arfochidí* (gl. adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis; i. e. oratis deum pro nobis, ut toleamus tribulationes nostras) 14^c. *ished asbeirsom hic aratartar airmitiu féid donaib preceptorib .i. aracomalnihher q. dunt.* (dicit hoc, ut feratur honor qui debetur praeceptoribus, ut impleatur quod dicunt) 15^a. Ante medias, excussa *a*, obviae et formae ARN, ARM: *arndomroibse fochrice* (gl. omnia sustinemus; i. e. ut sit mihi merces) Wb. 10^d. *arbad irlamu de donbúaitih* (gl. qui in agone contendit ab omnibus se abstinet; i. e. ut sit promtior ad victoriam) 11^a. Formarum *arimp*, *arndip*, *airndip* (ut sit), coalescentium cum verbo substantivo, exempla supra (p. 485).

Interdum eadem conjunctio et praecedit imperativum: *araroib saingné fornaib gnímaib inna preceptore* (esto proprius habitus in actionibus praeceptorum) Wb. 5^a. *arascrúta cid forchana dohicé cáich* (gl. oportet episcopum esse amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, Tit. 1, 9; i. e. scrutetur, quod praecipiat ad salutem cujusvis) 31^b. *am. fongní cach ball dialailiu isincorp arafogna talland cáich uanni dialailiu arammí óin chorp hí cr.* (ut servit quodvis membrum alii in corpore, serviat facultas cujusvis e nobis alii; nam sumus unum corpus in Christo) 12^a. *am. ata cáinchumracig síd armba cháinchomracachso* (gl. sectare pacem cum his qui invocant dominum de corde puro; i. e. ut sunt benevoli hi, sis benevolus tu; *síd* in codice negligentius pro *sídí*) 30^b.

Cum negatione *na* conjunctio fit ARNÁ. Exempla infra in negatione (n. 4).

OL (quod, quia; praep. super) cum pronomine demonstrativo *suide*, *sodin*, eundem sensum, ut *airindí*, profert in Sg.: *ólódain assainreth doneuter* (gl. Gadir Salustius neutrum esse ostendit, accusativum nominativo similem ponens, Prisc. 5, 3; i. e. quia hoc est peculiare neutro) 65^a. *gráif fornaib ólódain as-*

sainreth do rems. (gravis in eis, quia hoc est peculiare praeupos.) 213^a. Etiam si deest pronomen, cum formis relativis (p. 677) significatur idem: *ol donecmaing* (gl. quid autem? quod accidit inter tres vel plures, non tamen ad totum etc.? Prisc. 3, 1; i. e. quia accidit) Sg. 40^a. *ol asrann* (gl. quod pars est: differt dictio a syllaba non solum quod syllaba pars est dictionis, sed etiam quod dictio dicendum aliquid habet, Prisc. 2, 3) Sg. 25^b. *cid armad machdad anisin olatá lee dam aningnadso* (gl. nec mirum cum etc., Prisc. 9, 4; i. e. quid habere mirum hoc, quod est in eo, verbo, etiam hic usus?) Sg. 167^a. Porro in pluribus locis ejusdem codicis superscribitur *ol* supra *quod*, si est pro *quia*.

Significationi praepositionis *ol* propior est conjunctio *ol*, quae post comparativos significans lat. *quam* consuevit addere formas verbi substantivi *tá*: *issochrudiu láam oldósa olcoss* (est nobilior manus quam ego sum, quam ego, quam pes) Wb. 12^a.

Frequentius obviae sunt formae relativae ejusdem verbi coalescentis cum conjunctione, OLDAAS et OLDATE, si subjectum est tertiae personae, aut singularis aut pluralis. Exempla supra (p. 478).

Pro hac tamen compositione, obvia in Wb. et Sg., INDAAS exhibet codex Mediolanensis, in quibusdam locis *inda as*, separato distincte *as*, in aliis tamen et junctim *indaas*, *indas*: *ised berat indheritic aslaigiu deacht maicc inda as deacht athar aris hoathir urróet macc cumachtae islaigiu dim inti arafoim inda as inti honerc[i nert] 7 is[laigiu] inti danaigther inda as inti nad danaigedar* (gloss. marg.: audent cui datum sit imperium et per hoc minorem unigenitum filium a parte deitatis accipere; i. e. hocce dicunt haeretici, quod est minor deitas filii quam est deitas patris, nam a patre accepit filius potestatem; est minor ergo is qui accipit quam est is a quo habet vim, et est minor qui donatur quam is qui non donatur) 17^c. *asberat som aslaigiu deacht maicc inda asdeacht athar* (gl. contra haereticos) 24^d. *air immou ruicim les mairchis-sechtae inda asdigal dothabair form* (gl. sum miserationis magis; i. e. nam magis indigeo indulgentiae quam est vindicta danda mihi) 22^c. *indaas artomusnai .i. intomus inchumachtai fil linni islaigiu son indaas chumachtai doinachtae crist* (gl. quam est nostra mensura; i. e. mensura potentiae, quae est nobis, minor est quam potentiae humanitatis Christi) 26^b. *ni mesa indas talam fortiresi*

(gl. vestra terra; i. e. non pejor quam est terra vestrae regionis) 34^a. Si occurreret *indate*, adesset plena analogia cum illis ante memoratis formulis. Ortae et hae e praep. *in* pro *ol* usurpata cogitari poterunt, quae quidem post comparativum, quamvis in alio sensu, legitur in Sg. 40^b: *corop máa inóensill. incomparit iss. aschóir* (ut sit major in una syllaba, i. e. major una syllaba comparativus, quam positivus, hoc est necesse). Hodierna particula hibernica post comparativum est *iona*, corrupta ex *inda*, *indas*.

SECH (quamquam; praep. secundum, ultra): *sech is óen spirut foitdáli* (gl. datur alii sermo, alii gratia etc., secundum eundem spiritum; i. e. quanquam est unus spiritus qui dispensat) Wb. 12^a. *sech ba foirbthe a aires sidi* (gl. consenserunt ceteri Judaei ita ut Barnabas duceretur ab eis, Galat. 2, 13; i. e. quamquam firma erat fides hujus) Wb. 19^a. *sech ni thartsat som ni comtachtmarni* (gl. nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti nisi vos soli, Philipp. 4, 15; i. e. quamvis non tribuerunt aliquid, adivimus) Wb. 24^b. Forma coalitione cum verbo substantivo orta *sechib*, *sechip*, vel etiam *sechi*, i. e. ut sit, transit in significationem lat. *quicumque*: *sechib grád imbether and* (ut sit gradus, quicumque sit gradus, in quo vivitur) Wb. 10^a. *sechiphé dán doberthar doneuch* (quodcumque sit donum quod datur alicui) Wb. 13^a. *adgenammar aséis sechiphé nodapredcha* (gl. non ignoramus cogitationes ejus; i. e. scimus ejus cogitationes, quicumque sit qui eas praedicat) 14^a. *sechié cretes tuéfa runa* (quicumque credit, intelliget mysteria) 15^b. *sechihed ris aless arintairid di* (gl. assistatis ei, Phoebae sorori, in quocumque negotio vestri indiguerit) 7^b. *sechitatné* (gl. quibuscumque) Cr. 35^a. Addo formulam *sechichruth* significantem lat. *dummodo*: *sechichruth dondrón* (gl. si quo modo ad aemulandum provocem, Rom. 11, 14), *saichicrud* (gl. dum omni modo) Wb. 5^b. 23^b.

CON duplicis sensus, significans aut lat. *ut* aut *donec* (cf. praep. *con* cum dat., *co* cum accus.).

Significatio lat. *ut*: *conidbarat acorpu* (gl. tradidit illos deus in immunditiam, ut contumeliis afficerent corpora sua; i. e. ut immolarent c. s.) Wb. 1^b. *coarfemat* (gl. ut excipiant; legend. *con*?) Ml. 15^a. *conafitir neoh diæcnib indomuin* (gl. sapientia quae abscondita est; i. e. ut nesciat aliquis e sapientibus mundi) Wb.

8^b. *connách moidea nech* (gl. ut omne os obstruatur; i. e. ne gloriatur aliquis) Wb. 2^b. De junctis *cono* et *conro*, *coro*, et de forma *cond* in *condib*, *condid* (ut sit), *condumfel* (ut sim) supra dictum est (p. 335. 416. 485).

Significatio lat. *donec*: *corricci se* .i. *conricci innaimsir hitaam* (gl. usque adhuc; i. e. donec attingit hoc, donec attingit tempus quo sumus) Wb. 9^a. *conricci inso béssi indepscuip* (hactenus mores episcopi) 31^b. *conrici andechur feil ettarru* (gl. usque ad divisionem animae ac spiritus) 33^b. *ni taibre grád fornech confeser ainruccus dongrádsin* (ne des gradum alicui, donec scias ejus dignitatem ad hunc gradum) 29^a. *niib finn combi mesce* (gl. oportet episcopum non esse vinolentum) 28^b. *coti irchre* (donec venit interitus) 26^a. *nipo irgnae contanic lex* (gl. peccatum non imputabatur cum lex non esset; i. e. non fuit cognitio, donec venit lex) 3^a. *robdi aimser nadrochreitsid condubtanicc mis. di.* (gl. aliquando et vos non credidistis deo; i. e. fuit tempus quo non credidistis, donec venit vobis misericordia dei) 5^c. Forma *condid* et hic: *condid tanicc fessin* (donec venit ipse) Wb. 12^b.

OCCO, OCCA (etiam; praep. *oc* cum pron. suffixo: ad id, cf. p. 341. 594): *cid anuathath nsiu arnaroib occo* (gl. relictus sum solus et quaerunt animam meam; i. e. adeo hanc unicam, ne sit etiam) Wb. 5^a. *ni torbe lasuidiu precept doib manidénatar ferte occa* (gl. Judaei signa petunt; i. e. non prodest apud hos, docere eos, si non fiunt miracula etiam) 8^a.

LASE (cum; *la se*, apud hoc, interdum et *lasse*), conjunctio temporalis, cum forma relationis sequente, si esse potest: *lase asmbiur* (gl. dicendo, i. e. cum dico) Sg. 29^b. *lasse gabas immbi* (gl. cum induerit) Wb. 13^d. *lase conrothinoll* (gl. colligendo; cf. subst. *comthinól*, collectio, Sg.) Sg. 66^b. *lase cocéitbani* (gl. eadem agis mala voluntate, qui judicas; i. e. cum consentis) Wb. 1^c.

II. Conjunctiones britannicae.

1. Conjunctiones primitivae non tam numerosae sunt quam hibernicae, atque praeter copulativas quaedam disjunctione, adversativae, conditionales, concessivae.

a. Cambr. AC, DAM, HEUIT (et, etiam). *Ac* (et; proprie *ach* = hibern. *ac-us*, cf. p. 174. 638. 639) ante vocales, saepius etiam ante liquidas (ante *n* semper), medias, ante quas alias est A (*ha* in vetustioribus codicibus, p. 139), ut ante tenues quae aspirantur. Exempla vetustiora: *o caitoir hac or achmonou* (gl. pube inguinibusque) gl. Oxon. *douceint torth ha maharuin in irham . ha duceint torth in irgaem. ha huch. ha douceint manu-denn* (quadraginta panes et vervex aestate, et quadraginta panes hieme, et porcus et quadragintadisci butyri; cf. p. 328), *mormarch. tutnred + harodes eltguhebrie* (Mormarch, Tutnerth testes. et dedit Eltguobrius) Cod. Lichf. in append. libr. Land. p. 272. 273. *bryeint ecclhys Teliav o Lanntaf a rodes breenhined hinn ha thoyssogion cymry yn trycyguydaul dy ecclhys Teliav hac dir escip oll gueti ef* (privilegium ecclesiae Teliavi Landavensis, et dederunt reges hoc et principes Cambrorum in perpetuum ecclesiae Teliavi et omnibus episcopis post eum) Privil. Landav. in libro Landav. p. 113. *rac brennin a rac paup* (coram rege et coram quovis), *dy escop Teliav hac dy gur hac dy guas* (episcopo Teliavi et ejus viris et vassis; mox: *dy escop Teliav ha dy gur ha dy guas*) ibid. Exempla e Mab.: *Arthur ydoed yn eisted diwarnawt yny ystauell. ac ygyt ac ef owein. achynon. achei. agwenhwyuar* (A. sedebat aliquando in cubiculo suo, et una cum eo O. et C. et G.) 1, 1. *apharth ar gaer ydeuthum. ac nachaf y gwelwn deu was* (et versus castrum ibam et proximos videbam duos pueros) 1, 3. *ac aryant oed y bword. abhiant oed lieineu y bword. ac nyt oed un llestyr . . namyn eur* (et argentea erat mensa, et tegmen erat lineum mensae, et non erat unum vas nisi aureum) 1, 5.

Cum pronominiibus possessivis et cum articulo particula juncta facit formas *am, ath, ai, ae, ar* etc.: *vymarch am arueu* (equus meus et armatura mea), *vy march ath arueu diiheu* (equus meus et arma tua) Mab. 1, 267. 2, 16. *i tutbulc hai cenell* (in T. et ejus genus) Cod. Lichfeld. in append. libri Land. p. 271. *brennhin morcanhuc hay gur hay guas* (rex Morcantiae et ejus viri et ejus vassi) Privil. Land. in libr. Land. p. 113. *gwenhcyuar ae llawuorynyon* (G. et ejus puellae manu laborantes) Mab. 1, 1. *y pedeir gworaged ar hugeint ae meirch ae dillat* (viginti quatuor mulieres et equi earum et vestes) Mab. 1, 37. *y bwoyt ar llyn* (cibus et potus), *y nef ar dayar* (coelum et terra) Mab. 1, 5. 6.

Particula *ac*, *a* interdum, ut est diversae significationis, etiam diversae originis videtur ab ante dicta, e. gr. in Mab. 2, 10. 11 : *am nat wyt ynenryded dyn a wedo wrthaw ymdidan amharghwydi* (quia non es homo honestus, ut deceat colloqui cum domino meo), *nyt wyt vn enryded di ac y dyllych ymdidan am arghwydi* (non es honestus, ut debeas colloqui cum domino meo). Conferri possit huic formula loquendi supra memorata (p. 307), in qua post adjectivum cum praecedente *kyn* sequitur *a*, *ac*, praepositio significans *cum*, fortasse etiam latinus dicendi modus: *aeque honestus ac*.

In aliis exemplis particula *a*, *ac* adversativa est, ita ut videatur ejusdem originis cum hibern. *act* (sed). Quam diversam originem indicat fortasse, quod interdum manet *ac* ante consonas destitutas in Mab. : *ni aymdidanem a thi ony bei lesteir ar dy vwyf. ac weithon ni aymdidanwn a thi* (nos colloqueremur tecum, si non esset impedimentum tibi edenti; nunc autem colloquemur tecum) 1, 5. *nyt o gyuoetheu yn vwyaf yd ymborthei efrawc. namyn o torneimeint. . . ac ual y mae mynych . . . ef alas* (non de gubernando maxime curavit E., nisi de torneamentis, sed ut fit saepe, . . occisus est) 1, 235. *kyfarch gwell awneuthum idaw. ac rac dahet wybod ef. kynt y kyuarhawd ef well ymi. no miui idaw ef* (salutare paravi eum, sed propter urbanitatem prius salutavit ipse me, quam ego eum) 1, 4. *ac ef agadarnhaei ygwennwynei ydwofyr hunno genedyl ycorannyeit. ac na ladei. ac nat eidiganei neb oegenedyl ehun* (et asseverabat ipse, quod venenaret aqua ea genus pygmaeorum, sed quod non perderet et non laederet aliquem ex ejus ipsius genere) 3, 301. Veruntamen est etiam aspiratio, non destitutio tenuium, interdumque et aliter versa significatio: *drwc yw dy anyan. achanyys . . .* (malus est sermo tuus, sed quia etc.) Mab. 1, 19. *ti ageffy nawd heb y gereint. ac ny bu da dy wybot. ac ny buost gyuartal. gan dy uot yn gedymdeith. ac nat elych ymherbyn yr eihweith. ac o chlywy ouut arnaf y achubeit ohonat* (tu habebis gratiam, inquit G., quamvis non fuit bona conversatio tua et non fuisti comis, si eris in comitatu et non ibis contra me alia vice, sed, si audieris periculum de me, adjuvabor a te) 2, 51. 52. *mi arodaf y carcharawr itti ac ny darparysswon y rodi y neb* (ego dabo captivum tibi, quamvis non cogitaveram eum dare alicui) 2, 231.

Particula eadem copulat bis vel saepius posita, dum disjungit particula AE, quarum hoc loco statim consocio exempla.

Interrogationis indirectae simplicis positivae particulam affirmo eandem *in* ex interrogatione duplici, quamvis non legerim exemplum simplicis indirectae. Ejus naturam etiam prae se fert formula DÚS IN (IM ante labiales; lat. *an forte, si forsán* in sententia dependente) non infrequens in Wb.: *duis incomalnid arrupredchad dñib issos*: (gl. ideo scripsi ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obediētes sitis, 1. Cor. 2, 9; i. e. an impleatis quod praedicatum est vobis in evangelio) 14^d. *doairfenus doib dús imbed comrorcon and et nirobe* (gl. ascendi Hierosolymam secundum revelationem et contuli cum illis evangelium, Galat. 2, 2; i. e. contuli cum eis, an forte esset error ibi, et non fuit; vel legendum *inrobe*: an fuerit?) 18^d. Porro: *combat æt leu buid domsa iniriss et duis inintamlitis* (gl. si quomodo salvos faciam: quamdiu sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad aemulandum provocem carnem meam et salvos faciam aliquos ex illis, Rom. 11, 14) 5^b. *ni epur frið etarscarad frisuidiu .i. frigenti fobiith precepte doib duis inducatur fohiris* (gl. scripsi vobis in epistola: ne commisceamini . . . non utique etc., 1. Cor. 5, 9; i. e. non dico vobis separari ab his, a gentibus, propter docendum eos, an forsán suscipiantur in fidem) 9^b. *nascarad frisinfer dús inrictar triagnáissi* (gl. si qua mulier fidelis habet virum infidelem et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum; i. e. ne secedat a viro, ut forsán convertatur per consuetudinem ejus), *teccomnocuir inso isairi didiu asbiursa ambuith immallei dús inrictar indalanái trialaille* (gl. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, 1. Cor. 7, 13. 14), *cechoniscor doséthe uait níiscoirther act indnite dús im comchét buid dñib* (gl. servus vocatus es, ne sit tibi cura de libertate, sed etsi potes liber fieri, magis utere, ibid. v. 21; *im* pro *imb*: expectate, si forsán sit consensus vobis) 10^a. *duis indip fochunn icce do aindarpe aóentu* (gl. non communicamini cum illo ut confundatur, 2. Thessal. 3, 14; i. e. num forte sit causa salutis ei ejus excommunicatio) 26^b. *duis indobfochad .i. duis infaás far-*

saiihar (gl. ne forte tentaverit vos is qui tentat et inanis fiat labor vester, nisi ad cognoscendam fidem vestram, 1. Thessal. 3, 5) 25^a. *díus indaithirset* (gl. nequando deus det illis poenitentiam et respiscant a diaboli laqueis, oportet mansuetum esse ad omnes servum domini, 2. Timoth. 2, 25; *díus ind-* hic ante vocalem, dum supra sunt *in-*, *dús in-*) 30^b.

2. Interrogatio simplex negativa incipit a particulis cum particula negativa compositis *inná* et *cani*.

INNÁ: *inná tecta cumachte indoilbthid inna criad* (gl. annon habet potestatem figulus luti?) Wb. 4^c.

CANI: *cani messe immoforling cretim dúibsi* (gl. nonne opus meum vos estis in domino?) Wb. 10^c. *cani góo dúibsi anasberid* (annon falsum vobis quod dicitis?) Wb. 5^a. *cani tú féin* (gl. quis enim te discernit? i. e. annon tu ipse?) 8^d. *cani doich* (annon probabile?) 5^b. *cani mebuir lib insenchasso* (gl. legem non legistis? i. e. annon vobis est memoria legis?) 20^a. *décce lat corintiu et genti cani rochretset* (ecce tibi Corinthios et gentes, annon crediderunt?) 10^c. *canipu uissiu athabairt dúinni* (gl. si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? 1. Cor. 9. 12; i. e. annon esset justius, eam dare nobis?) 10^d. Sunt etiam scriptiones CONI, CINI: *congiam fribsi octáircud raith spirito dúib conihed fodera fáilti dúibsi et dúinni* (gl. adjuutores sumus gaudii vestri; i. e. collaboramus vobiscum in efficienda gratia spiritus vobis; annon hoc fert gaudium vobis et nobis?) Wb. 14^c. *cini glé lib* (annon cognitum vobis?) 12^d. *cini inonn riagul linn* (gl. nonne eodem spiritu ambulavimus?) 18^a. Scriptiones *cain*, *cainip* in Wb.: *cain ronóbad abracham trihiris* (annon sanctificatus est A. per fidem?) 2^c. *cainipsa sóir* (annon sum liber?) 10^c, sunt e *cani*, *canip*, ut *main*, *mainip* (p. 701. 702) e *mani*, *manip*. Differre videtur *can* (quomodo?): *can rofestasu* (gl. unde scis?) Wb. 10^a.

3. Interrogatio bipartita priori parti praemittit notam solitam interrogationis IN. (IM) et parti posteriori, si est positiva, FA (formam verbi substantivi pro BA, quae scriptio etiam invenitur), sin autem est negativa, finit FANACC.

Exempla interrogationis directae vel indirectae. a. Cum parte posteriore positiva: *imba bás ba bethu* (gl. quid cligam ignoro; i. e. utrum sit mors an vita, vel etiam directe: utrum est mors an vita? cf. *nibba*, *nipa*, non est, p. 480, et supra *imba*)

Wb. 23^b. *imbat da .g. bete and ba .g. 7 .n.* (gl. in hoc veritatem videre: ostendit Varro his verbis: aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. In hujusmodi Graeci et Attius noster bina gg scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre facile non est, Prisc. 1, 7; i. e. utrum duae g sint hic, an g et n) Sg. 15^a. *do línad int-sliuchta uerbi airciasberasu potior ní lán chiall and confeiser ciadiacumachtaigther .i. induit fein fa donach ailiu* (gl. omnis genitivus verbo adiungitur ad perfectionem sensus, ut mei vel illius potior, Prisc. 13, 5; i. e. ad perf. s. verbi, nam si dicis potior, non plenus sensus hic, donec scias, cujus, utrum tui an alius cujusquam) Sg. 209^b. *isinderb immasc. fá fem.* (gl. dubia sunt genera; i. e. est incertum, sitne masc. an fem.) Sg. 61^a. *issinméit mbis indepert .i. immar fa bec* (gl. figura dictionis in quantitate comprehenditur) 73^a.

b. Cum parte posteriore negativa: *cain ronóibad abrackam trihiris intree ém didiu fanacc* (gl. dicimus quia reputata est Abrachae fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? Rom. 4, 9. 10; cf. p. 358) Wb. 2^a. *imba nacol dom fanac* (gl. ut et vos sciatis quae circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, Ephes. 6, 21) Wb. 23^a. *:::digail forib ma:::d irlaiti arrofítir side imbo hochridiu fanacc* (gl. servi obedite, timentes dominum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, Coloss. 3, 22. 23; i. e. dabit vindictam vobis, si non estis obedientes; nam scit ipse, num fuerit ex corde necne) Wb. 27^a. *robu anfiss dosom inrolég fanacc* (fuit ignotum ei, an legerit necne) Sg. 148^a.

C. Particulae respondententes.

Respondetur hibernice plerumque iterando verbo, praesertim verbo substantivo, aut affirmando aut negando quod interrogatum est. Ita sententia biblica: sit sermo vester: est, est; non, non (germ. ja, ja! nein, nein!) in hodierna lingua hibernica est: *go madh é bhur cómh rád h dhaoibh, A seadh, a seadh; Ní seadh, ní seadh*, quae formulae fuissent in vetusta: *is ed, is ed. ní ed, ní ed*. Exempla responsionis eodem modo negantis, formulae praecipue NATE, NADE (cum a, ut *cate*, an e verbo *atá*? cf. p. 361. 477. 478), plura occurrunt in Wb.: *india indoich side do ndé ní doich* (gl. deus, qui justificat, accusabit? i. e. an deus? an proba-

bile hoc in eo? non! non est probabile!), *imba immalei do occar-taithricc et occarnáinsem náte níba hed nísi arsercc less* (gl. quis est qui condemnet? simul autem Jesus Christus qui mortuus est? Rom. 8, 34; i. e. num simul est redimens nos et condemnans? non! non est ita! non is ei est amor nostri) 4^b. *indoich bid indírge dodia insin. náte ní clóin* (gl. numquid iniquitas apud deum? absit! Rom. 9, 14) 4^a. *cani epir náte atbeir* (gl. an et lex hoc non dicit? scriptum est enim etc., 1. Cor. 9, 9; i. e. num non dicit? non! dicit) 10^a. *incoscranni . ní conchoscrann* (gl. legem destruimus? absit! Rom. 3, 31) 2^b.

Non tamen inde poterit affirmari, defuisse in lingua vetusta hibernica particulas respondendi peculiare, ut sunt in aliis linguis. Nam quamvis non appareat particula responsionis affirmans in codicibus nostris, apparet tamen particula negans NAICC (germ. *nein!*) in Wb. 2^b, glossans lat. *non!* in loco epistolae ad Rom. 3, 27: "ubi est gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? factorum? non!" Non differt procul dubio NACC in formula jam memorata *fanacc*.

D. Particulae exclamantes.

Particulae appellandi vel exclamandi, quas dicunt interjectiones, occurrunt quaedam in codicibus hibernicis. Frequentior est *a, á, ha* (lat. o!), praemissa vocativo (exempla in declinatione nominis). In Sg.: *uyp* (gl. ei, Virgil. ap. Prisc. 7, 5) 120^b. *uch mochliab a nóib ingen* (vae pectus meum, o sacra virgo! glossa marginalis scriptoris codicis) 211^a. Nescio an sit etiam interjectio in glossa item marginali: *uit mochrob* Sg. 176^b in dextera folii parte, in cujus parte sinistra legitur *sca. brig.* (sancta Brigitta!)

II. Particulae britannicae.

A. Negantes.

1. Cambrica particula negativa simplex absoluta est NI, NY: *ni cein guodeimisauh* (gl. non bene passa, manus) gl. Oxon.

ny chlywysynt eiryoet toryf a chwawt kyffelyb y rei hynny (non audiverant unquam tumultum et tempestatem tantam ut hanc) Mab. 1, 23. Status consonarum sequentium primitivi vel infecti regulae memoratae sunt supra (in libri I cap. II inter Britannica A. I. 7, B. I. 5, C. I. 11).

Ante vocales est solita forma NYT: *nyt oed gyuanhed yny gaer* (non erat domicilium in castro), *nyt oed un llestyr*, *nyt oed un dalen* (non erat unum vas, folium) Mab. 1, 4. 5. 9. *nyt yspeilwys ynteu vi* (non spoliavit ipse me) Mab. 1, 10. *nyt attebei ef* (non respondebat is) 1, 267. *nyt atwoenon i didi* (non cognoscebam ego te), *nyt adwoeney neb or teulu euo* (non cognoscebat aliquis ex agmine eum) 1, 25. 267. *nyt o gyuoetheu yd ymborthai* (non de imperando curavit) 1, 235. Immo occurrit etiam ante consonas: *nyt reit itti* (non necessarium tibi) Mab. 1, 8. 21. *nyt velly y mae iawn itt* (non ita tibi bene est) 1, 25. *nyt dyd hedw y neb y gerdet* (non dies hodie alicui proficiscendi) 1, 288. Subiacet etiam aucta *nyt*, ut *nat*, ante tenues aspiratas (p. 211), dum *ny*, *na* destituentes (p. 220) putandae sunt primitivae formae.

Formae ejusdem locum interdum obtinere videtur NYS: *achyurch gwell aoruc idi. ac nys atebawd yr iarlles* (salutavit eam, sed non respondit comitissa) Mab. 1, 18. *wrth hynny nys atwoenat neb or llu ef* (propter hoc non cognovit aliquis ex agmine eum) 1, 24. Sed ob praecedens subjectum vel objectum *s* saepe pronomem infixum personale 3 pers. habendum est (p. 381): *os gallafi les mi ae gwnaf. afles nys gwnaf inneu* (si potero commodum faciam, incommodum non faciam) Mab. 1, 256. *dim oc awch da nys mynnaf* (aliquid ex vestro bono nolo) 1, 272. *ny chyuar-chafi well ytti. kan nys dylly* (non salutabo te, nam non mereris) 1, 283.

Cornica NY destituens sequentes consonas: *ny yl den vyth amontye* (non potest vir unquam computare) Pass. 40, 2. *mar ny yl bos ken* (si non potest esse aliter; = *gyl*) 57, 4. *y vos kyllys ny vynna* (eum esse perditum noluit) 7, 3. *yn nef ny vethith tregis* (in coelum non eris receptus) 46, 3. Pro cambr. *nyt*, *nys* videtur obtinere NYN: *henna ganso nyn io poys* (hoc ei non erat molestum) P. 10, 2. Cf. tamen additae *g*, *ng*, *ni* exempla supra (p. 537).

Armorica NE, post quam non semper notatur infectio de-

stituens, quae etiam hodie obtinet, in Buh.: *ne gon* (nescio), *ne gallo* (non poterit) 4, 12. 48, 9. *ne gorreif ma drem* (non tollam vultum meum) 42, 17. *ne vezo ganet credet glan* (non erit natus, credite) 4, 21.

2. In sententia relativa vel dependente eadem particula britannice, ut hibernice, est NA.

Cambrica exempla: *mackwoy ual hwonn yr na allei dywedut* (puer ut hicce, qui non poterat loqui) Mab. 1, 267. *y gynnedyf yw na daw marchawc ar y dir ef na mynno ef ymuelet ac ef* (consuetudo ejus est, quod non veniat eques in terram suam, quin velit ipse pugnare cum eo) Mab. 2, 50. *mae ryued na thodeis yn lynnataod* (mirum est, quod non ceciderim in furorem) 1, 10. *diheu oed gantunt na chlywoyssynt eiryoet kerd kystal* (persuasum erat eis, quod non audiverint unquam cantum talem) 1, 23. *ar y llech y mae kawc aryant wrth gadwyn aryant. mal na ellir eu gohanu* (in lapide est vas argenteum in catena argentea, ita ut non possint separari) 1, 8. *medylyaw am na wn pa le ydaf heno* (meditor, quia nescio, in quem locum eam hac nocte) 2, 13. Cum pronomine infixio: *ryued yw gennyfi nam atwoenost* (mirum est mihi, quod non me cognovisti) Mab. 2, 7. Sequitur interdum post negationem vox, a qua dependet: *na chymeraf myn vygkret. . . na rodaf myn vygkret* (non sumam, non dabo, per fidem meam; i. e. per fidem meam, quod non etc.), *na rodaf yryfi a duw* (non dabo, per me omnino) Mab. 1, 264. 265.

Sunt etiam hic formae NAT et NAS differentes ut absolutae *nyt, nys*.

NAT: *ryuedu aoruc arthur na deffroes gwenhwycuar ac nat ymdroes yny gwely* (mirabatur A., non expergefieri G. et non moveri in lecto suo) Mab. 2, 8. *dywedut worthunt awnaethpwynt. nat yr amarch arnunt y dodit islaw y teulu* (dicebatur eis, quod non ad contemtionem eis ponerentur infra familiam) Mab. 1, 276. *ar da arannei owein. hyt nat oed vwy gan y gyfoeth garyat* (et bona distribuebat O., ita ut non esset major apud subditos amor) 1, 21. *ry dycko iarll ieuanc. am nat aei yn wreic idaw* (comes juvenis abstulerit, quia non ibat ut uxor ad eum) 1, 28.

NAS: *ny dele mab uchelur uod en penteulu. sef achaws nas dele* (non debet sublimis esse major domus; haec causa quod non

debet) Leg. 1. 7. 1. *ac yrof a duwo nas rodioni ewo* (ac per me certo non darem ego eum, equum) Mab. 1, 10.

Cornica exempla: *ef a doys gans Christ na oye tregis* (juravit, quod cum Christo non esset conversatus) Pass. 85, 4. *the demptye guthyll pegh neb na ylly* (ad tentandum facere peccatum, quod non potest) 20, 4. Quae forma legitur etiam post subjectum inchoans sententiam: *te na yllyth omwethe* (tu non potes cavere), *ef na gaffas* (ipse non invenit, causam) P. 20, 3. 116, 4, siquidem haec recte impressa sunt in libro mendoso. Ante vocales pro cambr. *nat* cornicè est NAG: *kyn nag off den skentyll* (quamvis non sum homo sapiens, dicam) Pass. 8, 1. *gensons cusyll nag o vas* (ceperunt consilium, quod non esset bonum) 31, 3.

Armorica: *euit vnau na duy, palamour sascun da vnau na duy* (propter aliquem, qui non venit) Buh. 4, 20. 6, 10. 11. Ante vocales item NAC: *perac guirion na sarmonnez nac ouzomp guer ne leuerez* (quae causa, quod non libere sermocinaris, et quod non nobis verbum dicis? ubi *ne* ante *leuerez* superflue versus causa videtur additum) Buh. 56, 8. 9.

3. Negationis prohibentis particula non differt. Cambrica in sententia directa NA, ante vocales NAC: *na dos ditheu yny gyvyl ef* (ne eas in vicinitatem ejus, equitis!) Mab. 1, 248. *na cheryd ui ny wydwon i hynny* (ne maledic mihi! nesciebam hoc) 1, 287. *kyrchu y llamhystaen. Na chyrch heb y gereint* (sumere nisum, coepit eques. Ne sume! dixit G.) 2, 16. *nac ymchoeldi dracheuyn* (ne invertere retro!) 2, 36.

Poterit videri posse, ut in hibernica lingua vetusta, etiam obtinere NY, e. gr.: *ny bo gressaw duwo wrthyt* (ne sit salutatio dei tibi!) Mab. 1, 292, nisi est statuendus sensus indicativi futuri: non erit, non fuerit.

Cornica: *na wra nay moy peghâ* (ne facias amplius peccatum!) Pass. 34, 4: *na as troys na leyff na vo golhys* (ne omitte pedem vel manum, quominus sit lavata) 46, 4. Conjicienda est forma NAG ante vocales, cujus exemplum non legi.

Armorica: *na grit dif caffou na saouzan* (ne facite mihi curas vel dolorem) Buh. 38, 21. *duet na tardet muy* (venite, ne tardate amplius) 76, 6. Non differt forma ante vocales: *na ehan quet* (ne tarda!), *na esma quet* (ne time!) Buh. 4, 2. 146, 6.

4. Negatio prohibens indirectae sententiae cambrice signifi-

catur praepositione *rac* cum infinitivo verbi: *yloty eu er escubaur ebrenyn rac dale muc ar yadar* (habitatio ejus, falconarii, est in horreo regis, ne afficiat fumus ejus aves) Leg. 1. 10. 4. *ykymerrasant kyt gyghor ynamgen. . . rac groybot or corannyeit adywethynt* (sumserunt una consilium alio modo, ne sciretur a pygmaeis, quod dicerent) Mab. 3, 300. Abnormis hic loquendi modus est, quia in ceteris dialectis idem sensus negationis prohibentis non per singulariter positam praep. *rac* (ad, cornice cum infinit., p. 643), sed per formulam *rac na* cum verbo personali interdum significatur.

Cornica particula et armorica in sententia dependente eadem est, quae in absoluta.

Cornica: *ef a yrghys gwythe tam na guskens* (jussit cavere bene, ne dormirent) Pass. 241, 3. *na veny lethys nynges forth the omwoethe* (ne occidamur, non est modus ad observandum) 245, 4.

Armorica: *mir na filli. mir na gruy da damnation* (cave ne decipias, cave ne efficias condemnationem tuam) Buh. 166, 4. 7. *ne caffaf span gant. own na ven daffnet* (non habeo tranquillitatem prae timore ne damner) 162, 5. 6. Formula armorica *rac na: niz sezlowo . . on guez arall an tra se rac na hoarfe goall* (audiamus id, alia vice res haec ne accidat mala) Buh. 74, 8. 9. 10. *ahanen reson eo monet rac nam be blam oz chom aman* (ab hoc loco necesse est ire, ne mihi sit dedecus, si maneo hic) 98, 6. 8.

5. Negationis duplicis vel multiplicis formula britannica est NA — NA, ante vocales NAC. Cum non appareat *ni* — *ni*, ut in hibernica lingua, et ante verbum sententiae semper praeter eam formulam praecedat particula negativa, in eadem conjunctionem *nac* — *nac*, *na* — *na* (vel — vel, p. 688) suspicari poterimus.

Cambrica exempla: *ny byd reit itt torri na gwaew na chledyf* (non est necessarium tibi frangere nec hastam nec gladium), *ny byd ryd heno nac auory na threnhyd* (non liber erit hac nocte nec cras nec tertia die) Mab. 1, 259. 289. *hyspys yw genysi na chynt na gwedy na chiglef i kerd kystal* (persuasum est mihi, quod nec antea nec postea audiverim cantum aequae dulcem) 1, 9. *ny wehynt neb rywo dim. na thy nac aniueil. na moc. na than. na dyn. na chyunnedd* (non videbant aliquid, nec domum nec animal nec fumum nec ignem nec hominem nec habitaculum)

3, 146. Cum articulo vel pronomine infixo coalescens particula: *pandaeth yr gaer nadyd. na mil. nar baed. nar cwn. na thy. nac anhed. nys gwelei yny gaer* (cum veniebat ad castrum, nec hominem nec animal nec ursos nec canes nec domum nec habitationem, nil videbat in castro) Mab. 3, 151. *ny at yr arueu estro-nawl mawr racco welet nae wyneb ef nae bryt* (non est propter arma mira magna illa videre nec ejus vultum nec ejus formam) 2, 10.

Cornica: *dal na bothar ny athe nag omlanas nag onon na claff a vyth ow crowethe mar pesy a lenn golon* (coecus vel surdus non erat nec claudus ullus nec aegrotus unquam lecto adfixus, cum petiit fideli corde) Pass. 25, 2. 3.

Armorica: *nemeux na ioa na cuff na car* (non habeo gaudium nec cognatos nec amicos) Buh. 8, 23. Ob praecedentem ante verbum negationem sufficit etiam semel posita particula *na*: *gat na louarn ne espernaff* (nec lepori nec vulpi parcam) Buh. 32, 8.

6. Ad ampliandam negationem dialectus quaeque suas sibi voces elegit.

Cambrica pron. *neb* (aliquis), subst. *dim* (res) frequentius addit: *ny chaffwn i neb* (neminem inveni) Mab. 1, 10. *dim oc awch da nys mynnaff* (nihil de vestris bonis cupio) 1, 272. *ni chigleu i dim* (non audivi aliquid) 2, 232. 233.

Cornica praefert subst. *banna* (in Vocab. *banne*, gutta, stilla): *gans queth y ben y quethens guellas banna na ylly* (involucro ejus caput involuebant, ut videre aliquid non posset) Pass. 96, 1. *dal o ny wely banna* (coecus erat, nil videbat) 217, 2.

Armorica negationi addere vocem *quet* (leg. *ket*, utrum pron. an subst.? in sententia positiva in Buh. 170, 18: *me carke gouzout quet goude*, scire velim postea) ita adamavit, ut facta sit perpetua fere negationis comes, ut gall. hodiern. *pas* (= passus), atque hodie quoque *ket* in eodem continuo usu sit. Exempla quaedam negationis qualiscunque cum ea voce e Buh.: *ne deuz quet* (non habetur) 16, 16. *ne guallaf quet* (non possum), *ne gallen quet* (non poteram) 56, 13. 78, 13. *na ehan quet* (ne tarda) 4, 2. *na tardomp quet* (ne tardemus) 32, 12. 146, 17. 210, 8. *doe roen tir a miro dit tra hedro na nouso quet* (deus rex mundi custodiet, tibi res mala ne noceat) 6, 26. Est eadem adeo et comes praep. *hep* (sine): *hep gou quet* (sine falso) 116, 15. *hep quet*

nam, hep quet anam (sine macula) 72, 16. 104, 6. 146, 17. *hep quet amar* (sine mora) 204, 16, in quibus loquendi formulis fere possit videri idem quod pron. lat. *aliquis*. Rarius comitatur negationem vox *quen* (alibi etiam verbo positivo addita, = hibern. cambr. *cain*, bene?): *ne galaf quen* (non possum) Buh. 94, 21. *nem bezo quen* (non erit mihi) 132, 4. *hon credit na compsit quen* (credite nobis, ne loquamini amplius) 188, 12. *nen prouffen quen* (non id probarem) 170, 15.

B. Particulae interrogantes.

1. Interrogationem simplicem positivam, tam directam quam indirectam, cambrice significat *AE* ante nomina, *A* ante verba: *ae amser ynni cynet yr byrdeu* (num tempus nobis eundi ad mensas?) Mab. 1, 11. *ae gur y arthur wyt ti* (num vir Arthuri es tu?) 1, 243. *gofyn aoruc owein ae dyn bydawl* (quaerere coepit O., an esset homo mundanus) 1, 31. *gofyn aoruc owein aoes uarch ac arueu yr iarlles* (quaerere O., an esset equus et arma comitissae) 1, 29. *gofyn aoruc owein yr uorwoyn aoed le y gallei ef kaffel bcyt* (quaerere O. e puella, num esset locus, ubi posset capere cibum) 1, 32. *a bery di* (an facies tu?) 1, 264.

Cornice *A*: *a wotta* (an vides?) Pass. 195, 3. 255, 4. *a ow cows why an clewas* (num loquentem vos eum audivistis?) 95, 1.

Armorice *A*, ante vocales *AC*: *a guir eo tra se* (an verum est hoc?) Buh. 126, 20. *a te so claf* (num tu aegrotus es?) 56, 7. *ac eff so muy* (an sunt plures?) 120, 18. *da gouzout scler a huy te quemeret* (ad sciendum bene, num vos sitis recepti) 20, 20. *huy goar net a hy so parfet* (vos scitis, an ea sit proba, puella) 22, 16. *leueret spes ac ef so hoz esper* (dicite, an id sit vestra spes) 22, 12. *grit huy vn odiancc ac eff reiz en breiz man a deuhe* (facite augurium, an ipse recte in hanc Britanniam veniat) 88, 11. 13.

2. Interrogationis simplicis negativae notae britannicae sunt eadem fere, ut hibernicae.

Cambrica *PONY* (hibern. *cani*): *pony wydut ti nat edewis y gawat hediw na dyn na llodyn yn vyw* (annon scis, quod non siverit tempestas hodie nec hominem nec animal vivum?) Mab. 1, 9. *ponyt oed da mynet y geisaw* (annon esset bonum, ire

quaesitum?) 1, 11. *aphonyt y geissaw dial* (et quidni sumere vindictam?) 2, 18.

Cornica A NA, A NY: *a na wylta* (annon vides?) Pass. 120, 3. *a ny wothas ow mestry* (annon novisti potestatem meam?) 144, 3.

Armorica ANA, ANE conjicienda est et obvia, si recte video, in Buh. 158, 8: *anedindy duet guenede* (annon sunt allati tecum, argentei?)

3. Interrogationis bipartitae vix exempla occurrunt. Cambricae iteratae particulae AE — AE vel A — A, si pars posterior est affirmans, colligi possunt ex interrogatione simplici et e Leg. 2. 1. 27: *edeueyt e kefreith na vyr nep beth eu hy ai moruyn ae gureic* (lex pronuntiat neminem posse scire, quid sit ipsa, utrum virgo an mulier; cf. p. 686). Num in parte posteriori negativa in usu fuerit formula *ae nac*, *a nac*, exemplum non comprobatur.

Cornicae ut armoricae formulae poterunt item conjici A — A, AC — AC. Sed in libris exempla non legi.

C. Particulae respondentes.

Cambrice respondetur saepius etiam ut hibernice repetenda voce, tam substantivo quam verbo, quo fit interrogatio, vel affirmando vel negando.

E. gr. affirmando: *ae amser ynni vynet yr byrdeu. Amser. arghoyd heb yr owein* (num tempus nobis eundi ad mensas? Tempus! domine, respondit O.) Mab. 1, 11. *a bery di bot vym-march i am arueu yn vnletty ami heno. Paraf* (num facies esse equum meum et arma mea in uno loco mecum hac nocte? faciam!) 1, 264. *aoes chwedleu o newyd gennyt ti. Oes arghoyd heb yr ynteu* (num nuntii novi sunt tecum? Sunt! domine, respondit ille) 2, 6.

Si negatur, obtinet particulae forma NA, ante vocales NAC: *dyoet heb ef. a vu ef gennyt ti a gwneuthur amuoed arnat. Na vu myn vygret heb hi* (dic, inquit, num fuit is apud te ad faciendum contra voluntatem tibi? Non fuit, per fidem meam, dixit ipsa) Mab. 1, 240. *a vorwyn heb y poredur adoy di y dangos ymi yr anisueil hwnnw. Nac af ny lyuasswoys dyn wynet yr*

forest yr ys blwydyn (puella, inquit P., num ibis tu monstratum mihi animal hoc? Non ibo! non concessit homini ire ad silvam inde ab anno) 1, 293. *aatwaenost di y marchawc racco mawr. nac atwen heb yr ynteu* (num cognoscis tu equitem illum magnum? Non cognosco, respondit ille) 2, 10. Inde et formula NAC EF (non id! germ. nein!): *tydi vychwaer heb y peredur. myvi a rannaf y bwyt ar llynn. Nac ef eneit heb hi* (tu mea soror! inquit P., ego distribuam cibum et potum. Non id! anima, dixit ipsa) Mab. 1, 251. *arhowch vi yma heb y peredur mi aaf y ymoelet ar pryf. Nac ef arghoyd heb wynt. awn ygyt y ymlad ar pryf* (expectate me hic, inquit P., ego ibo ad pugnandum cum serpente. Non ita! domine, dixerunt illi; ibimus una ad certandum cum serpente) 1, 277. Hodie quoque *nag e* in sententia biblica: *bydded eich ymarweddiad Iē, iē; Nag e, nag e* (sit sermo vester: est, est; non, non!).

Inde vix in usu fuerit particula *nac* sola, ut hibernica particula negativa respondens *naicc* (p. 711); occurrit tamen ut substantivum (germ. *das nein*): *dyuot o gennat arthur anac genthi o iwerdon. . . gwedy lleueryd nac udunt. kyuodi aoruc bedwyr* (rediri a legatione Arthuri coeptum et non, i. e. negatio, repulsa, cum ea ex Hibernia . . . Postquam dictum non, negatum erat eis, surgere B.) Mab. 2, 240.

E contrario sunt peculiare particulae respondentes affirmativae quaedam cambricae, quas nescit hibernica lingua. Frequentior est IE, IEU: *ae gur y arthur wyt ti heb ef. Ie myn vygkret heb y peredur, heb y gwalchmei* (num vir Arthuri es tu? dixit ille. Ita! per fidem meam, inquit P., G.) Mab. 1, 244. 285. Saepius tamen particula non respondet, sed affirmat solummodo, interdum et exclamat: *awn ygyt y ymlad ar pryf. Ie heb y peredur ny mynnafi hynny* (nos ibimus una ad certandum cum serpente. Certo, inquit, P., non permitto hoc) Mab. 1, 278. *datlewygu aoruc yr iarlles. Ie vy mab kychwoyn a vynny. Ieu heb ef gan dy genyat* (resuscitata ex animi deliquio comitissa: revera, fili mi, abire tu vis! Ita! inquit, cum tua licentia) 1, 238. *can dy genyat heb y peredur mi a gychwoynnaf ymeith. Ie hynny vymrawt awynny. Ieu myn vygret. aphei na bei o garyat arnat ti ny bydron yma hyt y bum* (cum tua licentia, inquit P., pergam foras. Heu hoc, mi frater, vis! Ita! per fidem meam; et si non fuisset amore tui, non

fuissem hic quamdiu fui) 1, 255. *Ieu heb y peredur yma y bydon heno* (certo, revera, inquit P., hic erimus hanc noctem) 1, 256.

Particula nonnisi post interrogationem affirmans est DO (ita): *deffroi aoruc arthur agofyn agysgassei hayach. Do arglwyd heb yr owein dalym* (erpergefieri A. et quaerere, an dormivisset aliquantum. Ita! domine, inquit O., aliquid temporis) Mab. 1, 11. *a ymwelas ef athi heb hi. do heb ef* (num convenit ipse tecum, interrogavit ipsa. Ita! respondit is) 2, 24.

Cornice et armorice responderi item verbo praesertim, quo interrogatum est, iterando vel affirmative vel negative, colligere licet jam e memoratis et patet e pluribus exemplis, saltem armoricis. Sunt etiam armoricae particulae respondentis affirmativae peculiaris YA quaedam exempla in Buh.: *a huy a toehe noc boe y. Ya tizmat hep laquat sy* (num vos juraretis, quod non habuistis eos, argenteos? Ita! illico sine haesitatione) 160, 7. *a te touhe tam an tra man. Ya tizmat hep nep atfer* (num tu jurares revera hanc rem? Ita! statim sine aliqua perturbatione) 164, 15.

D. Particulae exclamantes.

Cambrica frequentior interjectio et particula appellans, praemissa ut in lingua hibernica vocativo, A, HA, jam adest in glossis Oxon.: *a mein funiou* (vittae tenues!), *a hir etem* (instita longa!), *ha arcibrenou* (o sepulti!). Ita et in Mab.: *a unbenn, ha unbenn, ha iarllles* (o domine! comitissa!) fq. *a vorwyn, ha vorwyn* (o puella!) 1, 28. 293.

Particulae magis exclamantes sunt OCH et OI, quarum illa interdum, haec semper appellantem a post se habet.

OCH: *och heb y riannon paham yrody di atdeb uelly* (o, inquit R., cur das tu ita responsionem?) Mab. 3, 21. *arthur awisgawd ymdanaw y vynet y ymwan ar marchawc. Och arglwyd heb y gwalchmei gat ymi vynet y ymwan ar marchawg yn gyntaf* (A. se induit iturus certatum cum equite. Heus! domine, inquit G., permitte mihi ire ad certamen cum equite primum!) 1, 24. *Och ereint heb ef ae tidi yssyd yma* (heus Gerenti, tune es hic?) 2, 54. OCH A: *erchi y vandyth awnaeth. Och a truan heb ef ny dylly gaffol bendyth* (poscere benedictionem coepit. Heus! miser, inquit, non mereris accipere benedictionem) Mab. 1, 287. *och art*

heb y gereint. paham y colleist ditheu hwnnw (eheu, vir, inquit G., cur perdidisti tu hoc?) 2, 14. *och aenit heb ef pa gerdet yw hwnn* (eheu, Enita, inquit, qualis profectio est haec!) 2, 55.

OIA: *oia uorwyn dec a bery di* (ohe, puella pulchra, num facies tu?) Mab. 1, 264. *oia wr pa le yd ymordiwedawd ef athi* (ohe, vir, ubi superavit is te?) 2, 24. *oiawr kanyat y mor marw dhcs yndaw* (o vir, an permittit mare in mortuo esse pretiosa?) 2, 216. *oi awrda y mae ymi gedymdeith. kynnydycko y gerd honn* (o vir nobilis, est mihi socius, sed non intelligit hanc artem) 2, 229. *oia arglwyd duw heb ef pwy yssyd yngorffenn vyndiua i* (eheu domine deus, inquit, quis est, qui perficit ruinam meam!) 3, 154.

Sunt praeterea et aliae quaedam particulae cambricae exclamandi vel lamentandi: *oiaduw heb ef gwae ti vymot yn achaws* (o deus, vae mihi, quod sum ego causa) Mab. 3, 97. *oiaduw holl gyuoethawc gwaewi heb ef nyt oes neb heb le idaw heno namyn mi* (heu deus omnipotens, vae mihi, inquit, non est aliquis, cui non sit locus hac nocte, nisi ego) 3, 143. *gwae ui heb hi os om achaws i y mae* (vae mihi, dixit ipsa, quod propter me est, quod etc.) 2, 35. *vb wyr nawd duw ragoch. yr y byt na wnewch hynny* (heu viri, gratia dei sit vobis! per mundum ne facite hoc! cf. hibern. vet. *upp*, gl. ei, Sg.) 2, 216. *y mam heb ef peth ryued rywleis yghot* (ohe mater, quod mirum vidi in silva!) 1, 236.

Cornicae interjectiones vix leguntur. Ne appellans quidem *a* in usu est in Pass.: *arluth du y a armas* (domine deus, exclamaverunt ipsi) 42, 4. *arluth du yw me henna* (domine deus, num ego sum?) 43, 2. *arluth gwyr a leversough* (domine, verum dixisti) 50, 4. *guas te a thek an grows* (puer, fer crucem!) 174, 2.

Arm orice item appellatio fit sine particula *a* in Buh. Aliae quaedam interjectiones ex eodem libro: *ach autrou* (heu, eheu domine!) fq. *ach roen tron te goar quirionez mar e meus carez dellezet* (eheu rex thronorum, tu scis veritatem, num reprehensionem meruerim) 50, 3. *ach goa me breman* (heu, vae mihi nunc!) 174, 1. *eza merdeidi mazaimp prest* (eja, nautae, simus parati) 14, 11. Frequentiores sunt porro ibidem interjectiones excitantes *allas* (gall. hod. *hélas!*), *cza*, *orcza*, *orzca*, *orcza cza* (gall. hod. *ça! ça ça!*), et demonstrans *setu* (ecce!).

LIBER QUINTUS.

DE DERIVATIONE ET COMPOSITIONE.

Voces simplices omni flexione et omni syllaba accessoria carentes, sensum tamen significantes, elementa vocabulorum, quibus omnis lingua constat, cognitae radicum vel vocum radicalium nomine, in celticis linguis monosyllabae inveniuntur, ut in ceteris linguis affinibus. Ejusmodi syllabas radicales jam per se solae vocales efficere possunt, quibus si accedunt ab utroque latere vel una consona vel duae connexae, quo fiunt numerosissimae radices, vel etiam tres, quo pauciores oriuntur, discerni possunt formulae vel classes radicum hae.

I. Sola vocalis radicem constituens: *a*, *e* (pron. possess.), *é* (ire), *ó* (ex, a), *au* (nepos).

II. Unica consona inchoans: *me*, *mo*, *do*, *tu* (pronomina), *ma*, *ni*, *na*, *do* (particulae).

III. Unica consona finiens: *al* (alere), *ag* (timere) etc.

IV. Unica consona inchoans et finiens: *ber* (ferre), *ger* (vox), *par* (parare), *cat* (pugna), *dán* (oppidum) etc.

V. Duae consonae inchoantes: *tri* (tres), *tre* (per) etc.

VI. Duae consonae finientes: *alb*, *alp* (mons), *arb* (heres), *ard* (altus) etc.

VII. Duae consonae initiales cum unica finali: *bret*, *brú* (judicium), *brtg* (valor), *dlig* (debere).

VIII. Unica consona inchoans cum duabus terminalibus: *verg* (efficax), *delb* (figura), *delg* (condelc, comparatio) etc.

IX. Duae consonae inchoantes itemque finientes: *cland*, *plant* (proles), *crund* (rotundus), *shind* (pecten), *flesc* (linea).

X. Tres consonae inchoantes cum unica finiente: *scrib* (hibern. *scribend*, scribere). Hujus classis, cujus sunt etiam lat. *silata*, *strepo*, *strido*, jam pauca sunt exempla.

Celticae radices autem vel latinae raras sunt, quae incipiunt a tribus, desinunt in duas consonas, ut lat. *splendeo*, *stringo*, et vix invenitur aliqua terminata a tribus, ut germ. *berht* (goth. *bairht*, clarus, quae eadem radix etiam subest nomini vetusto *Burcturi* Tab. Peut., quod alibi commodius ori romano est *Bructeri*), *tenht* (in nomine vetusto *Tencteri*), siquidem et hae sunt merae radices, et non derivatae voces. Multo minus expectandae sunt voces secundum formulas, quae adhuc construi possint, SCERCT, SCRERCT, si consonae incipientes SC, SCR, finientes RCT significantur.

Earum radicum copiam omnem colligere et per varias classes vocabulorum singulorum origines et propagationes indagare, lexicum haud dubie negotium est, non grammatices, quae potius pluribus communia observat.

E syllaba radicali nuda fiunt voces bisyllabae vel plurium syllabarum flexione, derivatione, compositione. Flexionis syllabis indutae voces primitivae quidem adhuc dicuntur, non derivatae scilicet, auctae tamen sunt, servientibus literis terminationum nominis vel verbi, quae in praecedentibus libris enumeratae sunt, formatae. Derivatarum et compositarum vocum formulae vel regulae in sequentibus capitibus tradentur.

CAPUT PRIMUM.

De derivatione.

Celtica derivatio non minus copiosa quam in aliis linguis affinis, ut in his, fit tam vocalibus quam consonis. Vocales derivantes possunt quidem alternare cum derivationibus consonarum vel syllabis derivantibus ab iisdem formatis, non subsequuntur tamen ipsae solae bis vel ter, ut syllabae cum consonis derivantes.

Est igitur consonarum tantum derivatio praeter simplicem, etiam duplex vel multiplex.

I. Derivatio hibernica.

A. Derivatio vocalium.

Nomina linguarum affinium stirpis indeuropaeae desinere primitus in vocales tres principales A, I, U, docuit grammatica comparata. Concordat prisca gallica, quae servat modum primitivum in medio compositorum, ubi voces priores exhibet terminatas ab iisdem vocalibus, sola excepta A, cujus locum obtinet O in plurimis nominibus, e. gr.: Lugodunum, Lupodunum, Sigovesus, Bellovesus, Cingetorix. Finalis I prioris partis compositi item frequens est in nominibus vetustis: Moridunum, Moricambe, Moritasgus, Cassivellaunus, Cassignatus, Nivimagus. Et finalis U: Esunertus, Viducasses, Bituriges, Caturiges, Mandubratius.

Inter has primum loco cedit A (O), e. gr. in compositis Lausdunum, Atismara, Lugdunum. Non habere videtur eandem tenacitatem, ut ceterae duae, I et U, quae etiam prae omni alia vocali vel diphthongo inserviunt derivationi. Jam fit utraque derivans, si illa (O = A) intercedit copulans, ut fit saepius, inter partem priorem terminatam ab his duabus, I et U, et posteriorem compositi; e. gr. post I: Noviomagus, Noviodunum, Mediolanum, Mediolacus, Mediomatrici, Bodiocasses, Velliocasses, Ambiorix (ita ut etiam conjici possint Moriodunum, Cassiognatus), et post U: Boduognatus, Epomanduodurum (cf. Mandubratius).

Eodem modo extra compositionem occurrit derivans utraque vocalis accedente vocali alia terminationis alicujus. I: Curia Itin., Stuccia, Ravius, Novius, Tobius (fluvii Brit. et Hibern.) Ptol., Ollius, Mincius (fluvii Galliae cisalp.), Larius (lacus), Tausius (Tunger, Capitolin. Pertin. c. 11), Commius Caes., Cassius (gallicae originis?), Vasio (urbs Vocontiorum, Mel. 2, 5. Plin. 3, 4), Sirione (ablat.) Itin. A., Albion (nomen vetustum Britanniae. ap. Mel. Plin. Ptol.), Bergion (Mel. 2, 5), Juliacum, Clipiacum

etc. Teutobodiaci, Bodiontici (cf. Segobodium Tab. Peut.) Plin. Frequentissime *i* derivat inter syllabas derivantes *-at*, *-et*, *-it*, *-ant*, *-ont* etc. et *-on* vel *-ac*: Tutatione, Stabatione, Colatione, Bregetione, Saletione, Tinnetione (cf. ad Bilitionem castrum Greg. Tur. 10, 3, hod. Bellinzona), Brigantione, Derventione, Vesontione, Reversione, Petovione, ablativi nominum locorum in Itinerariis. Avenio, Arausio (= ion; oppida Galliae Narbon., Mel. 2, 5), Divitiacus, Segontiaci, Magontiacum etc.

U: Atesui (Galliae pop., Plin. 4, 18; cf. Essui Caes.), Mesua (collis Gall. Narb., Mel. 2, 5; cf. *Μεσούιον* Ptol. in Germ. magna), Addua (fluv. Gall. cisalp.; cf. quidam nomine Adduus, Vellej. 2, 102 et Aduatuci Caes.), Aedui, Vidua (fluv. Hibern., Ptol.; cf. Viducasses Plin.), Ateboduus, Maroboduus (cf. p. 27), Cartismandua (Britannor. regina, Tacit.), Veromandui, Abrincatui Ptol. Plin., Ambitui Plin., Meduana (torrens prope Andegavum, Gregor. Tur. 10, 9; ita etiam in Actis SS.), Medoacus (fluvii duo Galliae cisalp., Plin.), Meduatum Tab. Peut., Sequana, Sequani, Nantuates (i. e. Vallenses), Cotuatus, Gutruatus Caes., Bituitus (Flor. 3, 2; cf. Bituriges), Aruanna, Teruanna Itin., Adcantuannus, Arduenna Caes. Sunt adnumeranda forsitan etiam nomina Helvii, Helvetii, Nervii, Carvilius, Arverni.

Praeter has duas vocales usitatissimas in derivatione priscae linguae vix alia correpta occurrit, e. gr. *e* in Correuus (Bellovacus, Caes. 8, 6. 19), siquidem non longa est haec et recte concepta). Solent illae etiam servare in vocibus, quibus conveniunt eadem, suum locum ante consonas derivationis accedentes; e. gr. *i*: Morini, Toutillus Inscript. (cf. Toutia, Toutiorix, p. 38), Bodincomagus (Plin. 3, 16), et praesertim *u*: Esubii (pop. Gall. ap. Caes.), Esuggius (nom. viri ap. Murat. 1986, 7. Orell. 2062; cf. Esunerius Inscript., i. e. Marte validus, compos. cum nomine dei gallici Hesus Lucan., Esus Inscr.), Mandubii Caes. (cf. Epomanduodurum, Cartismandua), Meduli, Medulli Plin., *Μέδουλλον* Ptol., Medullius Inscript. (Grut. 1038, 9; cf. Meduana, Meduatum), Catullus (cf. p. 6; nomen viri cambr. vet. *Catell* in chron. cambr. in praef. Leg. p. IV), Catuso (Inscr. Orell. 273), Catussa (Sequanus, Inscr. Orell. 4803), Bellatullus, Belatulla (Inscript. Orell. 287. 4983; cf. Bellatumara p. 19, Belatucardus Inscr. Mur. 43, 1).

Vocales junctae in diphthongos derivantes in vetustis nominibus poterunt dici *ai*, *ei*, *au*, *eu*, quarum tamen vocales posteriores accedente flexione solvuntur in spirantes. Exempla ideo sequentur infra sub spirantibus.

In lingua hibernica jam vetusta evanuerunt non solum vocales tres primitivae intermediae in compositis, sed etiam *i* et *u* finales substantivorum, e. gr. in *muir* (= *mori*, mare), *buíid* (= *bódi*, victoria; in quibus duabus vocibus *i* pereuntis vestigium latet adhuc in vocali radice infecta), *fid* (= *vidu*, arbor), *bíh* (= *bitu*, mundus), *cath* (*catu*, pugna). Plurimum tamen perstitit *i* derivans formularum substantivorum *-sion*, *-antion*, *-ention* etc., et adjectivorum *-ati* (conjiciendum est adj. gall. vet. *gaisati*, hasta praeditus, p. 64), *-eti* etc. Conveniunt enim cum illis substantiva hibernica in *-siu*, *-isiu*, gen. *-sen*, *-itiu*, gen. *-iten* (e. gr. *úrphaisiu*, *déiciu*, *foisitiu*; cf. lat. *divisio*, *-ionis*), cum his autem adjectiva derivata in *-te*, *-de*, *-ithe* (e. gr. *dálte*, forensis, *gaide*, hasta praeditus) cum *e* deficiente ex *i*. Substantivorum trium generum (cf. p. 245. 257) vel pronominum finalis *e* in quibusdam haud dubie ejusdem originis est, e. gr. in derivatis in *-aire*, *-ire*, *-se* (*notaire*, notarius, *caimse*, camisia), in pronom. *aile* (alius), *uile* (omnis), in aliis tamen forsitan ex aliis vocalibus orta, forsitan et residua postquam amissa est consona finalis, e. gr. *s*, abolita certo in pluribus formis hibernicis. Ita etiam *-e*, *-i*, *-u* prodiisse ex *-ed*, *-id*, *-ud* putandae sunt in substantivis *tene*, gen. *tened* (ignis), *fili*, gen. *filed* (poëta), *máth Rathatu*, gen. *-thatad* (matrimonium), *aílidetu*, gen. *-detad* (alternatio).

Subjungo nomina quaedam desinentia adhuc in *-e* vel *-u*, praesertim alibi non memorata, sive sint diversi generis substantiva sive diversae originis terminationes.

E finalis substantivorum: *ette* (gl. pinna) Sg. 67^a. *cuilae* (gl. culina) Sg. 51^b. *lainne* (gl. acrimonia, gl. acredo) Sg. 50^a. 52^a. 62^b. *lindæ* (gl. termes) Sg. 102^a. *rucce* (dedecus) Wb. 24^a. 26^a. 30^a. *bethe* (gl. buxus, arbor) Pr. Cr. 24^b. *gainae* (gl. silex) Sg. 61^a. *tinne* (gl. chalybs) Pr. Cr. 47^b. *slice* (gl. lanx) Sg. 20^a. *scotae* (gl. violarium) Sg. 35^b. *athinne*, *aithinne* (gl. torris, gl. fax) Sg. 70^a. Pr. Cr. 48^a. *enchache* (gl. scurrilitas) Wb. 22^b. Adjectivorum:

áithé (gl. acutus) Sg. 108^a. *buide* (gl. flavus) Sg. 14^a. *torisse*, *tárisse*, *toráisse*, *taráisse* (fidelis, firmus, securus) Wb. 25^c. 27^c. 30^d. Ml. 27^a. *sommae* (dives), *domme* (inops) Ml. 36^a. 36^c. *cumme* (aequalis, idem) fq. Adjectiva derivata in *-ithe*, *-the*, *-te* cum finalem vocalem saepius in *a* mutant in Sg., ex eodem quaedam aliae voces his addi poterunt, e. gr. *derba* (certitudo) 66^b. *sechta* (gl. mechanice) 33^a.

U terminalis: *áru* (gl. rien) Sg. 96^b. *múirmóru* (gl. Siren) Sg. 96^b. *orádu lámae* (gl. pollex) Sg. 68^b. *cundu* (gl. supparus) Sg. 70^a. *adárcliu* (gl. cornix; *adarc*, cornu) Sg. 69^a.

B. Derivatio consonarum simplex vel duplex.

Sunt primum enumerandae formulae monosyllabae consonarum derivantium, et inter eas quae inveniuntur frequentioris usus bisyllabae vel elisa una vocali duarum saltem consonarum. Vocalis syllabae derivantis non solum est correpta, quae interdum decidit, ut consona nuda ad radicem accedat, sed etiam producta esse potest vel diphthongus. Consona derivans ipsa est aut singularis, aut juncta tam secum (derivatio geminata) quam cum alia (derivatio connexa). Tam formulae derivationis connexae, cujus consona prior frequentius est liquida N, spirans S vel tenuis C, rarius R, vix L, quam formulae bisyllabae in hoc conspectu enumerantur secundum consonam posteriorem. Praemitto et hic exempla vetusta gallica, ut sit fundamentum tam hibernicis quam britannicis.

1. Derivatio liquidarum.

L singularis derivantis exempla vetusta gallica vel britannica. a) Accedentis excussa vocali ad radicem: *Ἐβλάνοι* (pop. Hibern.) Ptol. Sumlocenna (colonia ad Nicrum, in Inscriptt.; cf. Samulocenis leg. Sumulocenis Tab. Peut. et Sumelonius Inscr. Grut. 851, 7). Segla (nom. pr. fem.) Inscr. Murat. 1213, 2. Cuslano sacr. (cf. Cosli, nomen vetust. oppidi Cusel, et Cuses Orell. 484) Inscr. Orell. 1985.

b) Accedentis cum vocalibus correptis. AL: Teutalus (Gallus) Sil. Ital. 4, 198. Magalus (rex Bojorum) Liv. 21, 29. *Tai-*

ζαλοι, Ταιζάλων (ἄκρον, Britann.; cf. Azali Plin. 3, 25) Ptol. Mantala (Allobrog.) Tab. Peut., Petromantalum (Galliae oppid.; cf. Cata-mantal-edis fil. Caes.?) Tab. Peut. Montalomagensis vicus Gregor. Tur. 7, 47. Cucalonis fil. Inscr. Orell. 4903. EL: Ocelum, Grajoceli Caes. Vindelici Horat. (od. 4, 4). Vindelicus amnis Flor. 3, 2. IL: Sicila (vicus Galliae) Lamprid. Alex. Sever. c. 59. Basilia (cf. Basilus Caes. 6, 29) Ammian. 30, 3. Jopilia Bolland. Sept. 5, 597. Virgilius, Vergilius Martial. Sidon., Vergiliae stellae (cf. p. 14). Carvilius Caes. Vindilius Inscr. Stein. 298. OL: ἄλβολον (pulegium herba Gallis) Dioscor. 3, 30. Anisola (amnis, monast.; cf. Anisus) Boll. Mai. 3, 608. Jun. 3, 355. UL: Meduli Auson. epist. 4. 7. Camulogenus, Taximagulus Caes. Camulus (Mavors) Inscr. Orell. 1977. 1978. σοῦβουλονι (strychnus herba Gallis) Dioscor. 4, 71. Βρίγουλος (vetustius nomen Araris vel Saugonnae) Plut. ed. Reisk. 10, 729. 730. Dammula Inscr. Murat. 1305, 1. Itulus Grut. 807, 7. 853, 9. Dumnulus, Dumnulus Sidon. epist. 4, 25. 9, 13. Venuleius Lamprid. Alex. Sever. c. 68. Benuleia (fem.) Inscript. Murat. 1313, 10.

c) Accedentis cum vocalibus productis. ÂL derivantis exempla quaedam forsitan quaerenda sunt inter supra dicta in -al, formae adjectivi, quae cambrice est -aul, -awl. Diphthongi in nominibus Καμβούλης ap. Pausan. 10, 19, Sugeulo in Inscr. ap. Orell., si sunt derivata, non composita (cf. hibern. vet. éola, éula, sapiens, p. 42).

d) Derivans LL in nominibus gallicis vel britannicis. ALL: Οὐέξαλλα (aestuar. Brit.) Ptol. villa Bonalla, Boll. Mai. 3, 608. monast. Pentallum in pago Rotomag., Mabill. saec. 2, 478, in quibusdam alternans cum -ell: in vico Marsallo, Marsello Trad. wizenburg. n. 215. 230, Concurcallum, Concorcellum ap. Vales. In Italia superiore adhuc Guastalla, Varallo, vix alius quam gallicae originis. Sunt et formulae bisyllabae cum tenuibus vel liquidis aut praecedentibus aut sequentibus: Caracalla ("Aur. Antoninus Bassianus Caracalla, Lugduni genitus, cum e Gallia vestem plurimam devexisset, . . . de nomine hujusce vestis Caracalla cognominatus est") Aurel. Vict. epit. c. 21. Avallocius vicus Greg. Tur. 4, 50. Aballone (loc. Gall.) Itin. Ant. ELL (in femininis praesertim deminutivis, ut videtur): Mosella (cf. Mosa). Οὐξέλλα (oppid. Brit.) Ptol. Maurella (nom. propr. fem.) Mabill.

dipl. suppl. p. 93. villa Nivella, Boll. Jul. 3, 61. locus qui dicitur Morsella (Belg.; cf. Mursella et Mursa, Pannon. loc. in Itin. Ant.), Mabill. saec. 3. 1, 17. 18. Vincella (super fl. Icaunum, hod. Vincelle) dipl. a. 634, Mabill. dipl. p. 465. silva forestella (p. 93). Plur.: Vercellae Plin. 3, 17. Vipellis, Viscellis (Noric., Pannon.) Tab. Peut. Porro: Uxellodunum Caes. locus Oscellus (in Sequanae insula), Boll. Mai. 6, 803. capellus, capella, capellum (minor capa, tegmentum, gall. hod. *chapeau*, pileus) ap. Cang., a quo non dissidet Capellatium (vel Palas, nomen regionis, i. e. limitis imperii romani quondam transrhenani) Amm. 18, 2. ILL (deminuens subst. masc. et fem.): regillus (gl. regulus) gl. Isid., frequentissima derivatio nominum priorum masc. et fem.: Roscillus, Celtillus Caes. Toutillus, Troucillus, Sorillus, Borillus, Capillus, Pistillus in Inscriptt. ap. Grut., Murator. et Orell. Feminina: Fadilla, Procilla (Nemausensis generis) Capitolin. Anton. P. c. 1. Livilla, Drusilla Sueton. Calig. 7. 24. Babilla, Vindilla, Excingilla, Gabrilla etc. in Inscriptt. Non infrequens haec formula etiam in duplici derivatione cum liquidis vel tenuibus: Cavarillus, Abducillus Caes. Otacillus, Otacilla Inscript. Orell. 373. Varicillus, Jovincillus, Carantillus Inscr. Grut. et Murat. Cabillonum Caes. ULL ut praecedens: Marullus Inscript. Orell. 4019. Sabullus Grut. 1003, 1. Titullus Murat. 1501, 7. Catullus (Tricassinus, Vesontinus) Murat. 1068, 7. Orell. 2064. Germullus Grut. 955, 12. Cintullus, Centullus Murat. 1281, 6. Feminina: Marulla Orell. 5060. Magulla Grut. 912, 10. Titulla Murat. 1501, 6; cum alia derivatione: Bellatullus, Belatulla Orell. 287. 4983. Caratullus Grut. 862, 2. In nominibus locorum: Cuculle (prope Juvavum; cf. bardocucullus, Trebell. Poll. Div. Claud. c. 17, cuculli bardaici, Capitolin. Pertin. c. 8) Tab. Peut. *Μέδουλλον* (Raetiae oppid.) Ptol. Praeponderant ut in simplici etiam in geminata derivatione vocales *i* et *u* cum principe *a*; *e* et *o*, si occurrunt, ab illis prioribus transgressae videri poterunt.

Hibernica vetusta exempla concordantia cum hactenus enumeratis.

a) Simplex L non intermedia vocali ad radicem accedens:

dál (cambr. *datl, datol*, cf. p. 20. 82). In substantivis desinentibus in *-le*: *túithlae* (gl. gibbus) Sg. 22^a. *tuthle* (gl. gibbus, gl. cancer) Prisc. Cr. 9^a. Wb. 30^b. *salílae* (gl. calx), *certle* (gl. glomus) Sg. 50^a. 70^b. *sercla* (gl. irritamenta, gulae) Sg. 63^a. *isintu-aichlí* (gl. in astutia, sapientes) Wb. 8^a. *sollí* (gl. animositates) Wb. 18^a. *icumachtu et miathamlí dób* (gl. in forma dei, cum esset Christus) Wb. 23^c. In derivatione cumulata *-lid*: *forcillid* (praecceptor; e *forcital*) Wb. Fit idem ante terminationes flexionis: *donaió islib* (gl. ad inferna; adj. *isel*) Ml. 27^b. *bed adthramlí* (gl. ut sitis sine querela et simplices) Wb. 23^c. *sainemlí* (peculiares) Wb. 12^b, e derivatione duplici *-amil*, de qua mox infra dicitur.

b) Liquida simplex accedens cum vocalibus correptis ad radicem.

AL derivans 1. substantiva masc. et neutr.: *tindnacal* (distributio), *amal, samal* (similitudo) Wb. fq. Nom. propr. virorum: *Cathal Ann. Inisf. ap. O'Con. 2, p. 20. Tuathal* (= Publius, e *tuath*, populus) Tigern. ap. O'Con. 2, 34. In aliis substantivis, e. gr. *tózal* (gl. verriculum) Sg. 33^b. *tre fozal* (gl. per metaplasmmum) Sg. 201^b. *forcital* (doctrina) Wb. fq. *intinscial* (inceptio) Ml. 15^a, sunt duplices derivationes SAL, TAL. 2. Adjectiva: *huasal* (superus) Cr. 33^a. *uasal* (nobilis) Wb. fq.

EL in substant. masc.: *tuisel* (casus) Sg. fq. *temel* (obscuritas) Wb. 12^c. 21^a. E dativo adj. *isiul* et *hisul* Cr. 18^b. 33^a licet colligere formam *isæl* et *isæl* (inferus); britannice idem est *isel*, ut *uchel* (altus), cui tamen respondet hibern. *uasal*.

IL in adj. *cosmil* (similis; pro *cosam-il*, compos. cum *co-*), unde subst. *cosmilius* (similitudo) Wb. Sg. fq.

Ex eadem radice progressa videtur formula bisyllaba *-M-L* adjectivorum, quae tamen aequalis est omnino derivationi, mutans vel elidens vocales: *sainemáil* (praestans) Wb. 3^c. *athramil, má-dramil* (paternus, maternus) Wb. 13^d. *ócmil* (gl. tyro; i. e. juvenilis) Sg. 47^b. Accedentibus flexionibus elisio secundae vocalis: *gnímu sainemlí* (facta praeclara) Wb. 12^b. *sainemlan* (gl. bellus) Sg. 37^b. *bed adthramlí* (gl. sitis simplices sicut filii dei) Wb. 23^c.

Eandem originem, compositionem ergo primitivam, indicat ipse codex Sg.: *sainsamail* (gl. optimas) 50^a. *sainsamail* (gl. potis; = *sainemáil*, pl. *sainemlí* Wb.) 39^b.

OL et UL alternantes in substantivis: *mebol* (dedecus) Wb.

8^a, *mebul* 1^b. 3^b. *tindnacol* (traditio) Sg. 209^b. *tindnacul* (in his locis nominativus vel accusativus, non dat.) Wb. 9^b. 21^c, quod etiam alternat cum *tindnacal* Wb. Ejusdem formae et radice est *adnacul* (sepulcrum) Wb. 27^a. Ml. 22^b. Dubium est, an huc etiam pertineant: *sóol*, *seol* (gl. velum, gl. carbasus) Sg. 14^a. 70^a. *diol* (gl. lodix) Sg. 69^a. *dorochol* (gl. foramen) Sg. 54^a. Praeterea in UL: *saiqul cdích* (gl. tempus acceptibile, novi testamenti) Wb. 15^d. *báqul* (colligendum e genit. in loco: *dogabáil báiquil*, ad capiendam praedam) Wb. 25^b. *gabul* (gl. furca, gl. patibulum; cf. med. lat. *gabalus*, *gabala*, *gabalum*, crux, patibulum, ap. Cang.) Sg. 45^b. 53^a.

c) Cum vocalibus productis eadem vel diphthongis. *ÁL* frequentior in substant. verbali fem. *gabáal*, *gabál* (sumere, sumtio, p. 461) Wb. fq. cum suis compositis: *imgabáal* (vitare, vitatio) Wb., *imcabál* Sg. 203^a, *digbál* (ablatio) Sg. 9^a, *etargabál* (gl. intercapedo) Sg. 52^a, *tercbál* (ortus) Cr. 18^c, *indocbál*, *inducbál* (gloria, splendor) Wb. fq. Cr. AUL conjicienda in adj. *remdedólte*, *remdedoldae* (gl. antelucanus; cf. p. 40) Sg. 96^a. Ml. 21^c, et forsitan etiam quaerenda est diphthongus in *-ál*, si confertur enumeratis exemplis cambr. *cafael*. Hibernica adjectiva derivata in *-ál*, ut cambrica in *-aul*, *-awl*, mihi non obvia sunt.

d) Derivantis LL exempla e codicibus vetustis. ALL: *aball* (gl. malus, arbor; cf. Aballone Itin.) Sg. 61^b. *fugall* (cui adscribit alia manus *fugell*, gl. negotium, adversus alterum; mox dat.: *ófugull*, gl. iudicio, contendit) Wb. 9^c. *pupall* (gl. tentorium) Sg. 50^a. *fannall* (gl. hirundo) Sg. 52^b. *connall* (gl. stipulam, colligendo) Sg. 66^b.

ELL: *srogell* (gl. flagrum) Sg. 48^b, genit.: *sainchenela srogill* (peculiare genus flagelli) Wb. 17^d.

ILL: *inill* (gl. tutor; si recte lego, est enim dubia scriptura) Sg. 13^a. Nom. pr. *Sinill* Tigern. ap. O'Con. 2, 177; cf. p. 304.

OLL, ULL: *mocoll lin*, *mocol lin* (gl. subtil; gael. *mogul*) Sg. 63^a. Pr. Cr. 25^b.

M derivans gallica. a. Singularis accedens sine vocali ad radicem: *Ἐγμῖος* (Gallorum deus; cf. *ogam*, p. 1. 2) Lucian. Troceni (pop. gall.) Liv. Plin. Acmodae (insulae) Plin.

b. Cum vocalibus correptis. AM: Cinnamus (nom. viri) Inscr. Grut. 842, 10. Loutius Clutami fil. Inscr. Orell. 4994. Trigisamo (locus, item fluvii, hod. Treisam, influens in Danubium unus, in Rhenum alter) Tab. Peut., compos. et deriv. Tri-gis-am? Videtur tamen obtinere -S-M duplex derivatio in nomine *Βελισσαμα* (aestuar. Brit.) Ptol. Miner. Belisamae Inscript. Orell. 1431 (Belisanae Orell. 1969). EM: *πονέμ* (herba artemisia vel serpyllum, rapium Gallis) Diosc. 3, 117. petra quae Artemia dicitur, vir Artemius nomine (cf. hibern. *Artur*, cambr. *Arthur*) Boll. Jul. 1, 53. 114. IM: Bergimus (deus) Inscr. Orell. 1971. 1972. pars agri quod vocatur Sissima, dipl. a. 634 ap. Mabill. p. 465. Post aliam derivationem: Carpusimo Inscript. Murat. 1441, 4. OM: Bergomum (opp. Gall. cisalp.), Vindomum (Brit.) Itin. Vertacomacori (pagus gallicus, compos. Ver-tacomo-cori? cf. *Dacoma* Inscr. ap. Emele p. 67) Plin. 3, 17. Venaxomodurum (Raet. oppid.) Notit. dignit. UM: Maidumo, dipl. a. 862 ap. Mabill. p. 537. in villa nuncupante Cuchuma (ad Mosell.), Martène 1, 184.

c. Cum vocalibus productis vel diphthongis derivantis *m* non exstant exempla.

d. Geminatae MM derivantis gallicum item non apparet exemplum. Ejus locum obtinere videri poterit SM: Osismii (pop. gallic.) Strab. Plin. civitas Ecolismensium Libell. de provinc. Rom., Ecolisma (hod. Angoulême) Greg. Tur. 2, 13. 37. nemus cui Molismus nomen est, Vita S. Roberti primi abb. Molism., Boll. Apr. 3, 670. Bellissimum castellum, Orderici Vital. histor. eccl. Norm. (Vales. p. 72. 79). *λειούσματα ἢ λεγούσματα. εἶδος καταφράκτου. Γαλάται*, Hesych. ed. Alb. 2, 442. Sed vix dubium, ortam esse hanc e derivatione supra-memorata duplici -s-m, e. gr. in nomine Belisama ap. Ptol.

Hibernica M derivans. a) Simplex accedens vocali non intermedia ad radicem terminatam vocali in substantivis masc.: *gnim*, gen. *gnimo* (actus), e verb. *gniu*, facio. In pluribus substantivis terminatis ab -m vel -me ob flexiones -man, men prodeuntes in casibus obliquis (p. 264 sq.) n amissa et derivatio ergo -m-n duplex statuenda est, e. gr. in his: *βém* (verber), *ainm* (no-

men), *togairm* (invocatio), *menme* (mens) Wb. fq., ad quae forsan pertinent etiam: *sleidm* (gl. sanies) Sg. 218^b. *félmae* (gl. sepes) Sg. 50^b. *aicmae* (genus) Sg. 34^b. Aggressio eadem ad radicem fit accedente in fine flexione vel alia amplius derivatione: *dénmo* gen. a *dénom* (facere) Wb. fq. *dílmin* (licitus) Wb. *sechtmaine* (septimana) Cr. *tairismeck* (constans) Wb.

ð) Simplex cum vocalibus correptis. AM in substantivis diversi generis: *áram*, gen. *áirme*, dat. *árim* (numerus), *fognam*, gen. *fognamo*, dat. *fognom* (servitus) Wb. Sg. Porro: *solam* (gl. solarium) Sg. 53^a. *todernam* (gl. supplicium) Sg. 133^b. Ml. 27^e. *accaldam* (appellatio) Wb. Sg. Cumulata derivatio in subst. *altram* (nutritio) Wb. 28^d. Sed et hic *-m* residua est interdum ex *-m-n*: *talam* (terra), gen. *talman*, adj. *talmande*. Opprimitur vocalis radices in *fognam* (servitus; a *fogniu*, servio). Addenda sunt adj. *airlam*, *irlam* (paratus, promptus; *airle*, voluntas) Wb. fq., adv. *riam* (antea; a praep. *re*, ante) fq.

EM in subst. fem. (p. 259. 260) e verbis (p. 461. 462): *móidem* (laus), *cretem* (fides) Wb. fq. *airégem* (gl. querimonia) Sg. 51^a. *tairissem*, *terissem* (positio, status) Sg. 74^b. Ml. 34^a. In masculinis e substantivis, terminatis ab *-em*, e. gr. *brithem* (iudex) Wb. 6^b. 8^d. 9^e, *n* amissa etiam statuenda est, quae apparet scilicet in formis *brithemin* (iudices), *brithemnacht* (iudicium). Ejusmodi alia: *dálem*, *dalem* (gl. caupo; e subst. *dál*, concio, forum) Sg. 63^a. *dúlem* (creator) Wb. 1^b. *cairem* (gl. sutor) Sg. 156^b. Substantivum tamen abstractum etiam hujus generis (vel neutrius?) e Ml. 34^a: *indainsemo* (gl. accusationis; nom. *áinsem* Wb. 4^b, cf. *ainsid*, accusativus, Sg.). Derivationes duplices vel acervatae *-amil*, *-emil*, *-amin*, *-emin*, *-amnacht*, *-emnacht* jam memoratae sunt aut infra proferentur.

IM. Substantiva *anim* (animus) Wb. 4^a. *senim* (sonitus) Wb. 13^d ob formas casuum obliquorum *anmin*, *senman* ad formulam *-m-n* reduci debent.

OM, UM in frequente subst. verbali *dénom*, *denum* (facere), gen. *dénmo*; in adv. *iarum* (postea, p. 568). Subst. *ciadcholum* (gl. palumbes) Sg. 70^a pars posterior *colum* est e *columb*. Est etiam *-um* in derivatione duplici *-umain*.

Geminata MM in memorato *colum* (= *columb*, *columm*, p.

75) quidem notanda est; primitiva tamen ejusmodi derivans geminatio vix existit.

N derivans in nominibus gallicis vel britannicis. a) Juncta radici sine vocali; Limnus, Dumna (insulae prope Brit.) Plin. 4, 16. Dumnorix Caes., et aucta derivatione: *Δαμνόριοι* (pop. Brit.) Ptol. Isca Dumnoniorum (opp. Brit.) Itin. Domnotonus, Dumnissus (fluvii) Auson. epist. 5, 15. 31. Mosell. 8. Arebrignus (pagus) Eumen. c. 6.

b) Singularis cum vocalibus correptis. AN: Rhodanus, Sequana, Duranius (fluv.) Auson. Sidon. Taranis Lucan. *Γαγγανόι* (pop. Hibern.) Ptol. Rauranum Itin. Ant. Victisirana Inscr. Grut. 700, 6. *σαπάνα* (anagallis herba Gallis) Dioscor. 2, 209. EN: Belenus (deus Gallorum) Auson. prof. 10. Ruteni (pop. Gall.) Caes. * *Βρεμέμιον* (oppid. Britann.) Ptol. Cinnenius Inscr. Stein. 537. IN: Mutina Propert. Morini Virg. Ricina (insula ap. Brit.; cf. Rucinates, pop. Vindel.) Plin. Fevina, Bassina Inscr. Grut. 763, 6. Stein. 244. *λάγινον* (veratrum nigrum Gallis) Dioscor. 4, 148. *Όλινα* (fluv. Gall. Lugd.), *Δαρνολί*, *Καρνολί*, *Έξδινοί* (populi Hibern. et Brit.), *Κορίνιον* (opp. Brit.) Ptol. Londinium (siquidem *i* non producenda est, cf. p. 116) Tac. ON apud poëtas correpta: Epona (dea) Juven. Lingonus Martial. Aponus, Axona, Divona, Turones, Santoni, Santonicus, Lingonicus, Pictonicus, Ausonius, Sidonius, Teutonium ap. Claudian., Auson., Sidon., apud quos etiam in derivatione acervata Matriona, Caledonius, Carantonus. Concordat Ptol.: *Σάντονοι*, *Πίκτονες*, *Πικτόνων άρχον*, *Τουρνοιεις*, *Μόδονος* (fluv. Hibern.), *Κατορακτόνιον*, *Δαμνόριοι*, *Λεμαννόμιος κόλπος* (Britann.). Ex inscriptionibus ejusmodi: Sirona Stein. 305. Banona Grut. 763, 6. 872, 2. Alpona, Vindona Orell. 321. 2019. Vindonius Stein. 200. Drausonius Grut. 919, 8. UN: *Ίτούνα* (aestuar. Brit.; cf. *Ίτινος ποτ. έκβ.*, et nom. viri Itulus, p. 728) Ptol.

Insero hic formulam duplicis consonae derivantis -M-N, quamvis ejus exempla sunt haud dubie diversae originis. Sunt enim quaedam, quorum vocalis primitus intercedens inter utram-

* Producunt quidem Rutēni poëtae quidam (p. 16), sed non dubito affirmare brevem e ob hibern. vet. *roithmohe*, *roithnech* (p. 18).

que liquidam correpta statuenda est, elisa accedente flexione: Ἰσαμνίων (Hibern. promont.) Ptol. Garumna Caes., * quibus fors adnumeranda sunt vetusta alia quaedam nomina, e. gr. Vertumnus (cf. Vertisco Caes.?), Tolumnius Propert. 4, 2. 10. Alia autem, in eodem loco vocalem constanter servantia, potius composita cum vetusta voce in munus derivationis transeunte perhibenda sunt, quam proprie derivata, e. gr. Cenomani (Ital. sup.) Liv. Aulerci Cenomani (Gall. pop.; Cenimagni ap. Caes. Brit. pop. num idem nomen = Cenimanni?) Caes. Viromanus Istabili fil. Inscript. Murat. 1766, 1. Ariomanus Iliati fil. (Bojus) Grut. 670, 3. Vetomanis Itin. Peut. Quibus addo nomen apud Gallos primum auditum et haud dubie ortum Germani. **

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. ÂN fors in derivatione mixta IAN nominum Ambiani Caes. Magianus, Cassianus Inscr. Orell. 457. 1986, obvia saepius post alias: Volusianus, Trebellianus, Matronianus ap. script. histor. august. ÊN:

* Cf. "gromnarum opportunitas" Vita S. Bertini abb. belg., Boll. Sept. 2, 602, ubi additur nota: "gromnae, gronnae, loca palustria et herbosa". An lat. *gramen* e *garamen*, e rad. *gar*, ut *irritamen* ex *irritare*, germ. *gras* (*gramen*), *groni* (*viridis*), e *garas*, *garoni* (cf. sanscr. *hari*, *viridis*)?

** In vetustis nominibus virorum cambriis et armoricis terminans *man* brevem vocalem ostendit, quae primitiva etiam fuerit in nomine Germani. Hujus novissima interpretatio facta est e subst. brit. *garm* (clamor; cf. Grimmii Hist. linguae germ. p. 787). Sed cum in hoc, ut in hibern. *gairm* (compos. *togairm*, pl. -*men*, p. 266; primitivum brit. *ger*, vox, verbum, p. 99, hibern. vet. *gar* in *togetherid*, vocativus, Sg., atque in *dogair*, *friggair*, *forogair*, *forcongair*, *forcongur*, p. 440. 441), *m* residua sit ex -*m-n* (p. 732. 733 et infra suis locis), inde derivari poterat non nisi *germenan*, *germnan*. Simplicior erit interpretatio haec, qua nihil significaverit nomen nisi vicinos. Est enim non solum cambr. *ger* (vicinus, p. 654. 658; e *cær* cum *c* pro *g*, p. 46?), sed etiam hibern. vet. *gair* (de spatio et tempore): *cid clan cid gair* (gl. quanto tempore vivit, homo; i. e. sive longo sive brevi) Wb. 3^c. gael. *an gar* (juxta, prope), *gair* (vicinia). Atque si cum adj. *clan* (remotus, p. 21) bene quadrat nomen Cenomani, Cenimagni (Cenomani extremi Gallorum Italiae orientem versus; *o* vel *i* servata ob vocalem antecedentem productam), non aliter quadrabit nomen Germani (cf. Lugdunum pro Lugodunum, Lugidunum, elisa vocali ob vocalem correptam antecedentem) cum *ger*, *gair* contrariae significationis. Nec difficile erit intelligere etiam hoc modo illos Caesaris locos: Condrusos, Eburones, Caeraesos, Paemanos, qui uno nomine Germani appellantur, B. Gall. 2, 4. Segni Condrusique ex gente et numero Germanorum, 6, 32. Populi plures quidem, sed non admodum numerosi ad Arduennam sese communi vocabulo vocabant Germanos i. e. vicinos.

Rutēni Lucan. Sidon. (sed cf. p. 734). ÎN: Ticinus (fluv.) Sil. Ital. Sidon. Ἀντεινοί (pop. Hibern.) Ptol. ÔN: Drahonus (fluv.) Auson. Mosell. 365. Verona, Cremona, Bononia apud poëtas (p. 26), Βονωνία (oppid. Pannoniae, Galliae et Italiae gallicae) Ptol. Zos., quibuscum concordat δονκωνέ (ebulum herba Gallis) ap. Dioscor. 4, 172. Quaeritur, an sit statuenda haec eadem derivatio mixta ÔNI in nominibus personarum: Bojonius (praen. Antonini Pii Nemausensis), Bojonia (ejusdem avia) Capitolin. Anton. P. c. 1. Raconius, Racconius Inscr. Or. 2043. Grut. 851, 7. Voconius Stein. 248. Cesonius, Cissonius (deus) Orell. 1406. 1979. Tammonius Orell. 2013. Sumelonius Grut. 851, 7. Cf. tamen exempla utriusque vocalis correptae supra. Nec certa item mixta derivatio ION: Οὔασιών (Gall. oppid.), Κενιών (Brit. fluv.) Ptol. Sirione Itin. Ant. Banionis fil. Inscr. Orell. 4903. Frequens in cumulata derivatione nominum locorum in *-ation*, *-etion*, *-ition*, *-antion*, *-ontion* jam memoratorum. UN: Virunum Itin. Seduni Plin. forsā. AUN: Ἀλαννός (fluv. Britann.), Ἀλαννοί (pop. Nor.) Ptol. Alauna (Gall. septentr.), Alaunio (Alp. marit.) Tab. Peut. Acaunum, Agaunum (in valle Sedunensi; petram, saxum significans) Boll. Febr. 3, 741. Sept. 6, 345. Deabus Icauni Inscr. Orell. 187. Icauna (fluv. Gall., hod. Ionne) dipl. a. 634 ap. Mabill. p. 465. Boll. Jul. 7, 204. Genauni Horat. Plin. Ligaunus, Licaunus (Gallus) Sil. Ital. 4, 206. Velauni Plin. 3, 20. Segovellauni id. 3, 4. Vellaunodunum, Cassivellaunus, Vergasillaunus Caes.

d) Geminata. ANN: Lemannus (lacus) Caes. Plin. Ammian. Lausanna Itin. capanna (hod. gall. cabanne) Isidor. Aroanna (= Arvanna?) Fredeg. c. 20. Carvanna (locus) Mabill. saec. 1, 217. Teruanna (oppid. Belg.) Tab. Peut. Verannius (n. viri) Catull. Gobannio (loc. Brit.) Itin. Ant. ENN: Muenna (loc. Gall.; cf. Ἀλκιμοεννίς Ptol.) Itin. Ant. Vienna (ad Rhod.), Ravenna (cf. Ravius fluv. Hibern. Ptol.) Itin. Clavenna (hod. Chiavenna), Clarena (loc. in reg. Danub. sup.) Tab. Peut. Cevenna, Cebenna (mons) Caes. Mel. Auson. Crebennus (locus) Auson. epist. 12, 14. Arduenna Caes. INN: Aginnum Itin. Anton. Auson. epist. 24. Pausinnus, Pausinna Inscr. helvet. Orell. 5066. Artalbinnum Itin. Ant. Morginnum (Allobrog.) Tab. Peut. in villa Borginno. Boll. Aug. 4, 85. ONN: Sauconna, Saogonna (hod. Saone) Am-

mian. 15, 11. Fredeg. 42. Scarponna (loc. Gall.) Itin. Calonna, Bebronna (fontes) Boll. Jul. 1, 50. 51. Lauconnum, Lauconnense monasterium Boll. Febr. 3, 742. UNN: Vesunna Itin. Ant., Vesunnici Sidon. epist. 8, 11. Vibunna Inscr. Murat. 2073, 1. Andematunnum Itin. Antunnacum Itin. Ant. Ammian., deriv. ex Antunus, nomine viri, ut censendum est.

e) Connexa derivatio RN in vetustis nominibus. ARN: Benarnum (Aquitaniae, num gallicum nomen, an ibericum?) Itin. Ant., Benarna urbs, Benarnum civitas Greg. Tur. 9, 7. 20. ERN: Nivernum (loc. Gall.) Itin. Ugernum (castrum) Gregor. Tur. 8, 30. 9, 7. Tigernum castrum, Tigernense castellum (Arvern.) Greg. Tur. de glor. martyr. 1, 52. 67. His adnumerandum videtur nomen Arverni (cf. Ἀρούριοι, pop. Gall., Ptol., et Arubinus Inscr. Orell. 1221), cum nusquam inveniatur Areverni, ut Armorici, Arecomici. URN: Cilurnum (Brit. locus) Notit. dign. Est derivatio haec orta e duplici -R-N, si nomen vetustum Tigurini Caes. idem quod nomen Tigernum. Obstat tamen et connexam potius derivationem docet flexio vocalis ante *rn* in vocibus ejusmodi hibernicis praecedentis, non intercedentis, ut fit in duplici derivatione -M-N.

Hibernica N derivans. a) Accedens nuda ad radicem: *bán* (gl. exsanguis; i. e. mortuus, e *bá*, unde etiam subst. *báas*, *bás*, mors) Sg. 67^a. *dán* (donum, ingenium, ars; e *dá*) Wb. Sg. In substantivis et adjectivis, si accedit terminalis *e*: *ruamnae* (gl. lodix) Sg. 69^a. *anaihtne* (gl. depositum) Sg. 66^a. *gibbne* (gl. cirrus) Pr. Cr. 63^b. *cétne*, *ceetne* (primus) fq. Item si flexio accedit nominis vel verbi vel derivatio: *imbresna* (impugnationes; sing. *imbressan*), *imbresnat* (impugnant) Wb. 29^b. 29^d. *múchni* (gl. protervi) Wb. 30^c. *slemna* (gl. levia) Sg. 10^a. *comroircnech* (mendosus) Sg. 6^a. 26^b. *oircnid* (occisor) Sg. *colnide* (carnalis), *bliadnide* (annotinus) Wb. Cr. Porro *essamnu* (firmior) Wb. 23^b ex *essamin*.

b) Cum correptis vocalibus. AN in substantivis et adjectivis; e. gr. in subst. fem. *bliadan*, gen. *bliadne* (annus) Cr. Porro: *imbressan* (lis) Wb. 11^c. *trethan* (gl. gurges) Sg. 66^b. In adjectivis: *lethan* (latus) Wb. 16^a. *bat idain* (gl. fidem bonam ostendentes, sint servi; sing. *idan*, fidelis?) Wb. 31^c. *firian* (justus) Wb. fq.

Duplex derivatio -TAN occurrit in voce *toltan* (placitum; subst. *tol*, voluntas) colligenda ex adj. *toltanach* (gl. beneplacitus) Wb. 22^b, et verb. *rotoltanaigestar* (gl. placitum, doctissimo artis grammaticae) Sg. 7^b.

EN in substantivis femininis (p. 259): *ingen* (filia) Wb. Sg. *magen* (locus) Sg. 30^b. Pr. Cr. 63^a. Ml. 2^d. *bairgen* (panis) Wb. Sg. *draigen* (gl. pirus) Sg. 61^b. De terminatione substantivorum -iu, -u transeunte in -en in declinatione vide supra (p. 267. 268).

IN in substantivis et adjectivis: *matin* (mane) Cr. 33^a. *men-cain* (gl. penus; e *menicc*, frequens?) Sg. 68^b. *demin* (gl. immunis, a carie servatur; i. e. securus, cf. subst. *demnigud*, *deimnigud*, confirmatio, approbatio) Cr. 34^b. *dimitin* (gl. immunis) Pr. Cr. 9^b. Addenda nomina propria virorum vetusta: *Slebinus* (i. e. Montanus; *shiab*, mons), *Bledinus*, *Melinus*, Bolland. Mart. 2, 284. 559.

ON, UN alternantes (ut -ol, -ul): *homon*, *immomon* (timor) Wb. 6^a. 8^b. *homun*, *omun* Wb. 16^a. 29^d. Cr. 33^b. *frihorcon* (offendiculum) Wb. 10^c. 18^a. *comthuarcon* (gl. contritio) Wb. 2^b. *tuarcun* (gl. tribulatio) Wb. 1^c. *orcun* (occisio) Wb. 4^b. *comrorcon*, *comrorcun* (error) Wb. 18^d. 22^a. *domun* (mundus) Wb. Sg. Differunt genere et flexione: gen. *oircne* (p. 260), *indomuin* Wb. 8^b. Rarius sunt -on, -un pro -an, -in: *firion* (alibi *firian*, justus) Wb. 14^c. *commattun* (usque ad mane; pro *matin*) Cr. 33^b.

Pertinent huc formulae derivationum duplicium -M-N, -S-N, -T-N.

-M-N vocales intermedias tres *a*, *i*, *u* exhibet, atque praemit tit praeter *a*, *e* etiam *i*, *u*, *o*, et modo hae modo illae eliduntur, quando obtinet elisio. Occurrit in substantivis et adjectivis.

Substantiva: *testemin*, *testimin* (statutum, testimonium): *frisgair intesteminse doindib dligedib remeperthib* Sg. 193^b. *for-sintesteminso* Wb. 23^c. *iartestimin inso* Ml. 19^d. *amal donuic testimni* (ut sumit testimonia) Wb. 10^c. *suanemun* (labor, fatigatio), *sollumun* (comessatio, epulae) in his locis codicis Wb.: *suanemuin dodenum inaidchi doreicc arbiad et deitach diamuntir precept fridei do icc anman sochuide* (gl. memores estis laboris nostri et fatigationis, 1. Thessal. 2, 9) 24^d. *denum suanemun inaidchi precept fridei* (gl. in labore et fatigatione nocte et die operantes) 26^b. *am. arrograd descad fobairgin isollumun agni sic ni coir descad pectho dobuith isollumun agni .s. xpi.* (gl. pascha nostrum

immolatus est Christus, itaque epulemur non in fermento veteri, sed in azymis, 1. Corinth. 5, 7. 8; i. e. ut vetitum erat fermentum in pane in epulis agni, sic non justum fermentum peccati in epulis agni, i. e. Christi) 9^b. Colligendum porro *lenomun* (litura) e Sg. 3^b: *ua lenomnaib* (gl. a lituris). Intermedia e assimilatione fortasse ad finalem in *colmène* (gl. nervus) Sg. 221^b.

Sunt hujus derivationis porro substantiva ordinis declinandî posterioris seriei I et II desinentia in *-m*, *-am*, *-em*, *-me*, in quibus *n* decidit, ut comprobatur non solum flexio ipsa, sed etiam derivatio cumulata adjectivorum et substantivorum, e. gr. *anmande* (ad animam pertinens; *anme*) Wb. 13^d. *talmande* (terrestris; *talam*) Wb. 11^a. *brithemande* (gl. judicialis, suggestus; *brithem*, iudex) Ml. 26^c. *brithemnacht* (pro *-emanacht*, iudicium) Wb. 6^b. 8^d. Invenitur tamen eadem formula etiam in cumulata derivatione substantivorum diversae flexionis: *biddamnact* (culpa; *bibdu*, reus, plur. *bibdid*) Wb. 1^d. *coimdemnacht* (dominium), *comdemnigedar* (dominatur; *coimdiu*, gen. *coimded*, dominus) Ml. 17^b. *flaithemnas*, *flaithemnacht*, *flathemnacht* (gloria; *flaith*, gen. *flatho*) Wb. 25^c. 26^c. 30^b. Sg. 2^a.

Subst. fem. *sechtmaine* (hebdomas) Cr. 32^c commonefacit formulae vetustae *-man* (p. 735). Cum in communi usu sit hodie quoque gael. *seachduin* (= *-mhuin*) et armor. *sizun*, fueritque corn. *seithum* (= *-umn*; cambrice obtinet *wythnos*, i. e. octo noctes), licet vocem *septimana* (gall. hod. *semaine*) ignotam primitus Latinis, suspicari gallicam.

Adjectiva: *essamin* (constans, firmus) Wb. 16^a. 23^b. *tecmainingamin* (gl. fortuitu) Sg. 29^a. *fulumain* (gl. volubilis) Sg. 61^b. *isingoithluch fudumain* (gl. in profunda palude) Ml. 33^c. *fudomain* (gl. altum, mare) Sg. 29^b. *dilmin*, *dilmain*, *dilmain* (licitus) Wb. Sg. fq.

-S-N in substantivis femininis desinentibus in *-isiu*, *-siu*, gen. *-sen* (ordinis post. seriei II, p. 268), e. gr. *déicsiu* (conspectio; e verb. *décu*, video), gen. *déicsen*, et inde porro derivatis: *indaicseidaid* (gl. causa, adv.) Sg. 74^b. *aicsenogud*, *aicsenogod* (causatio) Sg. 209^b. 215^a. 216^a. Praeterea: *am. ailsin* (gl. ut cancer, serpit; gael. *aillse*, cancer, morbus) Wb. 30^b, et -SINE (forsan substantivum obsoletum) e substantivis alia formans abstracta: *cocéilsine* (gl. societas; *céle*, socius) Wb. 19^a. *dundfaithsini* (gl. prophetiae; *fáith*, propheta), *hofaithsini* Ml. 24^d. 33^c. Addo adj.

cotarsne (contrarius) Wb. Sg., ex quo porro derivantur *cotarsnid* (oppositus), *cotarsnatu* (oppositio).

-T-N item e substantivis in *-tiu*, *-itiu*, gen. *-ten*: *tuistenach* (genitivus; *tuistiu*, *tuisten*) Sg. 77^a. *caintoimtenach* (bene cogitans; *toimtiu*) Ml. 31^b. *ermitnech* (gl. reverens; *ermitiu*, *airmitiu*, honor) Ml. 32^b. *tursitnech* (gl. irriguus) Sg. 24^a. -TINE: *doaccomol inna cairddine* (gl. ad confirmandam conjunctionem, i. e. amicitiae; = *cairtine*) Sg. 28^a.

c) Cum productis vocalibus vel diphthongis. ÂN terminatio deminutivorum (p. 281). ÔN (ex *-aun*?) in subst. adj. *medón* (medium, medius): *armedón* (gl. per medium) Sg. 164^a. *inmedón*, *immedón* (in medio) Sg. 151^b. 157^b, unde adj. *medónde*, *inmedónach* (p. 28).

d) Geminata. ANN: *salann* (gl. sal) Sg. 63^a. 70^b. *cucann* (gl. pistrinum, gl. coquina, gl. culina) Sg. 49^b. 51^b. *crocann* (: *ainn inchrocainn imbí bilis*, gl. fel; i. e. nomen tegminis in quo est bilis; cambr. *crochan*; sed mox infra *crocenn*) Sg. 95^a. Addendum ex *echtar* (extra) *echtrann* (gl. exter) Sg. 39^b, forsán etiam *gigrann*, *giugran* (gl. anser) Sg. 36^a. 64^b.

ENN: *mulenn* (gl. pistrinum) Sg. 49^b. *foilenn* (gl. alcedo) Sg. 93^a. *doinenn* (gl. nubilum) Sg. 49^b. *crocenn* (gl. tergus) Sg. 111^b. Pertinere videtur huc etiam *cuilennbocc*, *culennbocc* (gl. cynyps, ita cod. Sg., Cynyps, Prisc. 7, 8; addit alia manus: cynos g[racc.] hircus la[t.]) Sg. 125^a. Pr. Cr. 48^a. Adj. *coitchenn* (communis), unde subst. *coitchennas* (communio) Sg. fq. Cum *r* accedens in *tóisrenn* (materia) Wb. 9^b.

INN in subst. fem. *-inne*, quae videntur prodiisse e derivatione modo memorata: *firinne* (justitia) Wb. fq. *dúlchinne*, *dulchinne* (remuneratio) Wb. 3^b. 11^a. 20^c. *athinne*, *aithinne* (gl. torris, gl. fax) Sg. 70^a. Pr. Cr. 48^a. Subst. *colinn* (caro) Wb. 2^b. 3^b, gen. *colno*, est pro *colin*.

ONN, UNN: *fochonn*, *fochunn* (causa, occasio) Wb. 3^a. 11^c. 15^d. 23^c. 26^b, si non compositum.

e) Derivationis connexae RN exempla: *liúacharnn* (gl. λαμπάς) Sg. 47^a, gen. *lochairnn* (: *am. inlochairnn náffracdai*, gl. quasi laterna punica) Sg. 24^a. *cilornn* (gl. urceus; cf. *Cilurnum*, Brit. loc., Notit. dign.) Sg. 49^a. Terminatio *-erne* colligenda est e dativo *diathigerni* (domino suo) Wb. 8^d, pro *tigerniu* e *tigerne*,

ut dat. *duini* (homini, p. 246) est pro *duiniu*. In Annal. IV. magistr. ap. O'Con. 3, 658 *tigerna*, ut hodie *tighearna*, et gael. *tighearn* (dominus), in qua dialecto vocalis *e* finalis abijci solet.

R derivans in vetustis nominibus gallicis vel britannicis. 1.

Aggressa ad radicem nuda ante flexionem vel derivationem: *Ἐδρον* (*ἔρημος*, Hibern.) Ptol., Edronem (portum) Plin. 3, 16. *Οἰέδρα* (fluv. Brit.) Ptol. Tungri Caes. Gabris (prope Avaricum), Gabromagus (Noric.) Tab. Peut. Gabreta (silva) Strab. Ptol. Sabrina Tac. Matreja (loc. Raet.) Tab. Peut. Matrona Caes. Centrones Caes. Sasranus (cf. *Σεσηρονεύς* Plut.) Inscr. brit. ap. Orell. 2779.

2. Accedens cum vocalibus correptis. AR: Arar Caes. *Οὐάραρ* (aestuar. Brit.) Ptol. Adari fil. (Trevir) Inscr. Stein. 586. Labarus (Gallus) Sil. Ital. 4, 232. Isara (fluv.) Lucan. 1, 393. Oscara (fluv.) Greg. Tur. 2, 32. Nomina fluviorum item Samara, Avara, Autara (hod. Somme, Evre, Eure) colligenda e nominibus vetustis oppidorum adjacentium Samarobriua, Avaricum, Autricum. Namare (Noric.; cf. Namarini, Hispan. celt., Plin. 4, 20) Tab. P. Cavares (pop. Gall.; cf. Cavarinus, Cavarillus Caes.) Mel. Plin. mataris, matara (missile gallicum; cf. p. 97). *Μέταρις* (aestuar. Brit.) Ptol. Leucarum (Brit. loc.) Itin. Ant. *ἰούβαρον* (veratrum nigrum Gallis) Dioscor. 4, 16. ER: Liger, Nicer Auson. Sid. Biber (gen. Biberis, fluv. Sequanam influens) Mab. saec. 3. 2, 110. Boll. Mai. 6, 800. 804. Anger, Angeris (super fluvium Angerem, in ipso Angeris fluvii alveo) Gregor. Tur. Vit. patr. 18, 1. 2. Latera (stagnum, in agro Nemaus.) Plin. 9, 8. Cimberius, Lucterius Caes. *Βολέριον* (promont. Brit.) Ptol. *Βελέριον* (promont.) Diod. 5, 21. *Βοδερία* (aestuar. Brit.) Ptol. villa Vinderia Act. SS. Mabill. saec. 5. 4, 268. Boll. Febr. 3, 692. locus qui Buxerias dicitur (in territ. Tull.) Boll. Febr. 3, 700. Creverias Boll. Febr. 2, 191. IR: Tausiriacum Gregor. Tur. Vit. patr. 18, 1, nomini loci ad Bituriges, supponi potest nomen viri Tausirius (cf. Tausius Tunger, p. 38), et forsan etiam haec terminatio *-iri* modo memoratis in *-eri*. OR: Durocortorum Caes. Jecora fluviolus Boll. Sept. 5, 617. Terminatio *-ori*: *Λεονόριος*, Leonorius (Galatarum dux Asiam minorem occupantium) Strab. Liv. 38, 16. *Κομοντόριος* (Gallor. rex) Polyb. 4, 45. 46, ex

qua porro derivata: Gesoriacum, Cortoriacum Itin. Est et alternatio cum sequenti, e. gr. in Lesora (mons, hod. Lozère) Sidon. carm. 24, 44, Lesura Plinio 11, 42. Lactora, Lactura (loc. Gall. merid.) Itin. Eboracum Itin. UR: Eburones Caes., Eburodunum, Eburomagus Itin. Laburo (deo) Inscr. Orell. 2017. Caburus Caes. Lesura (fluvius influens Mosellam, serius Lisera, Lesera, hod. Lieser) Auson. Mosell. 365. Voturi (Galat. asiat.) Plin. 5, 32.

3. Cum vocalibus productis vel diphthongis. *ÂR* in derivatione mixta *-âri* nominum virorum: Ducarius (Bojus) Sil. Ital. in fine libr. 5. Ducarius (Insuber eques), Lutarius (dux Galatarum Asiae minoris) Liv. 22, 6. 38, 16. Habet etiam Corippus 2, 125. 184 Baduarius, Belisarius, quae videntur nomina gallicae originis (cf. Belisana Inscr., Belisama Ptol., et nomen viri Remisario in dipl. a. 853 ap. Mabill. dipl. p. 531). Nomina locorum: Sabaria (Pannon.; cf. Sabis, Sabrina) Ptol. Plin. Itin. Vocario (Noric.) Tab. P. Senaparia Gregor. Tur. Vit. patr. 18, 1. Corbaria Fredeg. 109. Malmundarium (monast.), Rabarias, Toscarias, Humolarias (loci) in Act. SS. ap. Mabill. et Boll. Sunt, ut *-âri*, etiam *-ôri*, *-ûri*, si recte adducuntur: *Λεωνόριος* (contra *Λεονόριος* Strab.) Memnon. Heracleot. ap. Phot. p. 720. *Λιχιδόριος* Pausan. 10, 19. *Ἰσοόριον* (oppid. Brit.) Ptol., Isurium Itin. A. Vecturius (i. e. opifex ferrarius; p. 180) Trebell. Poll. trig. tyr. c. 8. Vecturiones (pop. Brit.) Ammian. 27, 8. *ÊR* in voce *patêra* ("sic ministros nuncupant Apollinaris mystici") Auson. prof. 4, 11. Diphthongi cum *r* derivantis vix exemplum exstat: Elauris Sid. carm. 5 est Elaver (fluv.) Caes. Casaurus (locus) dipl. a. 873 ap. Mabill. p. 542 alibi dicitur casa aurea.

4. Duplicata R rarius occurrit. ARR: Ambarri Caes., si non compositum Amb-arri, Ambarari (circa Ararim habitantes). ERR: Beterrae (oppid. Gall. merid.) Plin. 3, 4. Climberrum (Gall. merid.) Itin. Ant. URR: Aturrus (fluv., si nomen est gallicum) Auson. Manibus Reburri Inscript. Nemaus. ap. Murat. 973, 12. Orell. 4215.

Hibernica R derivans. *a*. Juncta nuda radici ante flexiones vel derivationes: *bêltre* (lingua), *lobre* (debilitas) Wb. fq. *digallre* (defectus morbi, sanitas) Wb. 18^a. *inna feuchrae* (gl.

feritatis), *ho feuchrai* (gl. feritate, morum) Ml. 33^c. 33^d. *cathrar* (civis, dat. sing. plur. : *do cach cathrur*, *do chathraraib*, a *cathir*, civitas) Sg. 28^a. 33^a. *labrad* (loqui) fq. Junctae liquidae in multiplici derivatione exempla : *altram* (nutritio) Wb. 28^d. *mesraigthe* (gl. modestus) Sg. 60^b.

b) Accedens cum vocalibus correptis. AR in substantivis diversi generis. In neutris (ord. prior. ser. II, p. 249. 250) : *galar* (morbus) Wb. 12^b. Camarac. Ita *sáithar*, *saiithar*, gen. *sáithir* (labor) Wb. fq. *ilar*, *hilar* (multitudo, pluralitas, pluralis; dat. *ihur* Sg.) Wb. Sg. fq. *fescar* (vespera; dat. *ond fescur*) Sg. 183^b. *lestar* (vas) Wb. 4^c. Sg. 65^b, dat. *illestur* Wb. 22^b; sed etiam : *do cach cathrur* (omni civi) Sg. 33^a, masc. haud dubie. In femininis (ser. V, p. 259) : *briathar* (verbum), *montar*, *muntar* (familia) Wb. fq.

Addo alia quaedam : *ethar* (gl. stlataria, gl. stlata;) Sg. 35^a. *láthar*, *lathar* (tentatio) Wb. 9^d. 23^b. 25^c. *loathar* (gl. pellis) Sg. 67^b. *scibar* (gl. piperi) Sg. 92^b.

In adjectivis : *dondoscar* (gl. idiotae; praecedit : *donbáith*, i. e. stupido) Wb. 12^d. *o amlabar* (gl. a muto) Sg. 37^b. *trebar* (prudens : *fo besad fir trebuir*, secundum morem viri prudentis; cf. *trebaraigim*, gl. sapio, i. e. prudens sum, Sg. 146^b, et subst. *trebairé*) Wb. 29^d.

Vindicanda est linguae hibernicae derivatio *-ari* ut *-ari*, utraque substantivorum generis masculini. Hujus transgressae in *-oir* exempla sequentur mox infra; illa substantiva e substantivis derivans facta est infectione AIRE, IRE : *echaire* (gl. mulio, gl. custos mulorum) Sg. 33^b. *notaire* (notarius) Wb. 27^d. *rectire* (gl. praepositus gentis; dat. *óndirectairiu*, gl. a villico, Pr. Cr. 62^a) Wb. 17^d. *tectire*, *tecttaire*, *techtire*, *techttaire* (dispensator, gubernator) Wb. 8^d. 14^d. 15^a. 24^d. *scrinire* (gl. arcarius) Wb. 7^c. *tablaire* (gl. tabellarius) Sg. 35^a. *toisechaire* (gl. primas; *tosach*, initium) Sg. 50^d. *fuirsiire* (gl. parasitus), *indfuirsiiri* (gl. histrionis) Sg. 49^b. 103^a. Inde derivatio duplex *-airecht* : *tectairecht*, *techttairecht* (gubernatio) Wb. 10^a. 13^b. 15^d. *imbrecairecht* (gl. in astutia) Wb. 15^b.

Sunt etiam substantiva feminina in *-aire*, sed diversae originis, ex adjectivis scilicet in *-ar* : *trebairé* (prudencia; adj. *trebar*) Wb. 3^d. 5^d. *indoiscairi* (gl. vilitatem; adj. *doscar*) Ml. 25^c. *trócaire* (misericordia) Wb. 4^c. 5^c. 15^b, gen. *inna trocaire* Wb. 23^c.

Videtur, ut *-m-n*, etiam obtinere formula bisyllaba *-M-R*, e. gr. in his: *lanmair*, *íthemair* (gl. ventres; i. e. impleti, edaces) Wb. 31^b, e qua etiam subst. *línmaire inna aimsire* (plenitudo temporis) Ml. 28^d. Sed supponendum erit adj. *már* (magnus), compositum ergo, quamvis sit in his ut derivans. De *TAR*, quod videtur item derivans in quibusdam, infra in capite de compositione dicitur.

ER in substantivis femininis quibusdam: *aimser* (tempus) fq. *muinter* (alibi *muntar*) Wb. 7^b. 26^d.

IR in substantivis diversis in genere et flexione: *athir* (pater), *máthir* (mater), *bráthir* (frater) fq. *nathir* (gl. anguis, gl. colubra) Sg. 6^b. 181^a. *cathir* (civitas) fq. *ingir* (tristitia, moeror) Wb. 4^b. 24^a. Reponenda hic, ut videtur: *cinteir* (gl. calcar; = *cintir*? armor. *kentr*, cf. Centrones Caes.) Sg. 50^a. *cocuir* (gl. murex; cf. cambr. *coch*, ruber) Sg. 65^b. *erochuir*, *aerachair* (gl. crus) Sg. 46^a. 68^b. In adjunct. *feuchuir* (gl. severus) Ml. 24^a.

OR: *ingor* (ancora) Wb. 34^a. *gabor* (gl. caper) Sg. 37^b.

UR alternans cum praecedente. In substantivis generis neutrius (p. 249): *dechor*, *dechur* (differentia) Sg. fq. Wb. *accobor*, *accobur* (cupiditas) Wb. fq. Porro: *lothor* (gl. alveus) Sg. 49^a, *lithur* (gl. canalis) Cr. 39^c. *lebor* (liber) Sg. 106^b, *libur* 2^a. *dubchorcur* (gl. ferrugo; cf. *Κόρχουρα ἢ μέλαινα*, insula Dalmatiae adjacens, ap. Ptol. 2, 15, Corcyra nigra Inscr. Orell. 503) Sg. 52^a. In adjectivis: *lobor* (infirmus, debilis) Wb. 16^c, *lobur* 2^a. 4^a. 6^a. *trebur*, gen. *trebuir* (prudens) cf. sub *AR*.

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. *ÁR*: *lunáir* (infra scriptum sub: mensis paschalis, principium) Cr. 37^c, videtur gen. adj. *lunár* vel *lunáir*, lunaris. Fit *-óir* transsumta latina in *-árius* vel *-áre*: *caindlóir* (gl. onesimum accolitum, additur latine: *non gradus*; i. e. servus, *ἀκόλουθος*, candelarius?) Wb. 31^a. *itsaini riaglori inso* (gl. aliis utens regularibus, Beda de temp. rat. c. 19) Cr. 32^a. *altóir* (altáre) Wb. fq. *altóirnat* (gl. arula) Sg. 48^a, ut *umaldóit*, *omaldóit*, *homaldóit*, *humaldóit* (humilitas) Wb. 6^d. 8^d. 13^a. 27^a. 31^c cum transsumta derivatione *-dóit* = *-tát*. Ex eadem *-ári* sive etiam ex lat. *-ór* orta *ÓIR*: *lubgartóir* (gl. olitor) Sg. 92^b. *lesbóir* (Lesbius: *fer brithe lesboir*, gl. Onesimum acolitum) Wb. 25^d. *laitnóir* (Latinus) colligendum e Sg. 4^a. 5^b: *laitnorib*, *la laitnori*, ut *preceptóir* (praeceptor) Wb. 13^a. 18^a. 25^a, plur. *preceptori* 5^a, et ut alia transsumta latina: *senatóir* (gl. se-

nator) Sg. 50^a. 54^b. *dictatōir* (gl. dictator) Sg. 54^b. Huc pertinere videtur etiam: *foichlorib* (gl. sub curatoribus) Wb. 19^d.

RR derivantis exemplum non occurrit.

2. Derivatio spirantium.

Spirantes derivationi inservientes in vetustis nominibus gallicis vel britannicis frequentiores inveniuntur, non solum S, sed etiam J et V, quae jam in vetusta hibernica lingua omnino e medio et fine vocum evanuerunt (p. 60. 66 sq.), et solam s etiam in derivatione persistentem reliquerunt. Primum duarum spirantium vocalibus affinium, transeuntium ideo etiam in diphthongos, exempla vetusta proferam, dein dominantis prae ceteris in derivatione spirantis s.

J in nominibus gallicis derivatis cum vocalibus a et e annexa radici invenitur. AJ vel AI in inscriptionibus: Ceaiio (deo) Inscript. britann. Orell. 1981. Bedaio Aug. Orell. 1964. Vicani Altiaenses Or. 180. Quibus poterunt addi: Bedaium (loc. Noric.) Tab. Peut. *Ναβαῖος* (fluv. Brit.), *Βούλλαιον* (oppid. Brit.), *Γόβαιον* (*ἄκρον*, Gall. Lugd.) Ptol. Benaia (nomen mulieris; cf. hibern. *ben*, femina) Greg. Tur. Vit. patr. 15, 3, forsitan etiam Pronaea (fluv.) Auson. Mosell. 354.

EJ, EI in nominibus apud scriptores: Numejus, Noreja Caes. *Σεγηια* (aestuar. Britann.), *Τάμεια* (oppid. Brit.) Ptol. Arbeja (Brit.), Veleja (Gall.) Notit. dign. Celeja, Matreja Itin. Apud scriptores hist. Aug. etiam plura gallicam originem prodentia, e. gr. Atejus, Coccejus, Egnatulejus etc. Ex inscriptionibus nomina virorum et feminarum: Maleius Grut. 878, 8. Ateia Grut. 742, 3. Mannea, Loreia Murat. 174, 2. Segeia ibid. 1276, 8. Careia Carei fil. Grut. 428, 9. 468, 6. Verbeia (dea) Orell. 2061. Pompeius Catussa (Sequanus) Orell. 4803; cum multiplici derivatione: Farsuleia Stein. 799. Sidonia Grut. 736, 2. Nomina locorum recentiora e dipl. Mabill.: Areium, Oleium, Lineium, Moreium, Milleium, Berneium, Arenceium etc. Alteja (fluv.), Corbeja (monast.) Boll.

Cum sint adhuc cambrica et armorica nomina frequentia desinentia in e, ui, oe (= é, p. 113), videri possit huic derivationi subesse primitiva e producta soluta in ei, ej, ut ò interdum in oa,

ou (p. 27. 38. 39). Sunt etiam in inscriptionibus: Dome (= Domeius?) Stein. 68. Talluppe Stein. 184. Est contra etiam Correus Caes. (p. 725) sine *j*, suntque cambrica in *-ei* non solum vetusta sed etiam hodierna (cf. deriv. brit.), quibus ut aliis *o* subest *j* finalis (p. 148. 150).

V derivans in vetustis nominibus cum omnibus vocalibus, excepta *u*, invenitur. AV: Velavi, Velavii, Litavicus Caes. *Κορναοῦιοι* (pop. Brit.) Ptol. Juvavum, Ausava, Massava, Nemavia, Vosavia (loc. Noric., Vindelic., Gall.) Tab. P. Lacavo (deo) Inscr. Orell. 2018. Vellavum territorium (hod. le Velay), Vellava urbs Greg. Tur. 4, 47. 10, 25. pagus Berravensis id. 6, 12. Rionava, Ambava Fredeg. c. 42. 106. Apud poëtas vocalis est tam correcta, e. gr.: rhetoris Pictavici, Auson. epigr. 51, quam producta: Sarāvus Auson. Mosell., Timāvus Sidon. Ex Elaver fit Elauris (p. 742); quaeritur, num etiam *-aun*, *-aus* etc. sint ex *-avin*, *-avis*.

EV: Geneva Caes. Lutevani Plin. 3, 4. Luteva, Loteva (Gall. merid.) Tab. P. Sulevis, Suleviabus Inscr. Orell. 2100. 2101. Caleva (Brit. opp.) Itin. Ant., *Καληροία* Ptol.

IV: *Ὀύργιοῦιος* (*ὠκεανός*; cf. p. 13. 14) Ptol. Suliviae Idennicae Minervae Inscr. Nemaus. Orell. 2051. Dexsiva, Dexsivia Inscr. Orell. 1988. Bacivum villa Fredeg. c. 96.

OV: Vinovia, Durocornovium (Brit.) Itin. Ant. *Ὀύιννοοῦιον* (opp. Brit.), *Σεργοῦαι* (pop. Brit.) Ptol. Gergovia, Lexovii Caes. Luxovio Inscr. Orell. 2024. Luxovium (monast., hod. Luxeuil ad Vosag.) Fredeg. et Act. SS. Luxoviensis episcopus Aetherius (hod. Lisieux in Normann.) Greg. Tur. 6, 36.

Ut *-au* et *-iu* locum obtinent derivationum *-av*, *-iv* cum terminationibus in cambricis *litau* (= Letavia), *lisiu* (= lixivium; cf. p. 150), sunt etiam obviae in pluribus nominibus locorum, pagorum Galliae in chartis vel chronicis medii aevi.

AU: Calau, Bisau Polypt. Irmin. p. 79. 133. 146. Peciau ibid. p. 128. Significans regionem e nomine fluvii in *-a*: in pago Tellau juxta fluvios Tella et Warinna, Boll. Apr. 2, 217. in pago Tellau juxta fluvios Tellas et Warinna, Mabill. saec. 3. 2, 464. D'Ach. 2, 272. in pago Tellao, Tellau, dipl. a. 709. 751, Mabill. p. 482. 490. in pago Vimnau super fluvio Vimina, D'Ach. 2, 275. in pago Vimnau, dipl. a. 775, Mabill. p. 498. in pago Witmau,

Pertz. 1, 520. Apud Gregor. Turon.: Berrao vicus 10, 31. 6, sed accedente terminatione: Berravensis pagus 6, 12.

IU: Basiu (= Bacivum) Mabill. dipl. p. 250, Bacio, a. 716, Mabill. p. 485. Sithiu, Sitdiu (monasterium) ap. Pertz. et in chartul. Sithivensi, ed. Guérard. Ualliu, dipl. a. 798, Mabill. p. 503. missi in Tellau, Vitnau, Pontiu, Miraei opp. p. 340. de pago Pontiu, Mabill. dipl. p. 393. 520. Madriu, dipl. a. 775, Mabill. p. 498. Mairiu, a. 832, Mabill. 520. 536. Addo vocem *silviu* (acsi latine diceretur *silvium*, germ. streu, quod substernitur pecori a silva collectum?) e diplom. a. 917: de moneta et molendinis et cambis de pontis quoque censubus et de silvis quod etiam *rustice dicitur silviu* et quaeque pertinent ad supra dictam villam etc., et e dipl. a. 919: nonam partem in annona, feno, segalibus et de hoc quod *rustice dicitur silviu* nec non etiam de hostilitio nostro, Mabill. dipl. p. 562. 563. Accedente terminatione sunt formae ut supra: in Bacivo, dipl. a. 716, Mabill. p. 485. comes Pontivensis, dipl. a. 1066 ap. Mabill. p. 586. in pagum Pontivum, de pago Pontivo, Boll. April. 1, 25. Jul. 5, 287.

S gallica derivans. a) Singularis ad radicem accedens ante flexionem vel alias derivationes: *Ovóλοας* (sinus Brit.; = Volusa?) Ptol. Belsa (patria quae Belsa dicitur; vulgo la Bausse, regio Carnutum, cf. Belisia sub IS) Boll. Febr. 3, 693. Belsinum (Gall. merid.) Itin. Ant. Belsonancum (in silva Arduenn.) Gregor. Tur. 8, 21. Deusa (fem.) Inscr. Grut. 838, 14. Deusi fil. Grut. 807, 6. Deusone (in regione Francor., hod. Deutz; = Divisus, Divisa, Diviso) Cassiod. chron. ap. Roncall. 2, 222. *camsila*, *camsilus*, *camsellus* e subst. *camisa*, *camisia* ap. Cang.

b) Cum vocalibus correptis. AS: Betasi, Betasii (pop. belg.) Tac. Plin. Carcasum (Volcar. Tectosag.) Plin. Corasus (nom. viri) Inscr. Murat. 1319, 1. Audasius Inscr. Murat. 1585, 4. Frontasia Frontonis fil. Inscr. Grut. 741, 4. Mercasia (nom. fem.) Murat. 1353, 4. locus qui prisco vocabulo propter geminum lacunar gemellus Mercasius nuncupabatur, Boll. Aug. 6, 582. Ocrasia (nom. fem., cf. Ocrasiae captivae nomen, matris Servii Tullii, ap. Aurel. Vict., et montis alpini Oera ap. Ptol.) Murat. 1424, 10. ES: Nemesa (fluv. in Mosellam influens) Auson. Mosell.

Tamesis (fluv.), Alesia Caes. Novesium (al. Nivisium) Tab. P. IS: Civismarus Liv. Atismara Inscript. Orell. 259. Cartismandua Tac. Ratisbona in libris medii aevi. Aliso (castellum) Veget., cum suis derivatis acervatis Alisontia Auson., Alisincum Itin. Ant. Anisus (fluv. Noric.) in chronicis, Anisola (amnis) Boll. Jun. 3, 355, Anisiacus (villa) Boll. Oct. 1, 162. Saliso, Diviso (nn. locor.) Itin. Amm. *Ἰαρίου* (pop. Brit.) Ptol., Parisii (pop. Gall.) Caes. Albisia (fem.) Inscr. Stein. 301. Belisia, Bilisia (loc. Belg.) Boll. Jul. 3, 92. Sept. 5, 596. 610. Carisius (nom. figuli) in vas. figl. Cinisius mons (mons Cenisius, Cinisus ap. Pertz., Mont Cenis; cf. mons qui Albis vocatur, Neug. 1, 5, nec non Sentis nomen item montis) Fredeg. c. 121. OS num sit in nomine Bonosus, de quo sub ÔS, dubium est; interdum alternat cum sequente. US: Urusa (loc. Vindel.) Tab. P. Epuso (Belg. prim., Eposium castrum Gregor. Tur. 8, 15, in Act. SS. Evusium, Ivosium, hod. Ivois, Ipsch Trevir.) Notit. dign. Salusa (fons) Mel. Arcusa (fem.) Inscr. Murat. 1295, 3. Orusius, Anusius Inscriptt. Orell. 457. 1966. Varusius Stein. 790. Bergusium Tab. P. Sigusium Greg. Tur. 4, 45. Segusio, Segusione, Segusiani Plin. Tab. P. Catusiacum Itin. Ant. In his *u* brevem putare licet; est enim Volusi Catullo 36 et Juvenali 15, 1 e nom. Volusius, unde Volusianus, Volusenus, frequens nomen (adj. hibern. vet. *folus*, *follus*, apertus, clarus).

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. In nominum modo memoratorum nonnullis putari poterit vocalis producta, e. gr. derivationis *-as*, ob vocem omâsum obviam apud Horatium in epist. 1, 15. 34, gallicam secundum Philoxeni glossam, et forsan in nominibus Tamesa, quod Ptolemaeo corrupte quodammodo est *Ἰάμησα*, vel Bonosus Vopisc. Eutrop., quod Paeanio metaphrastae Eutropii est *Βόνωσος* (cf. *Βονωία*). Apud poëtas porro productae derivationes, ÎS: Talisius Auson. Parent. 8. 20. ÔS: Tolosa Auson. prof. 16. 17. ÛS: Padusa (fossa e Pado) Virgil. Aen. 11, 457. Claudian. epithal. Pall. 109. Attusia Auson. Parent. 21. Diphthongi cum *s* derivante obviae, AUS: Nemausum (Gall. oppid.; cf. Nemavia, loc. Vindel. Itin.) Mel. Plin. Pennausus (n. viri) Inscr. Grut. 736, 2. Arausio (Gall. oppid.) Mel. Plin. Carausius (Menapiac civis) Aurel. Vict. de Caes. 19. "monasteriolo in pago stampinse noncobante Lemauso" (hod. Li-

mours) dipl. a. 703, Mabill. dipl. p. 480. EUS: Celeusum (loc. Vindel. ; cf. Celeja) Tab. P.

d) Derivans SS. ASS: Salassi (pop. gallicus Ital. sup.) Liv. *Ἰούρασσοσ* (mons) rectius dicitur Ptolemaeo, quam Jura Caes., cum etiam legatur in Inscript. helvet. ap. Stein. 536: TRANS-IVRASSI. VALL. ROM. INVIA. ESS: Lucressa Lucressis fil. Inscript. Murat. 1170, 7. Revesione Tab. P. ISS: Dumfissus (fluv.) Auson. Mosell. Autissiodurum (Gall. oppid.), Vindonissa (Helvet. oppid.), siquidem haec non sunt composita. USS: Verulae Colussae Inscr. Orell. 285. Pompeius Catussa civis Sequanus Inscr. Orell. 4803. Ianussius (n. viri) Inscr. Or. 4468.

X gallica derivans in quibusdam saltem exemplis apparet: Bonoxus Inscr. vas. figl. ap. Stein. Cod. inscr. rom. Danub. et Rheni 207, quod nomen alibi est Bonosus. Senicco Senixonis fil. Inscript. Murat. 1402, 5. Camulixus Inscript. ap. Emele p. 76.

Hibernica S derivans. a) Singularis annexa radici: *gnás*, *gnís* (mos, consuetudo; cf. p. 31). Frequenter accedit elisa vocali i e derivationibus, e. gr. *-ise*, *-isiu*, *-isine*, *-isech*: *caimmse* (gl. cambises, cui adscribitur a glossatore inter textum: *proprium no. regis*, in margine autem: *l. no. uestis caimmse*; est scilicet vox jam ab Hieronymo usurpata, sed sine *b*, *camisia*, gallicae procul dubio originis, etiam cambr. *camse* Mab. 2, 218) Sg. 23^b. *somailse* (gl. dulcedo) Sg. 52^a. *déicsiu* (conspectus), *imdéicsiu* (circumspectio) Wb. 22^c. 25^a. *cocéilsine* (gl. societas) Wb. 19^a. *miscsech* (gl. exosus; e *miscuis* Wb.) Ml. 28^a. Fit idem secundum regulas elisionis (p. 34) accedentibus flexionibus, e. gr. in gen. sing.: *intoimseo* (gl. ponderis; nom. *tomus*) M. 35^c. *inchoitchenna* (communitatis; nom. *coitchennas*) Sg. 203^a. *innricco* (dignitatis; nom. *inriccus*) Sg. 59^b, in plur.: *comaicsi* (gl. vicinae; sing. *comacus*) Ml. 26^a. *dinaib doirsib* (gl. de portis; sing. *dorus*) Ml. 27^b. Quando vocalis ob positionem manere debet, spirans propter statum durum servatum (p. 61) dupliciter scribi solet, ut patebit e mox sequentibus exemplis *londassa*, *testassa* e *londas*, *testas*, *immarmussa* ex *immarmus*.

b) Accedens cum vocalibus correptis. AS in substantivis generis masculini: *heulas* (peritia), *aneulas* (inscientia; adj. *eula*) Sg. 209^a. Cr. 37^d. *londas* (gl. indignatio) Ml. 29^a, gen. *indlon-dassa* (gl. indignationis; adj. *lond* Wb.) Ml. 20^b. *testas* (testimonium) Wb. fq., gen. *testassa* Wb. 15^a. 16^a. 24^c. *indas* (talis status), *cindas* (qualis status? cf. p. 362. 363) Wb. 6^b. 7^d. *comadas* (commodum, commoditas) Wb. 21^a. *angutass* (gl. vim suam servantes, vocales) Sg. 40^b. *remthechtas* (praepositio), *tairmthechtas* (transgressio) Sg. 215^a. 220^a. Peregrina: *ethemlagas* (etymologia) Sg. 27^b. *adaltras* (adulterium) Wb. 3^c. 9^d. Derivans substantiva ex aliis vel ex adjectivis comitatur varias alias derivationes, e. gr. in his: *muntaras* (communio; *muntar*, familia) Wb. 16^a. *coitche-nas*, *coitcennas* (communitas; adj. *coitchen*, *-enn*) Sg. 203^a. 208^b. *lánamnas*, *lanamnas* (conjugium) Wb. 9^d. 10^a. *flaithemnas* (gloria) Wb. 25^c. *airechas* (principatus; adj. *aire*, *airech*, gl. primas, Sg. 50^a) Wb. 1^b. 3^d. Sg. 174^a, cujus item formationis videntur *curchas* (gl. arundo) Sg. 52^b et *senchas*, gen. *senchasso* (lex) Wb. 20^a, plur. *senchassa*, *senchaisi* (statuta vetusta, antiquitates; e *senechas*, *senachas*?) Wb. 28^c. 31^b, dat. *senchassib*, *senchassuib* Wb. 30^d. 31^b.

ES ut praecedens in subst., e. gr. *anamchairtes* (doctrina), e quo genit. in Wb. 12^b: *óis anamchairtessa* (gl. doctores; i. e. aetas doctrinae, qui docent, p. 370). Forma item comparanda subst. *senchas* obvia in Sg. 37^b: *ainches* (gl. fiscina; in marg.: *fiscina. babtyzerium*). Subst. *coibnes* (affinitas) colligendum ex adj. *coibnesta* (affinis) Sg. 11^b. 159^a, flexionis internae, gen. *ia-choibnis* et dat. *diachoibnius* Sg. 28^a, quaeritur, annon sit compositum; item adj. *diles* (proprius, fidelis; e subst. *les*, utilitas?), gen. *dilis* Sg. fq.

IS: *gnúis*, *gnuis* (facies) Wb. 12^b. Sg. 208^b, plur. acc. *inna gnúissi* (gl. ora) Ml. 16^c. *inis* (insula) Sg. *richis* (gl. carbo), *richisán* (gl. carbunculus) Sg. 47^b. Sunt etiam subst. et adj. in *-ise*: *semise* (gl. attenuatio) Ml. 22^d. *tánise* (secundus; cf. p. 316). Exempla desinentis *-nise*, *-nisse*, quod videri possit formula derivans, videsis inter nomina composita.

OS: *lámos* (manulea, cambr. *llewys*) colligendum ex adj. *lá-mostae* (gl. manuleatus; a *lám*, manus) Sg. 60^a. *eross* (gl. puppis) Sg. 105^a.

US in substantivis ut supra *-as, -es*: *inrucus, inruccus* (dignitas, facultas; adj. *inricc*, dignus, Wb. 7^b) Wb. 29^a. Sg. 59^b, gen. *innriccso* Sg. 59^b. *tomus, intomus* (gl. mensura), *inmorthomus* (gl. pondus) Ml. 26^b. 33^c, gen. *intoimseo* (gl. ponderis) Ml. 35^c. *intimmarmus* (peccatum, peccatio) Wb. 3^c, gen. *immarmussa* 29^a. *comarbus* (cohereditas) Wb. 4^c. 9^a. *inderbus* (incertitudo) Sg. 66^b. *indtairdircus* (gl. claritudo) Sg. 2^a. *éicndarcus* (absentia) Wb. 19^d. *cúbus, cubus, cocubus* (conscientia) Wb. 1^d. 4^b. 20^c. 31^c. *ammus* (tentatio) Wb. 2^c. *cutrummus* (similitudo) Wb. 17^b. 17^c. *écsamlus* (diversitas) Wb. 13^b. Sg. 211^a. Est etiam IUS: *inbindius* (sonoritas, euphonia) Sg. 5^a, gen. *bindiusa* 23^a. *cosmilius, cosmulus, cosmulius* (similitudo) Wb. Sg. fq. In Sg. 67^a: *indhuinnius ardd* (gl. alta fraxinus; cf. cambr. *onn, onnen*), sed cum articulo feminino.

Porro in adjectivis: *accus* (vicinus) Wb. 23^d. *ocus* (vicinus; opponitur *cián*, remotus) Pr. Cr. 59^b. *comocus* (cognatus, affinis) Sg. 6^a. *follus* (apertus, clarus) Wb. fq., pl. *foilsí* Wb. 29^a, porro *foilsigur* etc.

c) Cum vocalibus longis vel diphthongis. ÓS tantum occurrit in adj. *ciánós* in Wb. 7^a: *iscianós accobor lemm farrichtu* (gl. ulterius locum non habens in his regionibus cupio venire ad vos; i. e. est dudum voluntas mihi veniendi ad vos), respondens vestustae gallicae *-aus*, et orta ex ea, ut videtur (p. 40).

d) Duplicatae derivantis exemplum certum non apparet.

3. Derivatio mediarum.

B gallica derivans in vetustis nominibus. a) Annexa ad radicem sine vocali non occurrit ob rariorem mediarum derivationem.

b) Solius accedentis cum vocalibus correptis exstant exempla. AB: Genabum (Gall. oppid.) Caes. Arabus (nomen viri) in Inscriptt.: Indutus Arabus Grut. 687, 11. L. Marullus L. Marulli Arabi fil. Orell. 4019. Deo Intarabo Inscr. Orell. 2015. Arabo, Arrabo, Arrabone (fluv. et loc. Pannon.; cf. cambr. *araf*, mitis, p. 14, not.) Itin. In duplici derivatione: Aballaba (loc. Brit.; cf. Aballone Itin.) Not. dign. Ovilabis (opp. Norici, hod. Wels; an conferendum Obilonna, Allobrog., in Tab. P., et his quoque Aballo loci nomen, et hibern. vet. *aball*, malus?) Itin. EB deri-

vantis nescio exemplum. IB: *Ὀνόλιβα* (oppid. Damnon. Brit.) Ptol. OB: *Ἀύσοβα, Τοίσοβις, Τονέροβις* (fluvii Brit.); *Ῥοροβις* (fluv. Gall. Narbon.) Ptol., Orobii (pop. alpinus; cf. Ausava, loc. Gall., in Tab. P. et nomen Arabus?) Plin. 3, 17. Cum *n* derivante: Abnoba (mons) Avien. Plin. Tac. *Ἄβνοβα, Ἄβνοβαῖα ὄρη* Ptol. UB: Gelduba (castellum Rheno impositum) Plin. 19, 5. Tacit. Itin. Ant. Cum sequente *i*: Esubii Caes., Esubiani Plin. Danubius, Mandubii Caes. Vidubia (ad Arar.) Tab. P. *ὄυσοβίμ* (herba lactago, lauriola Gallis; accus. ab usubis?) Dioscor. 4, 147. *Ὀύερονβλουμ* (*ἄρχρον*, i. e. Verubium, e fonte latino, Brit. promont.) Ptol.

c) Non inveniuntur alia exempla derivantis B, e. gr. nec cum vocalibus productis vel diphthongis, nec geminatae nec junctae.

Hibernicae B derivantis exempla sunt aequae rara, immo rariora. Accedentis ad radicem non intermedia vocali: *fedb* (vīdus) Wb. 28^d, e *fedub*? Existimari poterit eodem modo et in aliis aggressa ad praecedentem consonam radicalem, e. gr. in adj. *marb* (mortuus; rad. *mar, mor*), indeque pro *Morimarusa* hoc est mortuum mare, Plin. 4, 13, legi *Morimaruba*. Expulsae vocalis a sequente terminatione exemplum: *claidbene* (gl. ensiculus) Sg. 49^b, e *claidēb*.

Cum vocali correpta derivantis obvia mihi est sola formula EB: *indeb* (commodum, utilitas) Wb. 24^a. 28^c. 29^b. 30^a. 31^b. *indeb* (gl. stips) Sg. 70^a. *claidēb* (gladius) Wb. 6^a. 22^d. Et ea quoque oblitterata est a recentiore lingua, hibernica et gaelica, cum scribatur modo hibern. *inneamh* (utilitas), hibern. gael. *claidheamh* (gladius).

Junctae in derivatione mediae formula UMB in *ciadcholom* (gl. palumbes) Sg. 70^a, cum *colum* sit pro *columb* (p. 75).

D gallica derivans. a) Accedentis ad radicem expulsa vocali exemplum est nomen Abducillus Caes., si scilicet formatione auctum ex Abudius Tac., cujus originem gallicam comprobatur nomen loci Abudiacum.

b) Praemittens vocales correptas. AD: Orcades Claudian. IV consol. Honor. 32. Ὀρκαδες (νήσοι), Ὠταδινοί (pop. Brit.) Ptol. ED: esseda Virgil. Propert. (p. 11), essedum Caes. Taruessedum (locus circa lacum Comensem) Tab. P., Manduesse-dum (locus Brit.) Itin. Ant. Voreda (loc. Brit.) Itin. Ant. Tenedon (circa Rhen. superior.) Tab. P. Secunda Sembedonis fil. Inscript. Orell. 204. ID: Druidae Lucan. 1, 451. Auson. profess. 4. 10. Ravidus (cf. Ravenna) Catull. 40. Sabidi (Sabidius, nom. viri; cf. Sabis fl. et cambr. *sefyll* = *sab-ill*, stare) Martial. 1, 33. Epidius Sueton. gramm. 5. Ἐπίδιον (ἄκρον, Brit.) Ptol. Trevidon Sidon. carm. 24. OD: Losodica (circa Danub. superior.) Tab. P. Losodienses Act. SS. Mabill. saec. 3. 1, 686. in loco Saredo, dipl. a. 766, Mabill. p. 495. UD: Abudius (nom. viri) Tac. Ann. 6, 30. Abudiacum (Raet. loc.) Tab. P. Haebudae (insulae) Plin. Ἐβουδα (duae insulae ejus nominis, unde etiam ceterae circumjacentes Ἐβουδαι νήσοι) Ptol.

c) Vocales productas an praemiserit *d* derivans, dubitare licet. Est quidem *e* producta apud poëtas in nomine Caledonii, sed etiam in Aremorici, in quo *e* vel *i* nonnisi correpta obtinere potest, apud eosdem, qui inter vocales correptas nimium multas unam produxerunt (cf. p. 4, not.). Nec fides semper habenda est Ptolemaei descriptionibus, cui item quidem est Καληδόσιος δρυμός, sed etiam Οἰήκτις, Νεμῆται, Δημῆται contra regulas sonorum (p. 100). Sunt autem exempla quaedam derivationis cum diphthongo AUD: Bagaudae (praedatores) apud plures scriptores veteres: Eutrop. Aurel. Vict. Eumen. Salvian. Zosim. * Sapaudia (recentius Savoia) Ammian. 15, 11. Notit. dign. Ennodii Vit. S. Epiphani, Boll. Jan. 2, 375. Sapaudus, Sabaudus (nom. viri) Sidon. epist. 5, 10. Gregor. Tur. 4, 30. avis gallico vocabulo alaunda Plin., Olloudius Inscript. (= -audius, p. 38). Referenda huc etiam videntur nomina: Apaudulus (viri) Amm. 28, 1. Fons Bleaudi

* Aurel. Vict. de Caes. 39: excita manus agrestium ac latronum, quos *Bagaudas* incolae vocant. Eumen. in panegy. vet. 3, 4: latrocinium *Bagaudicae* rebellionis. Salvianus de gubernat. dei lib. 5, p. 159 ed. Pithoei: imputamus nomen, quod ipsi fecimus, et vocamus rebelles, vocamus perditos, quos ease compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus *Bagaudae* facti sunt, nisi iniquitatibus nostris? Cf. in Wb. 25^b: *am. dotéit síle dogabáil báigul*. . . (gl. sicut fur in nocte; i. e. ut venit hic ad capiendam praedam, cum etc.), ubi *báigul*, si est *báigul*, referri poterit ad radicem *bág* (p. 20).

(Fontainebleau) dipl. a. 1186, Mabill. dipl. p. 603. "cum illa alpe Cassauda", circa a. 805, Mabill. p. 509.

d) Derivationis connexae ND exempla: Ragandone (Pannon.) Tab. P. Quoranda (fluv.) Boll. Aug. 4, 779. *Bovovinda* (i. e. Buvinda, fluv. Hibern. merid.: flumen quod *Boinn* nominatur, Boll. Mart. 3, 271, cf. p. 67), *Κοριόνδοι* (pop. Hibern.) Ptol. Et RD: Picardus (figuli nom.) Inscript. Stein. 947. Laudardiac villa, dipl. a. 660, Mabill. dipl. p. 606. villa Leverda, Act. SS. Mabill. saec. 6. 1, 599. Bacurdus (deus) Inscript. Colon. Orell. 1963. Cacurda (nom. fem.) Grut. 838, 14. Lapurdum (locus) Gregor. Tur. 9, 20, siquidem recte hunc locum obtinent.

Hibernica D derivans. a) Annexa ad radicem excussa vocali a sequente derivatione vel flexione: *ibdach* Incant. Sg. *ipthach* (gl. maledicus) Wb. 9^b. *aipti* (gl. veneficia) Wb. 20^b, quibus eadem vox subesse videtur, quae est in vetustis Abudius, Abudiacum (p. 73. 74).

b) Accedentis cum vocalibus correptis exstant formulae AD, ID, UD: *déad*, *diad* (finis; cambr. *diwedd*) Wb. Sg. *druid*, *druith* (Druida, Druidae) Wb. 26^a. 30^a. *crabud* (religio, devotio; cambr. *crefydd*), gen. *crabaiith* (= *crabid*) Wb. 20^b. 33^a. Ob commixtam scriptionem *d* et *th* (= *d*, *t* infectis, p. 72. 73. 82) difficilis est distinctio derivantis *d* in vocibus codicum veterum. Adde nomina propria quaedam e chronicis vel Actis SS.: *Colgadh*, *Losoadh* Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 160. 194. *Colladius* Boll. Mart. 2, 567. *Lugadius* ibid. 559. *Lugidius* episcopus Boll. Mai. 2, 581. *Lugith*, *Lugidius*, *Lugith Maccan* Boll. Aug. 1, 342. 343. 344. *Eochaidh Fionn* ("Equitius candidus", quod esset in vetusta scriptione *Echid find*; cf. *benechaid*, gl. eques, Sg. 55^b, — nom. vet. *Epidius*) Boll. Jul. 5, 593. *Crichidh*, *Crichidius* Boll. Mart. 1, 398. Quaeritur, annon huc pertineant derivativa masculina infra (sub IT) sequentia, e. gr. in *-id* (cf. cambrica in *-ydd*), fortasse etiam in *-thid*, quamvis non sequantur declinationem substantivi *druid*. Itemque annon neutra in *-ad*, *-ed* (prior. ord. ser. II, p. 249), ut *uathad*, *uathath* (singularis, singularitas; cf. nomen populi brit. *Ἐταδιολ* ap. Ptol.) Wb. Sg. *dliged* (lex, regula) Wb. Sg.

Accensendae sunt huic derivationi substantiva posterioris declinandi ordinis et seriei quartae, quae derivantem *d* in casibus obliquis servant, in nominativo autem, excussa eadem, in vocales *-e*, *-i*, *-u*, *-iu* desinere solent (p. 271). Inde formulis jam enumeratis amplius addenda est ED, quae jam adest in vetusto nomine gallico *Tenedon*, et adhuc exstat in substantivis dupliciter derivatis *óigedacht* (hospitium), *filedacht* (poësis).

c) Derivantis *d* cum vocalibus productis vel diphthongis non apparet exemplum hibernicum.

d) Derivatio connexa ND adhuc in subst. *talland* (talentum, facultas; gael. *tàlann*): *arafogna talland cáich uanni dialailiu* (inserviat facultas cujusvis e nobis alii) Wb. 12^a. *arni tacair la-suide móidmiche do neuch innachthallond* (gl. quod loquor non loquor secundum deum, 2. Cor. 11, 17; i. e. nam non decet apud hunc gloriari aliquem de aliqua facultate) Wb. 17^a, nec non in subst. et verb. *scribend* (scribere, scriptura) Wb. Sg. Cr., ex quo compos. *athscribend* (gl. rescriptum) Cr. 40^a, *incomscribndaith* (gl. syngraphum) Sg. 24^a, cujus *-nd* alternat interdum cum *-nt*, atque in *legend* (legere) Wb. Sg. (cf. p. 462). Porro: *ógdilgend* (gl. internecio) Sg. 52^a. In NN secundum regulam transiit in nomine fluvii Hiberniae *Bóinne*, e vetustiore *Bovinda* (p. 67. 74). Nomen insulae ipsius *Erend*, *Erenn* non derivatum sed compositum esse jam demonstratum est (p. 74, not.).

G gallica derivans rarior est ceteris mediis. AG in nominibus propriis virorum: Adbogius Coinagi fil. (Petrucorius) Inscr Stein. 440. mem. Nertagi Avin. Grut. 700, 3. Bellatullus Birragonis fil. Grut. 763, 6, quibus facile sociatur Teutagonus (Basternarum dux) Valer. Flacc. Argonaut. 6, 97. Addendum porro Galli nomen Vesagus (cf. Bellovesus, Sigovesus, Vesontion) Sil. Ital. 4, 213, ut legitur in editis et scriptis, in aliis Vesegus, Vesogus et magis variatum Vosegus, Vogesus. Montis item nomen Vosegus Caes. *Βάσσεγος* (leg. *Βώσσεγος*) Julian., Vosegus Inscript. Orell. 2072, Vosagus in Tabula Peut., quae Wizenburgi ad eandem silvam descripta est, Vosagus, Wosagus, Vosogus in Traditt. monast. Wizenburg., certius procul dubio est et rectius quam inversum Vogesus Lucan. 1, 391, Vogesus, Vogasus etiam apud re-

centiores. Formula derivans EG e vetustioribus addenda est antedictae, siquidem omnia haec derivata non composita (cum praep. *eo* — hibern. *fo*, brit. *guo*?).

Duplicatae et conjunctae *g* formulae GG, NG, RG in his vetustis nominibus: Esuggii fil. Inscript. Ambian. Orell. 2062. Flaniggo Inscr. Brix. Orell. 3543. Tulingi Caes., Tylangii Avien. Caspingio (loc. ad Rhen. infer.) Tab. Peut. Viturgia (nom. fem.) Vopisc. Proc. c. 12, si, ut videtur, nomen est gallicae originis (cf. Vitudurum Itin.).

Hibernicam G derivantem in substantivis, adjectivis, verbis statuere ob confusionem scriptionis *ch* pro *g* et *g* pro *ch* (p. 73. 86) eo difficilius est, quia rarior haec derivatio. Verba denominativa neutra frequenter obvia in *-agim*, *-aigim*, *-igim* (seriei I), quamvis semper fere scripta sit *g*, aperte e derivationibus *-ach*, *-ech* prodire videntur, e. gr. *cumachtaigim*, *cumachtagimm* (gl. nuu, gl. potior; i. e. potens sum, adj. *cumachtach*) Sg. 39^b. 54^a. *cuiligim* (gl. prosto; mox *cuilech*, gl. prostibulum) Sg. 53^a. *trebaraigim* (gl. sapio; i. e. prudens sum) Sg. 146^b. Veruntamen verbi denominativi factitativi formae hibernicae vetustae *-igur* (seriei IV) respondet cambrica jam vetusta *-aam*: *nomisligur* (humilem me facio; cf. cambr. vet. *lemhaam*, gl. arguo, i. e. acutum facio, gl. Oxon.) Wb. 17^a. *co asmeenugursa* (gl. ut eradicem, a *mecan*, radix; cf. cambr. vet. *etncoilhaam*, gl. auspicio, *datolaham*, gl. lego, *mergidhaham*, gl. evanesco, i. e. facio avium augurium, concionem, defectionem) Ml. 2^a. Quae cambrica forma orta quidem esse potest ex *-agam* (p. 162), non tamen ex derivatione adjectivorum, hibern. *-ach*, cambr. *-auc*, ex qua scilicet cambrice esse deberet *-ocam* (hod. *-ogaf*). An forsitan factitativa utraque e J, quae etiam gothice et indice est factitativa? Quaeritur solummodo, num forma verbi denominativi neutri diversae sit originis, an possit esse etiam ejusdem.

Connexa derivatio frequentior ANG. In verbis, in quibus tamen vocalis in alias nutat: *fulang* (pati, tolerare; 1. ps. pl. *follongam* Wb. 14^b), *cumang* (posse, valere) Wb. Sg.; in decomposito *tecmang* (3. ps. sg. pl.: *tecmang*, accidit, *tecmangat*, accidunt, Sg. 2^a. 9^a) e *doecumang*. In nominibus: *tecmang* (eventus)

e dat. *uathecmingg*, ó *thecmung* (gl. casu, gl. eventu) Sg. 28^a. *tualang* (aptus) Wb. fq. Transformatur saepius omnis derivatio, praesertim in formis verborum, in *s*, *c*, *acc*, *ach*: *arafulsam* (ut toleremus), *cuimsin*, *cuimsimms* (possem, possemus; cf. p. 62), *cumcamni*, *cumcat* (possumus, possunt), *cumacc*, *cumacht* (potens, potentia; cf. deriv. C et ANC). ING in *decming*, si est adjectivum, ut videtur, in Wb. 14^b: *forcetlid doibsom timotheus et bráthir inhiris nípu decming cid icolin* (gl. Timotheus frater ecclesiae dei, 2. Cor. 1, 1). UNG in subst. *cumung*: *ní cumung donindnagar arforcital dúib. iscumung fuiribsi im occanairitin narforcetalsin* (gl. non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris, 2. Cor. 6, 12) Wb. 16^a. Ut non RD, non occurrit etiam RG derivans hibernica.

4. Derivatio tenuium.

P inter tenues minoris ambitus rarius etiam derivationi inserviens invenitur in nominibus gallicis. Obviae combinationes cum tribus vocalibus *a*, *i*, *u*. AP: Menapii (pop. belg.) Caes. Monapia (insula prope Brit.) Plin. 4, 16. *Μαυαρία*, *Μαυάριον* (oppid. et pop. Hibern.) Ptol. "in pago Madriacinae Vinias, Camapio et Niventis" dipl. a. 775, Mabill. dipl. p. 498. "Gamapio vico" D'Ach. 2, 86. IP: Warsipio (loc.) Martène 2, 20. UP: Rutupiae (Brit. oppid.) Ptol. Ammian. Itin. tellus Rutupina, Rutupinus ager, Auson. parent. 7, 18. Connexa MP forsan in nom. fluv. Wartimpa, Labbe 2, 665.

Hibernica lingua, quae hanc tenuem ne in ipsa radice quidem amat (p. 77), omnino nescit ejus derivationes.

T derivans in nominibus gallicis vel britannicis vetustis. *a*) Singularis accedens ad radicem in adj. *-gnatus* nominum compositorum, e. gr. Critognatus, Boduognatus etc. (p. 19), e radice *gná*, *gné* (p. 31).

b) Cum vocalibus correptis. AT: Atrebatum terras pervaserat, Sidon. carm. 5, 212. Abbatus (al. Acatus, at Batus) amens,

Sil. Ital. 4, 239. Sunt plurima nomina formulae simplicis vel mixtae cum vocalibus, sed vix affirmari poterit vocalis *a* correpta in omnibus: *Γαισάτοι* (pilati, p. 64), *Γαλάται* (rad. hīb. brit. *gal*) Polyb. Sematus Inscr. Murat. 167, 2. Liudatus Grut. 1159, 2. Sedato (deo) Inscr. Orell. 2043. 4972. Casatus Orell. 1986. Cirata (fem., Nervia) Orell. 2976. Cerate, Ceratensis vicus Greg. Tur. *Βριουάτης* (*λιμήν*, Gall. Lugdun.) Ptol. Brivate (nomin. Brivas) Sidon. Apollin. Brivatis, Brivatensis vicus; gall. *briva*, pons) Gregor. Tur. fq. IAT: Ariomanus Iliati fil. (Bojus) Inscript. Grut. 670, 3. Metiatus Inscr. Orell. 347. Stiriante (Noric.) Tab. P. vicus Ratiatensis Greg. Tur. de glor. conf. c. 54. portus Retiatus Mabill. saec. 4. 1, 549. villa Bulgiatensis Greg. Tur. 3, 16. UAT: Cotuatus, Nantuates Caes., in derivatione multiplici: Gtruatus, Aduatuci Caes. ATI: Duratius Caes. Volcatius, Vulcatus (nomen viri frequens), jam ap. Caes., ap. Ammian. et scriptores hist. Aug. *Βαυατία* (oppid. Brit.) Ptol. Manatia (fem.) Inscr. Stein. 201. Sedatia Stein. 244. Nomina virorum ex Inscriptt. ap. Stein.: Sedatius 334. Veratius 50. 650. Conatius 6. Caratius 146; e recentioribus: Arvatius (episc. Tungr.) Fredeg. c. 1. Namatius, Nammatus Sidon. epist. 8, 6. Gregor. Tur. 2, 16. Nomina locorum amplius aucta: Colatione, Stabatione (alp. Cott. et Noric.) Tab. P. Tutatione (Noric.) Itin. A. Aranatio, Burcinatio (ad Rhen. infer.) Itin. Ant. ATU in nominibus Bellatumara, Belatucardus, Belatucadrus (Mars; cf. adj. cambr. vet. *cahr*, gl. decorus, gl. Lxb.), Belatulla Inscr. fq. Abrincatui (pop. Gall.; siquidem hic derivatio, non compositio, et comparandum subst. corn. *hebrenciat*, dux, *hebrenciat plui*, gl. presbyter, i. e. dux plebis, parochus, et hod. cambr. *hebrwng*, ducere, comitari) Plin. ET: nomine Vernemetis (= fanum ingens; cf. p. 11) Venant. Fortun. Drappes, gen. Drappetis, Veneti, Nemetocenna, Orgetorix, Cingetorix, Vercingetorix, Conetodunus Caes. fluviolus Albata Mabill. saec. 2, 122. ETI: Tasgetius, Helvetii, Decetia Caes. Orgetia (nom. fem.) Inscr. Grut. 345, 8. Cingetius (nom. viri) Inscr. Stein. 228. Leucetius (Mars) Stein. 248. Saletione, Tinetione, Bregetione Itin. IT: Gallitae, Belgites (pop.) Plin. 3, 20. 25. *Ἀυτάρμιτος* (Gallorum dux; cf. Autricum e nomine fluvii supponendo Autara, hod. Eure) Polyb. 1, 77 sq. UIT: Bituitus (rex Allobrog.) Flor. 3, 2. *Βιτωίος* Appian. de reb. gall. p. 85.

Forsan etiam Induitus (cf. Indutiomarus p. 19, not., et hibern. vet. *inne*, sensus?) Inscr. Stein. 318. ITI: Togitius Inscr. Stein. 324. Domnitius Sidon. epist. 4, 2; in multiplici derivatione: Gobanitio, Divitiacus Caes., Bilitio Greg. Tur. (p. 725). ITU: Ambitui (pop. gall.) Plin. OT: Lugotorix Caes., Dumnotonus (fluv.) Auson. epist. 5. UT: Carnutes Caes. Namuta Minutae filia Inscript. (Mém. des Antiq. de France 16, 139). Buxutum (hod. Bossu) Act. SS. Boll. Oct. 4, 1032. Mabill. saec. 2, 865. UTI: Venutius (Britannus) Tacit. Ann. 12, 12, 40. Hist. 3, 45.

c) Cum vocalibus productis. ÂT: Teutates (Gallorum deus) Lucan. 1, 445. Nomini herbae gallico *ταρβηλοδάθιον* ap. Dioscoridem supra (p. 89. 90) suppositum est *ταρβοταβάτιον*, compos. e *tabát*, cambr. hod. *tafawd* (lingua). ÊT, ÎT, ÛT in enumeratis exemplis aliquibus poterunt quaeri, sed in quibus, vix erudendum erit. Apud Ptolemaeum scriptio *-ητ* nominum derivatorum, e. gr. *Δημηῆται*, *Νεμηῆται*, suspecta esse debet, quum quia apud vetustos ipsos etiam *-ετ* obvia est, ut apud Ptolemaeum ipsum *Ἀγροστονέμετον*, apud Strabonem *Ἀρναίμετον*, et apud Julianum *Νέμετες*, tum praesertim quod britannicae linguae dialecti cambrica et armorica in nominibus *Nimet*, *Nemet*, *Dimet* (p. 100. 102) nonnisi vocalem correptam exhibent. Non aliter iudicandum de aliis ejusmodi: *Καλήται*, *Ναμνήται* (Galliae populi) Ptol., *Σούδητα ὄρη* (al. *Σούδιτα*) Ptol., *Γάβρητα (ἔλη)* Strab. Ptol., *Ἐλονήτιοι* Ptol. Plut. Dio Cass., apud Strabonem mire *Ἐλονήτιοι*. Convenit cum terminatione hac hibernica frequentissima adjectivorum *-the*, *-de*, ante quam vocales correptae elisae sunt.

d) Accedentis *t* cum diphthongis sive geminatae derivantis exempla non obvia sunt: eo frequentiora derivationis connexae NT; suntque etiam derivantium ST, CT.

NT praemittens vocales correptas omnes. ANT: *Νοοάνται* (pop. Brit.) Ptol. Trinobantes (Brit.) Caes. Brigantes (Brit.) Ptol. Tac. *Δεκάνται* (pop. Brit.), *Γαβραντουῦτων* (*κόλπος*, Brit. sinus), *Καρβαντόριον* (oppid. Brit.) Ptol. Eadem in mixta vel multiplici derivatione: Meduatum (ad Mosam; cf. Medoacus fluv. Ital. super.) Tab. P. *Σεγαντίων* (*λιμήν*, port. Brit.) Ptol. Brigantia, lacus Brigantinus (Raet.) Plin. Itin. Carantius, Carantia Inscript. Grut. 1038, 9. Stein. 72. 128. Carantinius Stein. 338.

Carantonus (fluv., hod. Charante) Auson. Mosell. *Κελαμαντία* (German. merid. oppid.), *Σκαραβαντία* (Pannon. oppid.) Ptol. Tarnantone (Noric.; cf. Tarnis fluv., Auson. Mosell.) Tab. P. Diviciantillus Inscr. Murat. 1503, 5.

ENT: Argentoratum, Argentomagus, Argentovaria (oppida) Itin. Ammian. Carpentoracte (Gall. opp.; cf. ad posteriorem partem *Κατουρακτόνιον* Ptol., Cataractone Itin. Ant., Brit. opp.) Plin. 3, 4. In derivatione acervata: Aventicum (Helvet. oppid.) Tacit. Ioventius Inscript. Murat. 1353, 5. *Βροδετία* (oppid. German. merid.), *Βωλέντιον* (Pannon.), *Λουέντινον* (Britann.) Ptol. Druentia (fluv.) Liv. Plin. Druentianus (nom. viri) Vulcat. Avdien. c. 9. Derventione (loc. Britann.; cf. "juxta amnem Dorventionem", Bedae Vita S. Paulini, Boll. Oct. 5, 108. "juxta fluvium Ormentionem" Boll. Jul. 6, 599) Itin. Ant. Imanuentius Caes.

INT: *Ψεδιντούιον* (oppid. Germ. merid.) Ptol., siquidem nomen est celticae originis.

ONT: in Rossontensi, Gregor. Tur. 9, 20. locus cui vocabulum est Rossonto, Boll. Febr. 1, 853. Frequentior item in derivatione acervata: Vocontii (pop. ad Rhodan.) Liv. Justin. Gerontius (nom. viri) Ammian. 14, 5. Gerontia (mater Genovefae) Vit. S. Genovefae, Boll. Jan. 1, 138. Lucontius (nom. viri) Sidon. epist. 4, 18. *Ούισόντιον* (Pannon. oppid.) Ptol. Vesontio, Vesonione Caes. Itin. Surontium (Noric.) Tab. P. Tinctontium Itin. Ant. Alisontia (fluv., hod. Elsenz) Auson. Mosell. Visorontia (fluv., hod. Vesperonce) Gregor. Tur. 3, 6.* Segontiaci Caes. Magontiacum Itin. Bodiontici Plin.

UNT: Carnuntum (Pannon. opp.) Vellej. Ammian. Carnunto (Senoniae Lugdunens.) Notit. dignit. In derivatione aucta: *Οόλούντιοι* (pop. Hibern.) Ptol. *Βιλινουντία* (herba Apollinaris; Belenus Apollo Gallis) Dioscor. 4, 69. Maguntiacum Tacit.

* Celticae originis, ut Moenus, Nicer, sunt etiam alia nomina fluviorum Germaniae meridionalis, atque supra dictae formationis, e. gr. desinentia in chartis medii aevi in *-anza*, *-inza*, *-inze*, *-enze*: *Ratanza*, *Ratenze* (hod. Rednitz), *Paginza*, *Pagenza*, *Begenze* (hod. Pegnitz), *Werinze* (hod. Wernitz). Horum primi forma vetustior in chronicis et chartis carlingicis est *Radantia*; ceteris aut eadem terminatio supponenda est (cf. *Bregenze* e *Brigantia*), aut *-entia*, (*Varentia*, *Verentia* ?), quin immo *-ontia* (cf. *Elsenze* ex *Alisontia*).

in villa Seguntiaci, Martène 1, 55. de villa Arguntiaci, Boll. Jul. 6, 209.

ST minus frequens. AST: *Τόλασσα* ap. Ptol. (mox infra). monasterium, quod nuncupatur Malaste, dipl. a. 835, Mabill. dipl. p. 523, siquidem in hoc non est compositio. Nomina virorum apud Gregorium Turon.: Vinastes (al. Vivastes), de mirac. S. Mart. 2, 23. Vedastes cognomento Avo (civis Turon.) Hist. 7, 3. Leudastes, Leodastes 5, 14. 48. 6, 32. de mir. S. Mart. 2, 58. Bladastes, Blandastes 6, 12. 7, 28. 34, ut nomina Polyptychi S. Iminonis, francica sunt habenda et composita (-gast; cf. Grimmii Histor. linguae germ. 1, 541). EST: *Ούέτεστον* (oppid. Tolistobojor. in Asia minori) Ptol. Segeste (Carnor. oppid.) Plin. 3, 19. Tergeste (gallicae originis?) Plin. Forest, forestella (cf. p. 93). IST: Tolistoboji (pop. gall.; cf. *Τόλασσα χωρίον*, Tolasta castellum Asiae minoris apud eundem populum, Ptol. 5, 4) Liv. Plin. Venostes (pop. alpin.) Inscr. trop. ap. Plin. 3, 20. UST: Segusterone (Alp. marit.) Itin., si non compositum (cf. lat. terrestres, palustris).

CT derivantis vetusta exempla rariora sunt. ACT: Bibracte (oppid. Aeduor.; e *biber*, fiber, p. 44), Epasnactus (Arvernus; ex *ep*, equus, et *asen*, asinus?), ambactus Caes., quaeritur, num sint derivata an composita.* *Caractacus* Tac. rectius fuerit *Caratacus*, quae scilicet forma occurrit in Inscript., et obtinet adhuc in cambr. vet. *Caratauc* (p. 96). Porro ECT et OCT forsitan in his: *Anectius*, *Senectius* (ex civitate Nerviorum) Liv. epit. 139. *Verudocius* (Helvetius) Caes.

* Si posset fides haberi interpretationi gallicae vocis *exacon* ap. Plin. 25, 6: "centaurion nostri fel terrae vocant propter amaritudinem summam, *Galli exacon*, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum", et si liceret inde radicem gallicam *ac* habere eandem cum lat. *ag* (agere), facile esset vocem *ambactus* putare compositam significantem circumagentem, vel circumactum, comitem, servum. Sed intellectus causationis et generationis subest radici *ac* tam in hibernicis vocibus, obviis inter glossas vetustas, e. gr. *aicseogud* (causatio), *indaicseidid* (causa, propter), *aicned* (natura), *aicme* (genus), quam in cambricis, e. gr. *ach* (genus), *achmon* (inguen). Contra est etiam radix hibern. *aig*, *ag* in *atomaig*, *atobaig* (p. 336), significationis non diversae a latina.

Hibernica T derivans. a) Accedens simplex ad radicem frequentissima est in substantivis et adjectivis, non solum accedens ad radicem terminatam liquidis, post quas saepius vix vocalis excussa statui potest, sed praesertim aggrediens elisa vocali, quae aderat. Jam supra disputatum est, in quibus positionibus fieri possit elisio vocalium derivationis (p. 34 sq.), et quod etiam ea facta obtineat derivantis *t* infecta forma *th*, vel *d* pro ea, primitiva *t* post certos suos tantum sonos (p. 83. 84. 85). Hoc demum loco *t* derivantis et accedentis ad radicem exempla diligentius exponenda sunt ob copiam suam et ob peculiaria quaedam hinc inde obvia.

1. In substantivis T (*th*, *d*) annexa ad radicem. a. Si radix desinit in liquidas, quarum tamen *n* et *m* pereunt ante *t*, tam solum nudam quam auctam flexione vel derivatione: *andermet* (gl. oblivio) Ml. 23^d, *foraithmet* (memoria, neutr., cf. p. 249; *-met* = *ment*, *mint*, cf. *foraithminedar*, *foraithmentar*, formas verbales in Ml. 17^b) Ml. 22^d. 23^a. 27^b. *airmitiu* (honor; = *mintiu*, ex eadem radice *men*, *min*) Wb. fq. *forcital*, *forcitlid* (doctrina, praeceptor; e verb. *forcanim*, praecipio) Wb. fq. *foditix* (toleratio; pro *fodaimitiu*, e verb. *fodamim*) Wb. fq. Non tanguntur *r*, *l*: *edbart*, *idpart* (oblatio) Wb. Ml. *forbart*, *forbbart* (gl. abolitio; e verbo *forbiur*, gl. redoleo, Sg.) Sg. 52^a. 67^b. 127^b, unde adj. *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41^d. *dalte* (discipulus; e rad. *al*, nutrio?) Wb. 23^a. 24^a. Porro comparandae sunt formae verbales praeteriti *asrubart* (dixit; praes. *asbiur*, profero), *tormalt* (manducavit). His liquidis addenda est *g*, tam singularis quam connexa *ng*, quae fit *ch*, *c* ante accedentem *t*: *tairmthecht*, *tairmthect* (transgressio; verb. *tairmthiagu*) Wb. 2^c. 3^c. subst. *cumacht* (potentia) Wb. Sg. fq., adj. *écmacht* (gl. nequam; i. e. impotens) Sg. 50^a, e verb. *cumang* (posse).

b. Si eliduntur vocales derivationum accedente flexione vel alia terminatione. a) Derivationum AT, ET, IT etc.: *rélio* (manifestationis), *césto* (passionis; pro *relatho*, *cesatho*), *crochtho* (crucifixionis; nom. *crochad*) Wb. fq. *in debthib* (in disceptationibus; nom. *debuid*, *debuith*) Wb. 6^b. Formulae UT exempla frequentia exhibet derivatio duplex *-igud*, gen. *-igtho*. Quibus omnibus sunt conferenda infra sequentia retinentia vocales: *comalnad*, gen. *comalnatha*. *dliged*, plur. *dligetha*. *dilgud*, gen. *dilgotho*.

β) Derivationum ATU, ITU etc.: *óentu* (unitas) Wb. fq.

beothu, beotho (vita) Wb. 3^c. 11^a. Ex adverbii *inbéstaid* (gl. forte) Sg. 12^b, *inchorpdid* (gl. corporaliter) Wb. 27^a colligenda sunt subst. *béstu, corpdu*, ut sunt adj. *béste, corpde*, e quibus oriuntur (p. 272. 563).

γ) Derivationum cumularum ATAT, ITIT, ATANTU, ITENTU, e. gr. in vocibus: *pecthad* (peccator) Wb., *berrthaid* (tonsor) Sg., *treodatu* (trinitas), *foirbthetu* (firmitas) Wb., quarum plura alia exempla mox infra sequentur.

δ) Derivationis AT, vel IT adeo, ortae ex ANT, INT: *dí naimtib* (gl. de osoribus), *huanaimtib* (gl. osoribus) Ml. 16^d. 23^a, *naimtíde* (inimicus, hostilis) Wb. 26^b, e subst. *namit* (hostis) Wb. 32^c. Sg. 67^a. *nebmabtu*, gen. *-tath* (immortalitas; nisi rectius est *-thu, -thath*) Wb. 15^c. 29^d. Pertinent huc substantiva: *foimtiu, toimtiu* (cogitatio; pro *fomitiu, dofomitiu, -mintiu*, cf. *airmitiu*) Wb. 20^a. 31^b, et omnibus conferendae sunt formae verbales *bertar* (feruntur), *scriblir* (scribuntur; ex *-atar, -antar*).

2. Adjectivorum derivantis T (*th, d*), accedentis elisa vocali, quae est *i* semper, cum retinetur (orta tamen ex *a, e* vel aliis vocalibus, ut comprobant *gaisatus = gaide* et alia nomina vetusta, p. 64 et 758), frequentissima sunt exempla. Cum *e* finiente hujus derivationis *-ithe, -ide, -the, -de* alternat, praesertim in cod. Sg., non solum *ae*, sed etiam *a*. Consonae scriptio solita est *d*, post suos sonos tantum *t*, sed vix obvia *th*.

T servata semper post S: *béste* (moralis) Wb. 12^d. *místae* (gl. menstruus; *mis*, mensis) Sg. 38^a. *cístae* (gl. censorius) Sg. 35^a. *rostae* (gl. rosarium) Sg. 35^b. *nephhostae* (gl. apes; *cos*, pes) Sg. 102^b. *trecoste* (gl. cum tribus pedibus) Sg. 67^b. *glanchosta* (gl. merops; i. e. nudis pedibus, acsi esset merus pes?) Pr. Cr. 48^a. *tinfesti* (gl. flatilem) Sg. 17^b. *limostae* (gl. manuleatus) Sg. 60^a. *coibnesta* (affinis) Sg. 159^a. *inciclasta* (gl. cyclas) Sg. 32^b. *colensta* (gl. aeolicus) Sg. 31^b.

T post L, interdum, non semper: *dalta, dálldde* (= *dálte*, gl. curialis, gl. forensis) Sg. 55^b. 57^a. *remdedólte, remdedoldae* (gl. antelucanus) Sg. 36^a. Ml. 21^c. *idalte, idolde* (idolicus) Wb. 10^c. *israhelte, israhelde* (Israelita) Wb. 5^a. 21^b. 23^d. *colldde* (= *colte*, gl. columnus) Sg. 33^b, 35^b, *colde* (*coll*, gl. corylus, Sg. 33^b. 38^a) Sg. 38^a. *ilde* (pluralis) Sg. 198^b. *múldae* (gl. mulionicus) Sg. 33^b. *riagolda* (regularis), *nephriagolde* (irregularis) Sg. 31^b. 40^b. *ficul-*

dae (gl. ficulnus) Sg. 35^b. *casaldae* (gl. paenulatus) Sg. 159^a. *inna etaldai* (gl. Italides; i. e. italicae, plur. fem.) Sg. 34^a. *icolchelda* (gl. Colchis) Sg. 32^b. *sicelda* (gl. Lilybaeus; i. e. Siculus) Cr. 39^a. *romoldai* (gl. Romulidae) Sg. 31^b. *inmarcellidai* (gl. Marcelli), *inchornaldai* (gl. Cornelii, Prisc. 2, 6) Sg. 30^b.

D semper fere legitur post N: *geinddae* (= *geinte*, gl. genitilis) Sg. 64^a. *finda* (gl. vinarius) Sg. 35^a. *dóinde* (humanus) Wb. 8^a. 10^a. *imchenda* (gl. anceps) Sg. 14^b. *conde* (caninus) Sg. 95^b. *bróinde* (gl. rosarium) Sg. 35^b. *griende* (solaris) Cr. 32^c. *imscende* (gl. praefectorius), *amúinde* (gl. collarium; mox: *muinæ* et 70^a *muintorc*, gl. torques) Sg. 35^a. *domunde* (mundanus) Wb. 3^d. *medónnda*, *medóndæ* (medius) Sg. 10^a. *rematindae* (gl. antelucanus) Ml. 21^c. *anmande* (gl. animale; i. e. ad animam pertinens) Wb. 13^d. *talmande* (terrestris) Wb. 11^a. *eiscsende* (gl. intensivus) Sg. 221^b. *cenalpande* (gl. cisalpinus) Sg. 217^b. *aniendae* (gl. anienus) Sg. 35^b. *frimaccidóndu* (ad Macedonas) Wb. 16^d. *romándi* (gl. Romani) Sg. 31^b, et sic porro in Sg.: *dardánde* (gl. Dardanus pro Dardanius) 38^b. *introiánda* (gl. Troias), *troiánde* (gl. Teucus), *troiánda* (gl. Iliensis) 32^b. 51^a. 57^a. *sabíndae* (gl. Quiritis pro Quirus, gl. Sabinus) 57^b. *intsabindai* (Sabini) 28^a. *latindí* (latinae, voces) 6^a. *inscip emelendae* .i. *macc emelii* (gl. emilianus scipio pro emelii filius; sic codex), *incæsar octauienda* (gl. Octavianus Caesar) 31^a.

Item *t* post R: *bithgairdái* (gl. semper breves, vocales; = *gairtí*) Sg. 5^a quidem, sed alibi D, ut post M: *húrde* (gl. humanus; i. e. ad humum pertinens, terrenus) Sg. 36^a. *húrda* (gl. viridarium) Sg. 35^b. *birdae* (gl. verutus) Sg. 60^a. *dairde*, *daurde* (gl. quernus) Sg. 33^b. 38^a. *senathardae* (gl. avitus) Sg. 60^a. *bra-tharde* (fraternus) Wb. 5^d. 33^d. *trechatharde* (gl. tripolites) Sg. 38^b. *libarde* (ad librum pertinens) Sg. 1^a. *aimserda* (temporalis) Sg. 32^a. *carmocolórdæ* (gl. carbunculus) Sg. 47^b. *ligordae* (gl. Ligus; i. e. liguricus) Sg. 109^a. *nemde* (coelestis) Wb. fq. *damde* (gl. cervinus) Sg. 37^b.

D tandem etiam post ceteras consonas, ut post vocales. Post vocales: *bíde* (gl. Picenum, gl. Picens; i. e. piceus, e subst. *bí*, *pix*) Sg. 50^b. *beode* (vivus; unde subst. *beothu* Wb.) Sg. 39^a. *treode* (gl. tricuspis) Sg. 67^b. *diáde*, *diáde* (divinus) Wb. 26^a. 27^a. Post consonas simplices: *trabda* (gl. trabeatus, gl. traba vestis)

Sg. 192^b. *arabda* (gl. arabs) Sg. 16^a. *rigda* (regius) Sg. 52^b. *fadde* (gl. faginus) Sg. 33^b. *airegde* (principalis) Wb. 4^c. 25^c. *inscipdae* (gl. Scipionides) Sg. 32^a. *muçde* (gl. suinus) Sg. 37^b. *greçda*, *greçdae*, *greçde* (graecus) Sg. fq. *afraçda* (gl. punicus) Sg. 19^a. 24^a. *inna trosta ileçdi* (gl. iliceaeque trabes) Sg. 33^b. *déthenachde* (gl. hesternus) Sg. 38^a. *marcachde* (gl. equester), *traichtechdae* (gl. pedester), *góithlachde* (gl. paluster) Sg. 54^b. Post consonas cum liquidis connexas, post quas elisio licita est: *marbde* (mortuus, emortuus) Wb. Sg. *tarbde* (gl. taurinus) Sg. 37^b. *imda* (gl. opulentus; = *imbda*, *imbde*, e subst. *imbed*, copia) Sg. 125^a. *nephchorpde* (incorporalis) Sg. 59^b. *torçde* (gl. aprinus) Sg. 37^b. *cercdae* (gl. gallinaceus) Sg. 58^b. Cum *t*, *th* finalibus tamen substantivorum fit *tt*, *t*: *ambrotte* (gl. momentaneum; neutr. cum articulo, e subst. *brot*, momentum) Wb. 15^c. *gutte* (vocalis, e subst. *guth*, vox) Sg. fq. *delb aicnete* (imago naturalis; *aicned*, natura) Wb. 15^b. Addendum videtur *scotae* (gl. violarium; cf. supra *rosta*, *bróinde*, *húrda*) Sg. 35^b.

Ut sit unus hujus formationis conspectus, repono statim huc, quae mox sub IT produci possit, terminationem *-ide* cum servata vocali post vocalem radices productam vel positionem: *niúide* (novus) Wb. fq. *bróinidae* (gl. molaris) Sg. 57^a. *stóride* (materialis) Wb. 2^b. *iúidide* (Judaeus) Wb. 5^a. 10^d. *scipide* (gl. Scipio; supra *scipdae*) Sg. 28^a. *inna fliuchaide* (gl. humidorum) Sg. 73^a. *arsaide* (vetustus) Sg. 75^b. *forbuide* (gl. intensivus) Sg. 221^b. *spirtide* (spiritualis) Wb. fq. *laurentide* (gl. Laurentis), *tiburtide* (gl. Tiburtis) Sg. 57^b. *idbarthide* (gl. immolatitius) Wb. 11^b. *cáirchuide* (gl. ovinus) Sg. 37^b. *dercaide* (gl. rubrenus) Sg. 35^b. *colnide* (carnalis) Wb. fq. *sreibnaide* (gl. membranaceus) Sg. 58^b. *bliadnide* (gl. annotinus) Cr. 43^d. *patnide* (gl. leporinus) Sg. 37^b. *cétnide* (primitivus) Sg. fq. *ingraide* (intelligibilis) Sg. 74^b. *gentlide* (gentilis) Wb. 5^b. *rectide*, *rechtide* (legalis) Wb. fq. *cruithnechtide* (gl. ceritus; a subst. *cruithnecht*, frumentum; non tamen certa est scriptio literarum finalium) Sg. 60^a. In Sg. 15^b. 114^a: *humide*, *humaide* (gl. aeneus), in quo videtur obtinere *-ide* post vocalem correptam radices et consonam simplicem, est pro *humid-de*, *umed-de*, si confertur subst. *ume* (*humae fogrighedar*, gl. cymbalum tinniens, Wb. 12^b, *credume*, gl. aurichalcum, Sg. 170^a), = *umed*, cambr. vet. *emed*, hod. *efydd*.

Exempla, in quibus pro solita *d* (p. 85) scribitur TH, occurrunt quaedam tantum in Wb.: *ni denim gnimu macthi* (non facio actus pueriles; adj. *macthe* e *mac*, filius, puer) 12°. *foirbthe* (firmus; supra *foirbuide*) fq. *irlithe* (obediens), *anirlithe* (inobediens; subst. *airle*, voluntas) 27°. 29^b. Contra sunt *-ithe*, *-the*, *-ithi*, *-thi*, solitae formae participiorum (p. 473).

b) Derivantis T (*d*, *th*) cum vocalibus correptis exempla.

AT apparet in genitivo substantivorum generis masculini, e. gr. *denmada* (gl. factoris) Ml. 27^b, *aitrebthado*, *aitrebthado* (possessoris) Sg. 200^b. 204^a, quae in ceteris casibus *-id*, *-aid*, *thid*, *thaid* offerunt. Unde colligi poterit primitiva formula AT vel ATAT in his et aliis mox sub IT sequentibus. Quam formulam etiam ostendit peregrinum *pecthad* (peccator; pro *peccathad* e *peccad*) Wb. 29^a. Substantiva porro abstracta: *comalnad* (impletio), gen. *comalnatha*. *césad*, *césath* (passio), gen. *césto*. *crochad* (crucifixio), gen. *crochtho* et alia frequentia in Wb. (p. 459). Cum praecedentibus jam derivationibus: *didnad*, *dithnad* (salus) Wb. 12^b. 14^b, gen. *dithnatha* Wb. 14^b. *torbanad* (utilitas) Wb. 17^a. *sráthatath* (gl. aculeus) Sg. 47^a. Sunt etiam neutra in *-ad*, gen. *id* (p. 249. 250): *uathad*, *uathath* (singularitas, singularis), *derbad* (certitudo), *biad* (victus).

ET in subst. gen. neutr. *dliged* (lex), gen. *-id*, pl. *-etha* Wb. Sg. Alia ejusmodi: *imned* (tribulatio), plur. *imnetha* Wb. fq. *imbed* (gl. copia, gl. ops) Sg. 125^a. *hállned* (gl. illuvies) Sg. 55^b. *aicned* (natura) Wb., gen. *-id* (p. 250); sed *oipred* (opus), gen. *oipretho* Wb. 1^b. 3°. Porro *nemed* (gl. sacellum; gall. vet. *nemet*, p. 11) Sg. 13^b. 48^b. De *-rad*, *-red*, quae videri possint formulae derivationis, infra dicetur in capite de compositione.

IT in substantivis generis masculini: *fisid*, *fissith* (gl. sophista, gl. catus) Sg. 15^b. 52^a. *diglaid* (gl. ultor) Ml. 27^a. *nueithicid* (gl. neophytus; i. e. novus advena) Wb. 28^b. *cóisid* (gl. accusativus seu causativus) Sg. 77^a. *sércaid*, *sercid* (gl. amans; i. e. amator) Sg. 124^b. 188^b. *rechttáircid* (gl. legislator) Sg. 44^a. *esrechtaid* (gl. exlex) Sg. 113^b.

Eadem simplex *-id*, *-aid* post derivantem *t*, *cht* accedit nū mutans: *fortachtid* (gl. fautor) Sg. 8^b. *fortachtidi* (auxiliatores; *fortacht*, auxilium, e *fortiagu*, adjuvo) Wb. 12^b. *diachtid* (gl. consultor) Ml. 19^a. *tórmachtaid* (gl. auctor; *tórmacht*, augmen-

tum) Sg. 65^a. *coimthechtid* (gl. comes; *imthecht*, *coimthecht*, consuetudo, societas) Sg. 66^a. *tudraichthid* (gl. pelignus; i. e. pellicens; leg. *-tid*?) Sg. 38^b. *tudrachtsaid* (gl. pellex; *tudracht*, cupiditas) Sg. 60^b. 68^b.

Liquidæ derivantes finales ad accedentem eandem elisa sua vocali junguntur: *medóntairismid* (gl. mediastinus) Sg. 37^b. *bante-rismid* (gl. obstetrix; *tairismid*, obstator, e *tairissem*) Sg. 69^a. *athiroircnid*. *tuistidoircnid* (gl. parricida), *setharioircnid* (gl. sororicida; *orcun*, caesio) Sg. 12^b. 13^a. *donaið essoircnidib* (gl. plagiarius) Wb. 28^a. Quibus addendum est *cotarsnid* (gl. satanas; adj. *cotarsne*, contrarius) Wb. 25^a. Juncta *l* in cumulata derivatione: *cétlaid* (cantor: *erochairchétlaid*, gl. tibicen) Sg. 12^b. *tair-cetlid* (gl. sagax; *taircetal*, e verb. *doaurchanaim*, gl. sagio) Sg. 60^b. *forcetlid*, *forcitlid*, *forcillaid* (praeceptor; *forcital*, e *forca-nim*, praecipio) Wb. fq.

Frequentissima est formula duplicis derivationis ITIT (*-ithid*, *-tid*, *-thid*, *-thith*, cujus prior tenuis e terminatione *-id* vel etiam *-ad*, *-ed*, *-ud* substantivi vel verbi orta videtur): *élnithid* (gl. violator) Sg. 69^a. *comascnidaid* (gl. compos) Sg. 105^b. *irchoiltith* (gl. maledicus) Wb. 9^b. *lintidi* (gl. fartoies) Sg. 186^b. *múntith* (gl. eruditor) Wb. 1^a. *ingrentid* (persecutor) Wb. 18^d. *esartaid* (gl. caesar; i. e. qui caedit, = *esarcthid*) Sg. 50^a. *gnéthid* (gl. operarius) Wb. 30^b. *crithid* (gl. emax) Sg. 60^b. *fognamthidi* (ministri) Wb. 8^c. *foglimthidi* (discipuli) Wb. 13^a. *forngarthaid* (imperativus) Sg. 147^b. *eperthith* (gl. lelex, i. e. locutor) Pr. Cr. 48^a. *húnaib aibrethidib* (ab habitatoribus) Sg. 32^b. *óigthidi* (gl. sartores) Sg. 186^b. *indilegthith* (gl. exterminator) Cr. 43^b. *berrthaid* (gl. tonsor) Sg. 54^b. *doilbihid* (figulus) Wb. 4^c. De affinitate vocalis huius derivationis cum *a* videsis sub AT et p. 9.

Abstracta substantiva (cf. p. 460): *debuid*, *debuith* (disceptatio; = *debith*?), dat. plur. *debthib* Wb. 6^b. 10^a. 30^b. *tasgid*, *toschid* (necessarius victus; cf. Tasgetius Caes.) Wb. 10^d. 29^a.

Adjectivorum derivatorum in *-ide*, *-ithe*, *-the*, *-de*, quorum vocali priori non sola *i* subest, sed etiam aliae, exempla jam enumerata sunt (sub *a*).

OT alternans cum sequente: *diltod* (scandalum; alibi *diltud*) Wb. 1^d. 5^b. *dilgotho* (remissionis; al. *dilgutha*) Wb. 2^c. In cu-

mulata *-igod*, *-ogod*, pro *-igud*, *-ugud*, etiam: *do immdogod forgnuso* (gl. significantiae causa, i. e. ad augendam significationem), *comadasogod* (accommodatio) Sg. 216^a. 217^a.

UT frequens in substantivis verbalibus generis masculini. Cum articulo: *intatárcud fil hisui* (gl. relatio enim etc., praecedit: cum sit relativum sui; i. e. relatio, quae est in sui) Sg. 200^a. Alia exempla: *comthóud*, *comthoud* (immutatio) Sg. 23^a. 23^b. *imchlóud*, *imchloud* (inversio) Sg. 31^b. 62^a. *dilgud* (remissio; — *dilug-ud*), gen. *dilgutha* Wb. 14^d. 18^b. *diltud*, *diltuth* (offensio, offendiculum) Wb. 6^c. 10^c. 13^b. *soíbud* (falsatio) Wb. 10^d. *imrádud* (cogitatio) Wb. fq. *dolbud* (figmentum) Wb. 4^c. *ersolgud* (gl. rictus) Sg. 107^a. *tuasulcud* (resolutio) Sg. 74^b. *do loscud* (ad combustionem, ad comburendum; cf. Sg. 180^b *loiscdib*, gl. essis) Wb. 10^d. Nescio, an huc etiam pertineant *hirud* (gl. margo) Sg. 52^a. *cétbud*, *cétbuid*, gen. *cétbutho* (consensus) Wb. Sg. fq.

Nec minus frequens *-iud*. Cum articulo: *ishe dim intærchoiliud* (est hoc ergo decretum; praecedit bis dat. *dondærchoiliud*, *dunderchoiliud asrochoilsem*, gl. decreto; in Sg. 27^b. 188^a: *herchoiliuth*, *herchoiliud*, definitio) Ml. 22^c. Alia exempla: *tóiniud* (gl. discessio) Wb. 26^a. *derchóiniud* (gl. abundantior tristitia) Wb. 14^d. 15^d. *ætiud*, *etiuth* (vestitus) Wb. 10^d. 29^a. *airmtiud* (gl. cuspis) Sg. 67^b. *arilliud*, *airilliud* (meritum) Wb. fq. *cinniud*, *cinniuth* (definitio) Sg. fq.

Addenda his derivatio duplex substantivorum generis masc. (p. 254) verbalium *-igud*, *-ugud*, *-ogod* (gen. *-igtho*, *-igthea*, p. 10. 255) e verbis denominativis in *-igim*, *-igur* (p. 756): *ailigud* (alternatio) Sg. 59^a. *aithisigud* (impugnatio; *aith-ess*) Wb. 28^a. *semigud* (attenuatio) Sg. 9^a. *suidigud*, *suidiguth*, *comsuidigud* (positio, compositio) Wb. Sg. fq. *óinugud* (unio) Wb. 21^c. *imthrenugud* (confirmatio) Wb. 18^c. 24^c. *affasugud* (evacuatio) Wb. 19^c. *cathugud* (impugnatio) Wb. 22^a. *ménogud* (dissonantia) Sg. 40^b. *tossogod* (inceptio) Wb. 24^a. Eadem formulae post consonas alias derivantes: *airdegnúsigud* (gl. significatio; *airde*, signum, rad. *gné* p. 31) Sg. 77^a. *foilsigud* (manifestatio) Wb. Sg. *demnigud*, *deimntgud* (comprobatio) Wb. 13^b. 23^a. 30^a. *firianugud* (justificatio) Wb. fq.

c) Derivans T post productam vocalem vel diphthongum servata apparet in subst. *umaldóit*, *humaldóit* (humilitas, p. 744 sub

ÁR), quod peregrinum quidem videtur totum, cujus derivatio tamen sociam habet etiam cambr. *-dawt* (= *-tát*) non infrequentem.

d) Derivationis connexae NT, cujus *n* perit hibernice (p. 52. 79), exstant plura exempla, praesertim accedentis cum vocalibus *a* et *i*.

ANT in substantivis: *bélat* (gl. compitum) Sg. 24^a. *drochat* (gl. pons) Sg. 46^b.

In adjectivis: *dúnatae* (= *dúnate*, gl. castrensis) Sg. 57^a. *arsate* (gl. antiquarius; cf. *arside*, vetustus, *arsidetu*, vetustas) Sg. 218^b. *arsata* (gl. authentica, vetustas) Sg. 65^a. *arsatið* (gl. nobilissimis ac authenticis, libris) Cr. 37^b. Inter alias derivationes: *tecnate* (gl. domesticus) Wb. 7^b. *slabratae* (gl. catinensis; praecedit *slabrad*, gl. catena) Sg. 57^a.

Refero huc substantiva masculina desinentia in *-atu* et *-etu* abstracta ex adjectivis derivata ordinis declinationis posterioris et seriei quartae, ratione non habita terminationis *u*, quae quamvis sit orta ex *-id*, *-ud* et derivans, magis tamen flexioni inservit. Accedit utraque derivatio vel ad nudam vocem vel ad jam derivatam: *dánatu* (audacia, ex adj. *dán*?) Sg. 90^a. *torbatu* (utilitas) Wb. 12^d. Sg. 193^a. *dommetu* (paupertas) Camarac., ex adj. *torbe* (utilis), *domme* (inops). Ita etiam ex adjectivis *cotarene* (contrarius) Wb. Sg., *tecnate* (gl. domesticus) Wb. 7^b et *uasal* (altus) fq. sunt *cotarsnatu* (oppositio) Sg. 29^b. *tecnatatu* (gl. familiaritas) Ml. 22^a. 28^b et *huasletu* (gl. apex) Sg. 16^a. Et substantivo *coimsetu* (parsimonia) Wb. 29^b supponendum adj. *cóimise*, *cóimse* (parcus; cf. Wb. 4^b: *nipo chóim less frinn*, gl. proprio filio non pepercit).

Frequentissime autem haec derivatio fit ex adjectivis vel participiis terminatis in *-ide*, *-te*, *-de*, *-the*.

Exempla formulae *-idatu*: *fiuchaidatu* (humiditas; adj. *fiuchaide*, gl. humidus, Cr. 34^b. Sg. 73^a) Cr. 18^c. *randdatu* (= *ranlatu*), *ranndatu*, *randatu* (partialitas; adj. *rannte*, *rante*) Sg. 27^a. 203^b. *béstatu* (moralitas; *béste*, moralis) Wb. 12^d. *treodatu* (trinitas; adj. *treode*, p. 764) Wb. 26^a. *ildatu* (pluralitas) Sg. 198^b. *locdatu* (localitas) Sg. 217^b. *crichdatu* (gl. finitum) Sg. 148^b. *ecrichdatu* (gl. infinitivum) Sg. 30^a. *armthatu* (gl. armatura) Sg. 50^b. *corpthatu* (corporalitas) Wb. 15^b. Perhibendum est inversione terminationis *-ar* ortum *máthrathatu* (gl. matrimonium) Sg.

53^b, pro *máthardatu*, ex adj. *mátharde* formato ut *atharde* (paternus), *brátharde* (fraternus); item porro ortum *æicentatu* (gl. necessitas) Wb. 25^a ex adj. *ecente* formato ex subst. adj. *écen* (necessitas, necessarius).

- *idetu ailidetu* (alternitas) Sg. 38^a. 59^a. 60^b. *uilidetu* (universitas) Wb. 27^b. *arsidetu* (antiquitas; adj. *arside*) Sg. 205^b. *immaircidetu* (convenientia) Sg. 213^b. *toimsidetu* (mensuratio? *fri toimsidetaid metair*, gl. in metro necesse est) Sg. 25^b. *taschidetu* (necessitas) Wb. 23^b. *fogbaidetu* (usus; pro *fogabihetu*) Wb. 9^d. *congabhthu* (continentia) Wb. 9^d. *saichdetu* (consequentia) Sg. 149^b. 214^b. *formúichdetu* (occultatio) Sg. 9^b. *foirbthetu* (firmitas; adj. *foirbthe*) Wb. fq.

INT in substantivis: *méit*, *meit* (magnitudo; gen. *méie*, fem.), *lagait* (parvitas: *hi meit 7 lagait*) Sg. 26^a. *lethit* (latitudo: *indasian .i. imbucai l. lethit*, gl. in altitudinem, latitudinem) Sg. 3^b. *shiasit*, *shiasit* (gl. poples, gl. femem) Sg. 66^b. 101^b. Forsan etiam in quibusdam substantivorum finitorum in *-itiu*, e. gr. in *foisitiu* (confessio).

In adjectivis: *carit* (amicus) Wb. 30^b. 32^a. *escarit* (inimicus) Wb. 30^b. *namait* (inimicus) Wb. 32^c, *inbannamit* (gl. hostem occupat amplexu, Stat. ap. Prisc. 5, 5; i. e. hostem feminam) Sg. 67^a. *traig cethargarait* (gl. proceusmaticum, posuit; i. e. pedem quater brevem; *gair*, *gairdde*, brevis) Sg. 7^b. Haec formula non inficiens vocalem radicis orta videtur ex ANTI (ut *i* in adj. *-ide*, subst. *-thid* ex *a*), si comparantur vetusta nomina Carantius, Carantia (p. 759). Fortasse addenda sunt: *intursitiib* (gl. inriguis, aquis) Ml. 15^b. *tursitnech* (gl. irriguus) Sg. 24^a.

ST derivantis exempla hibernica non occurrunt, sed plurima CT praemittentis vocales *a* vel *e* et formantis substantiva abstracta generis femini e nominibus vel simplicibus vel jam derivatis vel etiam e verbis.

ACT: *deact*, *deacht* (deitas) Wb. fq. *dóinacht* (humanitas) Wb. 13^c. *apstalact*, *apstalacht* (apostolatus) Wb. 7^b. 14^b. 26^c. E nominibus jam derivatis: *noidenacht* (infantia) Wb. 24^d. *greddacht* (gl. hellenismus) Pr. Cr. 51^a. *deoladacht* (gratia) Wb. 2^b. *óigedacht* (hospitium) Wb. 26^b. *filedacht* (poësis) Sg. 213^a. *bídamnacht* (culpa, status ejus qui reus, inculpatus est) Wb. 1^d. *flaithemnacht*, *flathemnacht* (dignitas, gloria, status domini) Wb. 26^c. 30^b. Sg.

2^a. *brithemnacht, brithemnacht* (judicium) Wb. fq. Oritur in quibusdam accedente *t* ad deriv. *-ang, -ac*, ut in *cumacht* (potentia), *dúthracht* (voluntas), fortasse et in *dásacht* (insania) Wb. 9^b. 28^a (cf. p. 447. 757. 776. 779).

ECT: *doinect, dóinecht* (humanitas; frequentius quam *dóinacht*) Wb. *timthirect, timtherecht, timthrecht* (ministerium; = *do-im-thir-echt*) Wb. 5^d. 13^b. *airchissecht* (conniventia, clementia; verb. in Wb. 4^c: *airchissi, arcessi*, clemens est, deus) Wb. 4^c. 14^a. *honderchissecht* (gl. propitiatione) Ml. 32^d. *tuidecht, frituidecht* (oppositio; = *dósuidecht*) Wb. Sg. *foátsecht, foetsecht* (subintellectio) Sg. 27^b. 69^a. Ex jam derivatis: *cruihnecht* (frumentum) Sg. 35^a. 66^b. *tectairecht, techtairecht* (dispensatorium, munus dispensatoris, inspectoris) Wb. 10^a. 13^b. 15^a. *brecairecht* (gl. astutia) Wb. 15^b. *sercaidechtae* (gen., gl. artis amatoriae) Sg. 63^b. *sáirdénmidecht* (gl. artificium) Sg. 139^b. *mo forcillaidechtaese* (gl. magisterii mei, perfectio) Ml. 17^d.

C derivans in nominibus vetustis gallicis. a) Accedens ad radicem cum vocalibus correptis. AC in quibusdam procul dubio fuerit correpta, e. gr. in Rauraci (Raurici Plin. Ptol.) Caes., *Ῥαυρα* (fluv. Brit.; cf. *Ῥοβορα* infra) Ptol. Caeracates (cf. hibern. vet. *cáirchuide*, gl. ovinus, e *cáir, cáirach*, ovis) Tacit. Hist. 4, 70, forsán in pluribus: *Κορραχόν* (oppid. Pannon.; cf. Cornaco in pago Matascense, Renov. test. Abbonis circ. a. 805, Mabill. dipl. p. 508) Ptol. *Σεοῦαρες* (pop. Noric.) Ptol. Levaci Caes. Sed discernendae formulae productae *ÂC, ÎÂC* frequentissimae, de quibus mox dicetur. EC: Turecum (nomen vetustum civitatis Helvet.; cf. Turecionicum, Allobrog. loc., in Tab. P.) Inscript. IC: Casticus (Sequanus) Caes. Aremorici, Armorici, Arecomici Caes. Raurici Plin. Ptol. Baurica Inscript. Orell. 432. 590. Urbicus (nom. viri, cf. Urbigenus pag. Caes.) Inscript. Orell. 459. 4018. Stein. 42. Helico (ex Helvetiis civis) Plin. 12, 1. Divico Caes. Bellicius (nom. viri) Inscript. Orell. 497. 2776. Argicius Anson. parent. 4. Cuticiacum, Cuticiacense praedium (supponendum nomen viri Cuticius) Sidon. epist. 3, 1. Riticius (episc. Augustodun.) Greg. Tur. de gl. conf. c. 75. In derivatione cumulata: Vindelici Horat. Avaricum Caes. Itin. Ant. Autricum Ptol. Tab. P. (oppida

Galliae nominata a fluviis Avara, Autara, hod. Evre, Eure). Agedicum Caes. Minaticum (Gall. loc.) Itin. Ant. Aventicum (Helvet. caput) Tac. OC: Ὀβόνα (fluv. Hibern.) Ptol. Durocobrivis (Britann. loc., i. e. pons Durocae; cf. Samarobriua Caes.) Itin. Ant. Bibroci Caes. UC: ταυροίχ (herba gladiatoria Gallis) Dioscor. 4, 99. Sunuci, Aduatuci (pop. belg.) Plin. Caes. Sparucus (Tribucus) Inscript. Orell. 3408. Banuca (nom. fem.) Orell. 4900. Rasuco Orell. 2775. Visucius (deus) Inscript. Orell. 2067. Stein. 63. 131.

δ) Cum vocalibus productis. Frequentissimae sunt formulae derivantes *ÂC*, *IÂC*, jam statuendae in gallicis nominibus virorum: Galgacus Tac. Dumnacus Caes. Neptacus, Nepitacus Inscript. Orell. 4595. Magiacus Orell. 4900. Divitiacus, Valetiacus Caes., ad quae accedit nomen populi Segontiaci Caes. Est enim nomen obvium in inscriptione vetusta Caratacus (cf. Caratacus Tac.) adhuc apud populos britannicos medii aevi valde vulgatum et cum vocali producta finientis derivationis prolatum (p. 6. 96. 110. 112). Et concordat nomen Benâcus, vix non gallicae originis, apud veteres poëtas (p. 18).

Passim occurrunt eadem formulae cum terminatione generis neutrius in nominibus locorum gallicis tam ex aetate Romanorum quam e recentiore. Subesse his nomina virorum villas, vicos, oppida condentium vel possidentium (eodem modo ut nominibus locorum germanicis in *-inga*, *-ingum* item frequentissimis), jam patet e vetustioribus quibusdam: Turnacum (hod. Tournay; Turnus, nom. viri in Sidon. epist. 4, 24), Nemetacum (loc. belg.; cf. virorum nomina *Nimet*, *Nemet* p. 100. 102) Tab. Peut. Itin. Ant. Avitacum (praedium Aviti) Sidon. epist. 2, 2. Brennacum (Brennus, nomen gallicum notissimum) Greg. Tur. 4, 22. 47. 5, 35. Fredeg. 55. Juliacum, Tiberiacum (inter Rhenum et Mosam; Julius, Tiberius) Itin. Abudiacum (Raetiae loc.; Abudius Tac.) Itin. Catusiacum (loc. belg.; cf. Catuso in inscript., p. 725) Itin. Ant. Solimariacum (loc. ad Mosam supremam; cf. Solimari fil. Inscript. Stein. 324) Itin. Ant. Possint eadem et reduci interdum ad deorum vel dearum nomina, e. gr. hoc ipsum Solimariacum ad Solimaram, cujus aedis fit mentio in inscriptione ap. Orell. 2050, Magontiacum, Mogontiacum ad deum Mogontem (deo Mogonti, Inscript. britann.) Orell. 2026, ut Aventicum ad deam Aventiam (Justitiam? cf. p. 97). Sed annon etiam hoc a fluvio, ut Avaricum,

Autricum? Et cavendum utique, cum non dubium sit, Gallos nomina demum non solum oppidorum, sed etiam silvarum in personas deorum vel dearum tuentium transformasse, ut docent inscriptiones iis sacrae: deo Nemauso Orell. 2032. 2033, Luxovio 2024, Vesonti 2064, Vosego 2072; deae Bibracti Orell. 1973, Celebiae 1982, Noreie 2034. 2035, Ardoinne 1960, Abnobaë 1986.

Alia quaedam e chartis vel libris medii aevi, praebentia *-idc*: villa Martiniacensis (Martigny, prope Turon.: "in qua celebre ferebatur saepius orasse Martinum") Greg. Tur. de gl. conf. c. 8. "Prisciaco in pago Camiliacense. villa Lubariaco. Camiliaco vico publico" (Priscus, Lubarus, Camulus) chart. a. 690 ap. Mabill. dipl. p. 472. "in loca nuncupantis Childriciacas. jam dicta loca Childriciagas" (Childericus) chart. a. 709, Mabill. p. 482. Flaviaco, Festiniaco, Aureliaco, Pauliniacus in chart. a. 832. 884. 960 ap. Mabill. p. 520. 550. 572. Propiciacus, Pompeiacus. in vico Brenniaco Act. SS. Mabill. saec. 1, 679. 680. Sedatiacum (nom. person. Sedatius, Sedatia, p. 758), Germaniacum, Epponiacus, Pauliacus etc. in Act. SS. Boll. Jul. 1, 112. 6, 599. 7, 256 sq. "locus qui a Corbone viro inclyto Corboniacus dicitur" Act. Mabill. saec. 4. 2, 241.

Regionum nomina ejusdem derivationis inter vetusta non apparent; sed etiam in his eundem usum celticum comprobat cambricum nomen regionis *Brecheniauc*, "regio Brachani" Lib. Land. (p. 97), de qua etiam refert codex Cotton. (qui continet Vocab.) p. 10^b: *Brecheniauc* primum a Brachano nomen accepit. Idemque post alia dicta de hoc viro: sepulchrum Brachan est in insula quae vocatur *enysbrachan* quae est juxta Manniam. Patet etiam ex hoc nomine cambrico viri nomen subjacens, simulque formula *-dc* vel *-idc*, eadem ac cambr. *-auc*, *-iauo*, hibern. *-ach*, *-ech*, inserviens praecipue derivationi adjectivorum (p. 20. 83. 110).

c) Geminata C in nominibus gallicis. ACC: "in Mamaccis" in chart. ap. Mabill. dipl. p. 404. ICC: Senicco Inscript. Murat. 1402, 5. Maricca Grut. 879, 10. UCC: Abucci, Abucciae Inscript. Murat. 1515, 2. Sunducca Murat. 1402, 5.

d) Connexae C derivantis frequentiores formulae sunt NC, SC, minus frequentes RC, LC in nominibus vetustis.

ANC: *Καρούαγχα* (mons Alpium oriental., mons Ciruencus in chartis, Juvav. p. 201. 204. 236. 243) Ptol. Caranco (loc.) Mar-

tène 2, 23. praedium Marancum Boll. Sept. 1, 701. "in fluviolo Brivancia" Baluz. 2, 1516. In cumulata derivatione: apud Belsonancum villam (quae in medio "Ardoennensis silvae sita est") Greg. Tur. 8, 21. ENC alternans cum sequente: "in pago uua-pencense", chart. circ. a. 805, ap. Mabill. p. 508. Donencum, Donincum (Picard.) Vales. INC: arinca ("Gallarum propria", frumenti genus) Plin. 18, 8. Reginca (Gall. occ.), Lemincum (Allobrog.), Vapincum (Alp. marit.) Tab. P. "vicus cui nomen Bovinca" Boll. Mai. 2, 654. Bodincomagus (Ital. sup.) Plin. Tab. P.* Aquincum, Acincum (Pannon.) Ptol. Itin. Amm. Aquincus (nom. viri) Inscript. Grut. 902, 5. Pervincus, Pervinca (nom. personar.) Inscript. Orell. 494. 3484. Pervincius (cf. Pervianus Stein. 544) Stein. 306. In cumulata derivatione: Jovincillus Inscript. Murat. 1353, 6. Asincum, Alisincum (cf. Alisontia, Aliso et germ. *elira*, slav. *olsza*, alnus) Itin. Ant. Durotincum (Alp. marit.) Tab. P. Aldrincus (loc.) Act. SS. Mabill. saec. 1, 690. Bezerinca (loc.) Boll. Sept. 8, 179. UNC: Uruncis (loc. circa Rhen. superior.), Burunca (ad Rhen. inferior.) Itin. Ant. Quaeritur, utrum sit variatio tantum scriptionis ejusdem derivationis, an diversa omnino origo (e -C-N) in formula CN: *Οὐεννίκυιοι, Οὐεννίκυιον (ἄρχον, pop., promont. Hibern.)* Ptol. *Μουσαυος Ἀρτικνον* Inscript. Murat. 643. Gobannilno (leg. -icno) Murat. 1384, 4. deo Taranucno (al. Taranuco) Inscript. Orell. 2055. 2056. 2057.

ARC: Isarci (pop. raet. ad fluvium Isarcum) Plin. emarcus (vitis genus, vox gallica) Colum. ERC: Auleri Caes. Plin. Mamericus (nom. viri) Sidon. epist. 5, 2. 5, 14. 7, 1. "in Solerciaco" Mabill. dipl. p. 606. Luperciacum (quibus subsunt nomina viro- rum Solercus, Lupercus; cf. Solovettius Liv. Lupodunum Auson.) Polypt. S. Irminonis p. 290. Bitercium, chart. a. 893 ap. Mabill. p. 557. URC: Cadurci Caes. Plin. Namurcum (hod. Namur) Boll. Mai. 2, 651. Camburciacum (a nom. viri Cambureus) Polypt. S. Irmin. p. 271.

LC quaeritur an derivans sit in his: Bodalca, Rodalca (loc. in pag. Tellau, Vimnau) dipl. a. 775 ap. Mabill. p. 498, atque

* Nomen gallicum procul dubio. Sed Plin. 3, 16: "pudet a Graecis Italiae rationem mutuari. Metrodorus tamen Sceptius dicit, . . . Ligurum linguam annem (Padum) *Bodincum* vocari, quod significet fundo carentem." Nomen liguricum forsan ad Gallos in Italia transgressum.

in nomine Chabilci apud Avienum, non diverso, ut videtur, a nomine *Καλούκωνες*, *Καούλκοι* apud Strab. et Ptol., num gallico an germanico?

ASC: "in pago Violascensi" Sidon. epist. 2, 14. Alia exempla, sed interdum, ut videtur, e sequentibus formulis transsumta in Testamento Abbonis, renovato circa a. 805, ap. Mabill. dipl. p. 507. 508. 509: Cravasca, Bicorasco, Basciasco, Aebasciaco (nomina locorum circa Alpes maritimas). Ibidem: "in pago Matascense Cornaco. Doliana in pago Vendascino. in valle Diubiasca infra fines Langobardorum". ESC: civitas Carpentoractensis nunc Vindesca Libell. provinc. Rom. in Eutrop. ed. Haverkamp. "ad villam Seanescum" Act. SS. Mabill. saec. 3, 2, 423. ISC frequentior ceteris in nominibus virorum et populorum: Vertiscus Caes. Taurisci, Scordisci (gentes gallicae) Plin. *Οὐίβλακοι* (cf. Vibius Inscr. Orell. 2060) Ptol. Ubisci Plin. Vivisca gens Auson. Mosell. 438. Eravisci, Aravisci (Pannon. pop., ad fluv. Arabonem?) Plin. Tac. Erminiscius Auson. parent. 21. In nominibus locorum: Viviscum (loc. ad lac. Lemann.) Tab. P.; cum aliis derivationibus antecedentibus vel sequentibus: Isinisca (loc. Vindellic.), Petenisca (loc. Helvet.) Tab. P. Matisco, Matiscone (hod. Macon) Caes. Tab. P. Laviscone (Allobrog.) Tab. P. "monasterium quod Condatiscone vocitari voluerunt" Greg. Tur. Vit. patr. c. 1. Condatisco monast. (cf. Condatomagus, Gall. merid., et Condate, Gall. sept., in Itin.) Boll. Febr. 3, 741. 745. "ad montis perfugium Latisconi" Boll. Jul. 7, 70. E chartis medii aevi: Terniscus (episc.) a. 678, Teuriscus (judex) a. 853 ap. Mabill. p. 469. 531. Galisco, Attanisco (nom. locor.) in renov. test. Abbonis ap. Mabill. p. 509. Matriscum a. 884, Seniscum a. 960 ap. Mabill. p. 551. 572. OSC fortasse e sequente formula in memorato test. Abbonis: "in Nanosces. de Bonnosco. super Bricoscis. colonica ubi dicitur Albariosco. de Lavarnosco. Craviosco (supra Cravasca). Cattorosco. ubi dicitur Riaciosco. ad Lavariosco. in pago Segusterrico Lavariosco", ap. Mabill. p. 508. 509. 510. USC: Rugusci (pop. alpin.) Plin. Ptol. Caranusca (loc. Gall., prope Mediomatr.) Tab. P. "in valle Venusca" Baluz. 2, p. 1458.

Hibernica C derivans, quae infectione fieri solet CH. a) Accedentis ad radicem vel derivationem praecedentem non intermedia vocali secundum regulas elisionis non tam copiosa sunt exempla, quam *t* (*d*, *th*) accedentis, et plura jam supra enumerata (p. 83. 84). Quibus hic addenda est formula *-iche*, *-che* in substantivis femininis: *hiresche* (fides, fidelitas) Wb. 32^a. *ingresche* (gl. instantia) Wb. 22^d. *roithinche* (gl. hilaritas) Wb. 5^d. *galarche* (aegritudo) Wb. 29^a. Accedit *ch* eodem modo tam in derivatione cummulata: *senchassa* (statuta), *cáirchuide* (gl. ovinus) Wb. Sg., quam in derivationibus *-ach*, *-ech* etc., si accedit flexio: *sualchi* (benefacta) Wb. *do hireschaib* (fidelibus), *amiresschu* (infideles, acc.) Wb. 4^b. 9^c. *inmedóncha* (intestina) Wb. 12^b. *diltadchu* (gl. negatores) Ml. 20^a.

Ortae ex *-nc*, ut *t* accedentis ex *-nt*, exempla adduci possint *cumcamni* (possumus, valemus) Wb. 4^a, *ni cumcat* (non possunt) Sg. 198^a, e *cumacc*, *cumanc*, *cumang*.

b) Accedens cum vocalibus correptis. AC frequentissima derivans adjectiva e substantivis, sequens accedente terminatione regulam elisionis vocalium. Cum elidantur autem etiam productae, mirum esse non debet, multum usitatam derivationem hanc, quae apud veteres poetas et adhuc in dialectis britannicis invenitur producta, hibernice defecisse in correptam (cf. p. 18. 20. 33. 110. 111).

Adjectiva e substantivis nudis: *iresdach*, *amiressach* (fidelis, infidelis; subst. *air-ess*) Wb. fq. *berach* (gl. verutus) Sg. 60^a. *bennach* (gl. cornutus) Sg. 60^a. *sántach* (gl. cupidus; i. e. avarus, subst. *sant*) Wb. 28^b. *cnocach* (gl. gibberosus) Sg. 22^a. *corpach* (gl. corpulentus) Sg. 125^a. *marcach* (gl. equester) Sg. 50^a.

Adjectiva e substantivis derivatis in *-tiu*: *létenach* (gl. audax) Sg. 50^b. *caintoimtenach* (bene cogitans) Ml. 31^b. *tuistenach* (genitivus) Sg. 77^a. Adde *dedenach* (finalis, ultimus) Wb. 13^d. 14^d. *toltanach* (gl. beneplacitus) Wb. 22^b, e subst. *dead*, finis, *tol*, voluntas.

Derivans eadem formula cum *t* substantivi: *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41^d, e subst. *forbart*, ut *edbart* (p. 762). E substantivis terminatis in *-ad*, *-ed*, *-id* etc. prodeuntia: *dilgadach* (gl. indulgens) Sg. 39^b. *dilledach* (declinabilis) Sg. 65^a.

bathach (gl. moribundus) Sg. 59^a. *digabhach* (deminutivus), *im-gabhach* (gl. vitabundus) Sg. 45^b. 59^a. *aitrebhacha* (possessiva) Sg. 77^a. *debthach* (schismaticus, dissidens; subst. *debuid*) Wb. 11^a. *ipihach* (gl. maledicus) Wb. 9^b. *pechthach* (peccans, peccato deditus) Wb. fq. Videntur tamen subesse quibusdam participia.

Derivatio *-achtach*: *cumachtach* (potens) Wb. Sg. *dásachtach* (insanus) Wb. 19^b. 28^a.

Non infrequens eadem formula in nominibus vel cognominibus virorum: *Conru Cathbhudhach*; *Cathbhudach* autem dicebatur eo quod in bellis erat triumphator (subst. *buáid*, brabeum, victoria, p. 27. 18) Vita S. Declani, Boll. Jul. 5, 594. *Bronach* est nomen meum, quod latine dicitur tristis (*brón*, moeror, Wb. fq.) Vita S. Mochoemoci, Boll. Mart. 2, 283. E chronicis hibernicis ap. O'Con.: *Congalach* Ann. Ult. 4, 232. *Dungalach* Tigern. 2, 258. *Baethgalach* IV magistr. 3, 252. *Berach* Tigern. 2, 205. *Cuanach* Tigern. 195. 240. *Dluthach* Tigern. 226. *Calgach* IV mag. 628. *Maolcalggach* IV mag. 198. *Maoldomhnach* (adj. *maol*, nudus, calvus, cambr. *moel*; cf. *máil* in n. pr. *Maile-dún* p. 30, not.) ibid. 419. *Eachmarcach* Tigern. 286. 293. *Airectach*, *Airechtach* 256. *Indrechtach* 223. *Robartach*, *Flaithbertach* Tigern. 235. 256. *Cumascach*, *Ceallach* Tigern. 192. 195. *Cathusach* Ann. Ult. 4, 273. *Gebennach* Ann. Inisf. 2, 35.

Sunt etiam substantiva ejusdem terminationis, plurima adjectiva primitus, ut videtur: *iarthuaiscerddach* (gl. etesiarum, flatu; i. e. occidentalium septentrionalium ventorum, cf. *tuais-cert*, p. 566, not.) Cr. 37^b. *ilach* (gl. paeon) Pr. Cr. 43^a. *étach*, *éitach*, *éitach* (vestitus; cf. *étiud*, id.) Wb. fq. *dristenach* (gl. dumetum) Sg. 53^a. *tossach* (initium) Wb. Sg. fq. *caullach* (gl. porcus; cf. *cáirach*, ovis, p. 275?) Sg. 66^b. *lemnach* (gl. mulsum) Sg. 73^a. *tudrach* (gl. irritamen) Sg. 54^a. *fochrach* (mercenarius: *atrebat ní triatimdirecht am. atreba infochrach afochraicc*, gl. marg. ab officiis -arius; i. e. habent aliquid per officium suum, ut habet mercenarius mercedem suam) Sg. 35^a. *sálohuach* (gl. salinator; additur: *salina* .i. *no. lube 7 salinator hiud*) Sg. 100^b. *bandachlach* (gl. leno) Sg. 52^a. *étradach* (gl. prostibulum) Sg. 53^a. *gésachtach* (gl. pavo) Sg. 8^b. Sed cavendum saepe, ne radix habeatur pro derivatione: *cumtach* (aedificatio, structura, gl. fabrica; *cum-tach*?) Wb. 8^c. 13^a. 21^c. 28^b. Sg. 36^a. 209^b. *ellach*

(conjunctio) Wb. fq. De *-lach* finali substantivorum infra dicitur in capite de compositione.

De verbis denominativis terminatis in *-igim*, *-igur*, *-ugur*, quae ex hac et sequente derivatione progressa videri possint, jam supra disputatum est (p. 756).

EC item plurima adjectiva format e substantivis: *airech* (primus, anterior; subst. *air*, locus anterior, oriens) Wb. Sg. *sullech* (gl. oculus .i. oculos habens; *súil*, oculus, Wb.) Sg. 94^a. *tóisech* (praestans; *tuus*, initium) Wb. Sg. *fuarrrech* (gl. clemens) Ml. 20^c. *buidech* (gl. contentus) Ml. 2^d. *faitech* (gl. cautus) Sg. 51^a. *cluichech* (gl. ludibundus) Sg. 59^a. *daintech* (gl. dentatus) Sg. 159^b. *miscsech* (gl. exosus) Ml. 28^a.

Cumulatae derivationis cum liquidis vel cum *t*, *th* (e substantivis in *-ad*, *-ed*, *-id*) exempla: *cretmech* (fidelis; *cretem*), *tairimech* (constans; *tairissem*) Wb. fq. *indidmech* (gl. intensivum) Sg. 214^b. *uilnech* (totalis) Wb. 21^c. *comroircnech* (mendosus) Sg. 6^a. 26^b. *tursitnech* (gl. irriguus; de quo p. 770) Sg. 24^a. *toirthech* (frugifer; *torad*) Wb. 5^b. *dlichtech* (gl. rationabilis; = *dligthech*, comp. *dlighthigiú* Sg. 22^a, e subst. *dliged*) Wb. 5^c. *traigthech* (gl. pedes, gl. pedester) Sg. 38^b. 50^b. Addo *teichthech* (gl. vitabundus) Sg. 50^b. *loingtech* (acceptus, gratus) Wb. 6^c. *intecmaingthech* (gl. fortuito) Sg. 29^a. *eithecheaib* (gl. perjuris) Wb. 28^a.

Sunt et hujus formulae substantiva: *cuilech* (gl. prostibulum) Sg. 53^a. *caillech* (anus) Wb. 31^c. *cáithech* (gl. acus, aceris; eodem loco et *cáith*) Sg. 68^a. *cuithech* (gl. laquear) Sg. 54^a. *be-thech*. *braisech* (gl. betaceus, e beta, inter deminutiva, Prisc. 3, sub fine; addit glossa: genus oleris) Sg. 49^b. Quaeritur, annon sit compositum *sotech* (gl. lupanar; *tech*, p. 73?) Sg. 64^a. *cuindrech* (substantivum junctum cum *scosc*, institutio: *scosc et cuindrech forcechtarde*, gl. quanto tempore heres parvulus est, nihil differt a servo, Galat. 4, 1) Wb. 19^c est vix compositum *con-dar* (cf. Vercundaris Liv. epit. 137, et *cundrad*, gl. merx, Sg. 68^b), estque duplex haud dubie derivatio in *tonnatech* (supra scriptum est supra vocem *natrux*, num adjectivum, i. e. aquatica? *tonn*, unda) Sg. 69^a. Peregrina: *mertrech*, *meirdrech* (meretrix) Wb. Sg. *oirclech* (gl. flamen; i. e. oracularius?) Sg. 96^b.

IC videtur obtinere in voce *mithich*, *mithig*: *intain ropo mithich*, *intain rombo mithig less* (cum fuerit commodum; *mithiu*

in compos. *ammithiu*, tempus incommodum, Wb. 14^a) Wb. 19^d. 31^a. Num contra *-iu* ex *-ig*, ut alibi ex *-id*?

Substantiva feminina in *-iche* oriuntur ex adjectivis praecedentis formulae. Servantia vocalem secundum regulam: *tairismiche* (instantia; *-issem*, *-ismech*) Wb. 22^d. *sóinmiche* (prosperitas, fortuna) Wb. 27^b, cui opponitur *dóinmiche* (infortunium; adj. *sóinmech*, *dóinmech*: *huandascnom sóinmech*, gl. adsis pede diva secundo, Virg. ap. Prisc. 5, 7, in Sg. 69^b, et in Ml. 19^d: *éir na doinmecha*, gl. inter adversa). Item: *móidmiche* (gloriatio) Wb. 17^a. *suacalmiche* (gl. suavitas) Wb. 15^d. *menmnihe* (gl. dissensio) Wb. 18^a. Subst. *trichtige*, *trichtaige* (mensis solaris triginta dierum), saepius obvium in Cr., videtur scriptum pro *trichtiche* ex adj. *trichtech* (cf. p. 313). Elidentia vocalem: *hiresche* (fidelitas), *ingresche* (gl. instantia) jam supra memorata.

UC: *daurauch* (gl. quercetum) Sg. 53^a, si est pro *duruch* (p. 9).

e) Duplicata C derivans in adj. *menic*, *menicc* (frequens): *ismenic airnrichthe airiubsi* (gl. ipsorum obsecratio pro vobis; i. e. est frequens eorum precatio pro vobis) Wb. 17^a. *inmenicc* (frequenter) Sg. 21^b. Est eadem vox cambr. *mynych* (= *-icc*, p. 173). Quaerenda fortasse est etiam in uno vel alio exemplo sequentium formularum, quae scilicet elisa *n* in eandem formam transeunt.

d) Connexa derivatio NC hibernice fit C, quae potest ob statum non infectum alternare cum CC (p. 79, c et d). Occurrunt exempla cum vocalibus *a*, *i*, *u*; accedentis adeo sine vocali exemplum est adj. *óc* (juvenis), si confertur cambr. *iouenc* (p. 60).

ANC: *cumacc* (potens: *níta cumacc do cháingnim*, non est potens, aptum, ad bonum opus, corpus) Wb. 4^a, e quo *cumcamni* (possumus), *cumact*, *cumacht* (potentia), reducendum est ad formam *cumanc*, pro qua etiam occurrit *cumang*. Obvium item etiam est adjectivum formae *-act*, *-acht*: *écmacht arindi nád cumaing maith do denom* (gl. nequam; i. e. impotens quia non potest facere bonum) Sg. 50^a.

INC. Derivat haud dubie terminatio *-ic* *-icc* in substantivis femininis: *fochricc* (merces) Wb. 1^b. 2^b. 16^a. 20^c, *taidchric*, *taidchricc*, *taitchricc* (redemptio) Wb. 2^b. 4^b. 21^a. 28^b, ut patet e vocalibus *fochrach* (mercenarius) Sg. 35^a, *taidchur* (redemptio) Wb. 3^a, *doradchiúir* (redemit; praet.; = *do-ro-ad-ch.*) Wb. 2^b, quae docent formationem illorum *fo-chur-icc*, *do-aith-chur-icc*.

UNC: *derucc* (gl. glans) Sg. 113^b.

Connexae RC derivationis exemplum nescio, si non pertinet huc *adarc*, gen. *-arcae* (cornu), unde adj. *adarcdae* (gl. corneta, tuba) Ml. 2^b. Connexae LC derivantis nec unius exempli memini.

Connexa SC derivans non infitianda in cognomine *Muirsce* (maritimus) in chronicis hibernicis: *Dunchad Muirsce* Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 212. *Dunchadh Muirisce*, *Muirisce* Ann. IV mag. 3, 230. 256. *Fiachrach Muirsce* Ann. Ult., O'Con. 4, 35. Minus certa eadem in his: *Cudhinasc* (n. propr. viri) Ann. Tigern. ap. O'Con. 2, 225. *mimasclach* (gl. cardo; compos. *mimasc-l.*) Sg. 62^b. *arobróinasc* (gl. despondi enim, vos uni viro virginem castam exhibere Christo, 2. Cor. 11, 2; num legend. *ar robróinasse?*) Wb. 17^b.

C. Derivatio consonarum multiplex.

Derivatio in linguis celticis accumulata invenitur non minus, quam in alia quacunque. Derivationis tam simplicis quam duplicis formulae praecipuae enumeratae sunt hactenus. Sunt addita saepius exempla etiam multiplicis derivationis, cujus tamen conspectus in hunc locum reservandus erat.

Si ante derivationem duplicem praecedit vel si sequitur post eandem derivatio simplex, aut item duplex, fit derivatio triplex aut quadruplex. Derivationis triplicis exemplum vetustum gallicum est nomen *Bel-s-on-ancum* (p. 773); quadruplicis exempla, si numerantur vocales derivantes immixtae, sunt nomina *Gob-an-it-i-o(n)* Caes., *Div-ic-i-ant-illus* Inscr.

Hibernicae triplicis derivationis exempla quaedam. 1. Si praecedit simplex ante duplicem: *foil / s / ig-ud* (manifestatio) Wb. Sg. *foirb / th / ig-ud* (confirmatio) Wb. 22^a. *im / d / ug-ud*, *imm / d / og-od* (auctio, multiplicatio) Wb. 25^a. Sg. 216^a. *fled / aich / th-ith* (gl. epulo) Sg. 52^a. *tecm / aing / am-in*, *intecm / aing / th-ech* (gl. fortuito) Sg. 29^a. *sáirdén / m / id-echt* (gl. artificium; cf. *sercaidecht*, ars armatoria, p. 771) Sg. 133^b.

2. Si sequitur duplicem simplex: *tal / m-an / de* (terrestris) Wb. *traig / th-ech / dae* (gl. pedester) Sg. 54^b. *forci / t-l / id* (praecceptor) Wb. fq. *tol / t-an / ach* (gl. bene placitus), *rotol / t-an / aig / estar* (placitum est) Wb. 22^b. Sg. 7^b. *flaith / em-n / as*,

faith / em-n / acht (gloria) Wb. Sg. *brith / em-n / acht* (judicium) Wb.

Quadruplex derivatio, si duae formulae duplicis derivationis junguntur: *indaic / s-en / d-aid* (gl. causa, adv.), *aic / s-en / og-ud* (causatio) Sg. 74^b. 209^b. *hi cét / n-id / et-id* (gl. partes primae in positione; i. e. in prioritate, priori loco, adj. *cétnide*) Sg. 188^a. *hi cumsc / aig-th / et-aid* (in commixtione) Sg. 158^b. *mo forci / t-l / aid-echtae* (gl. magisterii mei; cf. *sercaidecht*, *dénmidecht* supra) Ml. 17^d. Item si ab utroque latere duplicis derivationis accedit simplex, cujus sunt exempla *bib / d / am-n / act* (culpa) Wb. 1^d, *com / d / em-n / ig / edar* (imperat), *coim / d / em-n / acht* (dominatio) Ml. 17^b. 35^a, si debet statui *d* derivans in *bibdu* (reus), *coimdiu* (dominus).

Duabus derivationis duplicis formulis si accederet amplius simplex, fieret quintuplex derivatio. Hujus quintuplicis vel adeo sextuplicis (si numeratur terminatio flexioni inserviens ut derivans) est vox *dixnichthetad* (: *illaithiu dixnichthetad na deachte*, gl. ego hodie genui te, Hebr. 1, 5; i. e. die manifestationis, existentiae, deitatis) Wb. 32^b, i. e. *díc / s-n / ich-th / et-ad*, e nom. *dixnichthetu*, qui redit ad partic. *dixnichthe* progressum per verbum denominativum *dixnigur* e subst. *dicsiu*, *dixsen*. *

* Idem quod *déicsiu* (visio; cf. *remdeicsiu*, providentia, Ml. 20^b, e verb. *déu*, *deccu* p. 437) Wb. 25^a, cujus *e* producta ante *i* derivationis facta est *i* producta. Verbi factitativi *dixnigur* significatio, quae proprie est *visionem facio*, i. e. me spectandum praebere, videor, appareo, transit omnino fere in significationem *sum, existo*. Propter hoc et frequenter occurrit: *cia tussu dixnigedar* (gl. o homo, tu quis es?) Wb. 4^c. *isnad dixnigedar nach æcne* (gl. sic non est inter vos sapiens quisquam) Wb. 9^c. *ni dixnigedar* (gl. si est; addit glossator latine: *si pro non*) Ml. 20^c. *nadndixnigedar nech* (gl. neminem esse, dei memorem) Ml. 23^a. *cid des dixnigedar* (gl. cognito quanta sit luna) Cr. 32^b. *aircannmid dixni*. (gl. nam ex quo sit nominativo, particula o? Prisc. 13, 4; i. e. nam ex quo nominativo est? si pronomen est o, cf. p. 363) Sg. 207^b. *am dixnigetar* (gl. ut pro invicem sollicita sunt membra) Wb. 12^b. Substantivum verbale et participium compositum cum voce *bíd* intensiva in Wb.: *nirrobe in ihu. xpo. est et n. .s. fir et gdu acht isest nammá robóí and .s. fir .s. bíddixnigud firinne* (gl. non fuit est et non, sed est in illo fuit, 2. Cor. 1, 19; ad verbum: non fuit in Jesu Christo est et non, i. e. verum et falsum, sed est solummodo fuit in eo, i. e. verum, i. e. perpetua manifestatio, perpetua existentia veritatis) 14^c. *arisbidixnichthe som* (gl. ipse est ante omnes, Coloss. 1, 17; leg. *bíddixnichthe*, i. e. nam est perpetuo existens) 26^d.

II. Derivatio britannica.

A. Derivatio vocalium.

Vocales tres intermediae in compositis gallicis vetustis *o* (*a*), *i*, *u*, quarum duae posteriores praesertim derivationi inserviunt in iisdem vetustis nominibus (p. 724. 725), cum perierint jam in hibernica vetusta lingua pro majori parte, minus etiam poterunt expectari in dialectis britannicis. In his *i* et *u* finales communiter desunt in vocibus, in quibus adsunt in vetustis nominibus, nullo vestigio relicto, e. gr. in *mor* (mare; = hibern. vet. *muir*, e *mori*), *bud* (victoria; = hibern. vet. *buáid*, e *bódi*), *bit*, *byd* (mundus; hibern. vet. *bith*, e *bitu*, cf. Bituriges), *cat*, *cad* (pugna; hibern. vet. *cath*, e *catu*, cf. Caturiges, Catuslogi, Catuso etc.), *nant* (vallis; cf. Nantuates Caes.). Deest ita porro vocalis finiens quondam in vocibus, in quibus adhuc servatur hibernice, e. gr. in *ol*, *oll* (omnis, hibern. vet. *uile*), *am* (circum, hibern. vet. *imme*, gall. vet. *ambi*).

Excipiuntur tamen voces aliquae, ut eae in quibus abeuntis *i* vestigium relictum est in praecedente vocali infecta, e. gr. in *breich* (= brachium), *Gereint* (= Gerentius, Gerontius, p. 97. 106), vel quae sunt auctae derivatione tegente interdum utramque illam vocalem vetustam, e. gr. *diuudyavoc* (inutilis, inefficax; e *bud*, *budi*, *bódi* modo memorato) Mab. 2, 226, *Morcanhuc* (Morcantia p. 187, e nomine viri *Morcant* Lib. Land. 137, *Morgan* Mab. 2, 25. 26; cf. Adcantuannus Caes.) L. Land. 113. 137. Sunt porro voces, in quibus persistunt etiam finales vocales, aut productae primitus aut majori sua derivandi vi, vel diphthongi. Earum omnium exempla, quamvis obscurae sunt saepius originis, haud dubie etiam interdum diversae, enumero hoc loco, praemitens *i*, quae frequentior est, cui subjungo *u*, *a*, *e*, productam porro *é*, et diphthongum *au*.

I cambrica (hodie *i*, num producta igitur?) substantiva abstracta generis masculini, fortasse neutrius primitus (p. 288), formare solet ex adjectivis: *dlodi* (paupertas; adj. *dlawot*) Mab. 2, 21. *caledi* (durities, difficultas; adj. *calet*) Mab. 2, 61. *bei*

chogi (graviditas, fructus ventris, plur. *beichogyeu* Mab. 3, 299; ibi etiam legitur adj. *beichawoc*, *beichiawoc*, gravida, mulier) Mab. 2, 202. *mabinogi* (plur. *mabynogyon* Mab. 3, 36; ab adj. *mabinawoc*, juvenilis, puerilis, ergo juvenus, puerilitas et narratio puerilis?) Mab. 3, 7. 81. 143. 161. 189. 216.

Sunt porro abstracta cambrica masculina cumulatae derivationis NI, ONI, IONI ex adjectivis et substantivis: *mechny* (securitas, vadimonium, e subst. *mach*, securitas, e quo conjici poterit adj. *mechin*; sunt tamen etiam hodie *crychni*, *sythni* ex adj. *crych*, crispus, *swrth*, raucus) Leg. 2. 6. 20. *maerony* (officium praepositi; *maer*, p. 119) Leg. 2. 11. 29. *bardhony* (bardismus) Leg. 1. 43. 11. *dayoni* (bonitas, humanitas; adj. *da*, e quo etiam exstat derivatum *daiawn*, bonus) Mab. 1, 238.

Masculina sunt etiam alia e substantivis orta: *gueli* (hod. *gwely*, lectus, e *gwal*, cubile, Mab. 2, 239) gl. Oxon. *gweidi* (clamor, vociferatio: *yr gweidi hwnn*; hod. *gwaedd*, id.) Mab. 1, 16. Contra femininum *kennadwri* (legatio: *y gennadwri honno*) Mab. 2, 29. 3, 95, e subst. *kennad*, *kennadwr*, legatus. In femininum etiam transgressa est armor. hod. *-oni*: *brazoni* (superbia), *druzeni* (pinguitas; adj. *bras*, *drus*).

Cornica substantiva hujus derivationis: *berri* (pinguedo; adj. *bor*, pinguis), *kelli* (nemus; hibern. vet. *caill*, silva) Vocab. Armorica: *glisi* (livor, aegritudo; adj. *glas*, lividus) Buh. 204, 9. *cozni* (senectus; adj. *coz*, senex) 136, 11.

Invenitur eadem vocalis terminans nomina virorum vetusta in chartulariis. Cambrica in libro Landav.: *Eli*, *Ili* 176. 177. *Lauri* 153, quibus addo e Mab. *Gluveri*, *Pryderi* 3, 98, et nomen montis cambrici altissimi *Eryri* (ab *eryr*, aquila; qui mons Anglis dicitur *Snowdon*) 3, 269. 303. Armorica e chartulario Rhedonensi: *Eli*, *Ili* 1, 20. 2, 20. *Lowi* 2, 15. *Rami* 2, 25. *Moeni* 2, 30. *Haelmoini* 1, 29. *Bili*, *Ratuili* fq. *Omni*, *Omnis* (ex *omun*, *ofyn*, timor?) 1, 35. Mor. 275. *Plinis* (cf. Plinius) Mor. 275. Nomen cambr. *Deui*, *Deuvi* Lib. Land. 153. 193, armor. *Davi* Chart. Rhed. 2, 28, *Dewy* (= David) Buh. fq. amisit *d* finalem; in aliis videtur *n* supponenda, si confertur nomen vetustum Cunobelinus (p. 100).

U finalis exstat in corn. *medu* (medum; gr. $\mu\epsilon\theta\upsilon$) in Vocab., quod cambrice est *med* in Mab., hodie *medd*. Porro in voce *bedu*

frequenter obvia in nominibus compositis tam cambricis quam armoricis, ut jam est in gallicis vetustis *-boduus* (p. 27, not.), quae forsitan idem significat quod *-gern* in nominibus vetustis germanicis, e. gr. Fridigern. Cambricum etiam nomen viri *Garu* Lib. Land. 73, adj. *garw* (ferus, raucus) Mab. 1, 7, subst. *karw* (ceruus) Mab. 1, 7. 293. Sed videndum in hujusmodi, ne *w* finiens sit orta infectione, ut in *enw* (nomen; hibern. *ainm*), *delw* (effigies; hibern. *delb*), *marw* (mortuus; hibern. *marb*).

A rarior terminalis: cambr. corn. armor. *bara* (panis; cf. hibern. vet. *bairsten*). cambr. *choppa* (clava) Mab. 2, 57. In adj. cambr. *traha* (fortis, audax; gr. *ἄραος*, p. 45), *didraha* (animo carens) Mab.

E correpta finalis, alternans interdum cum aliis vocalibus, non frequentior: cambr. *cale*, *cala*, *caly* (penis; cambr. hod. *cale* fem., aculeus) Leg. 2. 1. 27; 36; 67. corn. *banne* (gutta) Vocab., *banna* Pass. (cf. p. 716; armor. hod. *banne* masc.). In aliis, e. gr. cambr. *gware* (ludus; Mab. 2, 63: *ar gware hwnnw* masc.), *bore* (mane) Mab. fq., corn. *idne* (auceps) Vocab., vocalis putari poterit producta (p. 113).

E productae finalis alternantis cum *-ui* in nominibus vetustis cambricis exempla jam sub Ê cambrica enumerata sunt (p. 113). Alia nomina desinentia in *oi*, *oe*, *ui*, *wy* (= *é*): (*Lann*)*timoi*, (*Lann*)*bedui* (nomina locorum, quorum pars posterior est nomen viri) Lib. Land. 209. 221. *Tissoi* (alumnus S. Dubricii) 178. *Elinui* 262. *Guennonoe*, *Guinnonui* 170. 182. *Guernonoe* 205. *Guoronui*, *Guronui* 260. 261. (*Lann*)*guoronoi*, (*Lann*)*guronoi* 230. 236. *Junabui* 70. *Guinabui* 115. *Guernabui* 72. 74. Quibus addenda nomina propria e Mab.: *Giluaethwy* 3, 190. *Math uab* *Mathonwy* 3, 189 sq. *Eryr gworn abwy* 2, 233. *Hunabwy* 2, 209. *Ronabwy* 2, 372 sq.

Concordant armorica vetusta desinentia in *oe*, *oi* e chartulario Rhedon.: *Suloe* 2, 31. (*Treb*)*hinoi* 1, 45. *Keboi* 1, 54. *Haeswalloe* (cf. nomen S. *Winwaloei*, abbatis Landevenecensis, Boll. Mart. 1, 250) 1, 3. *Grenbidoe* 1, 54. *Wasbidoe* Mor. 304. *Matwidoe* Mor. 305. *Riskipoe* 1, 2. *Nominoe* fq. *Benitoe*, *Venitoe* 1, 8. 2, 16. *Portitoe* 1, 9. 2, 14. 16.

Appellativa cambrica ejusdem terminationis: *macthwy* (puer)

Mab. fq., masculini generis; feminini *motroy* (annulus: *y votroy honn*) Mab. 1, 14, quod videtur compositum.

AU (cambr. vet. *ou*, recentius *eu*) in substantivis et adjectivis. In subst.: *keneu* (catulus, animal juvenum, hod. *cenau* masc.; e rad. *cen* pro *gen*, p. 45), *blodeu* (flos) Mab. fq. *arueu* (armatura: *en arueu*, una armatura; contra plur. *arueu trymyon*, gravia arma, Mab. 3, 304) Mab. 2, 47. Eadem vox *keneu* ut nomen proprium virorum occurrit, tam simplex quam in compositione: *Chanao* Greg. Tur. 4, 4. *Morcenou* Lib. Land. 136. *Riceneu* 162. Suntque alia ejusdem terminationis nomina virorum: *Bleideu* Lib. Land. 147. *Llacheu* (fil. Arthuri) Mab. 2, 390. IAU in *Cinbleidiou* Lib. Land. 188. In adjectivis: *asseu* (sinister; *assu* Leg. 2. 1. 36) Mab. 1, 275. 2, 387. *dehou*, *deheu* (dexter; cf. germ. vet. *zesawa*) Lib. Land. Mab. *diheu*, *dieu* (certus, securus) Mab. 1, 6. 9. 250. *teneu* (tenuis) Mab. 2, 382. *guineu* (fuscus) fq.

Inveniuntur etiam armorica nomina virorum desinentia in *-ou* (sed in quibusdam videtur legendum *-on*), *-iou*: *Guorasou*, *Dinaerou*, *Loiesbritou* Chart. Rhed. 1, 7. 17. Mor. 267. *Cadou*, *Saliou* Chartul. Kemperl. Mor. 431. *Periou* Coriosop. Mor. 378. 379.

De terminatione *-au* vel *-iau*, diversa a praecedente, orta ex *-av*, *-iav*, et de *-ei*, hod. *-ai*, cui subest *j*, supra jam disputatum est (p. 150. 153) et infra quoque dicitur in derivatione spirantium britannica.

B. Derivatio consonarum simplex et duplex.

1. Derivatio liquidarum.

L subjuncta radici vel etiam derivationi *a*) nuda sine vocali saepe invenitur, ut ceterae liquidae, in vocibus britannicis juxta formas, quae vocales *y* vel *e* intercedentes ostendunt; e. gr. in Mab.: *chwedl* (nuntius, narratio) 2, 19 juxta *chwedyl* 1, 10. *mynogl* (cervix) 1, 17 juxta *mynogyl* 1, 25. *kenedl* (genus) 3, 301 juxta *kenedyl* 1, 26. 3, 300. Ita jam in glossis Oxon.: *dadl* (gl. concio), *datl* (gl. forum; ibid. *dadlt*, gl. curia), *sumpl* (gl. stimulus), *rascl* (gl. sartum). Frequentior usus est, deesse vocalem tantum accedente flexione: *chwedleu* (narrationes, nova; con-

tra *datolaham* in gloss. Oxon., *am dadeleu*, circa causas, Leg. 1. 9. 11) Mab. 2, 12. 202. *sodleu* (calces; cambr. hod. *sawdyl*, calx, pars postica calcei) Mab. 1, 13.

Armorica quaedam e Buh.: *guentl* (dolor) 92, 15. 94, 22, plur. *guentlou* 90, 21. *guinhezl*, *quehezl* (venator?) 30, 15. *goestlas* (spondidit), *goestlo* (spondebit) 158, 14. 204, 11. Item corn. *gustle* (spondere; *guistel*, obses, Vocab.) Pass.

b) Cum vocalibus correptis. Frequentiores sunt *e* et *i*, *y*, in quas ceterae plerumque transierunt.

EL in adjectivis, quibus hibernice convenit *a*: cambr. *uchel* (altus; hibern. vet. *uasal*) Mab. fq., armor. *ohel* Buh. 12, 10. 112, 18. armor. *vuel* (humilis; hibern. vet. *umal*) Buh. 100, 6. In adj. *isel* (inferus) trium dialectorum; in subst. cambr. *tywel*, pl. *tyweleu* (gausapa; hod. *tywel* masc., pl. *tyweli*) Mab. 1, 5.

IL dominans in substantivis, alternat cum EL secundum dialectos vel scriptores. Cambrica substantiva diversi generis: *chwedyl*, pl. *chwedleu* (sermo, narratio: *y chwedyl hwonn*, *hwon* masc.) Mab. 1, 10. 11. 38. 2, 6. 12. *dadel*, pl. *dadeleu*, *daetleu* (causa judicialis; hod. *dadyl* fem., pl. *dadlau*) Leg. 1. 34. 8; 2. 11. 34. *mevyl*, *mefyl* (dedecus, plur. hod. *meflau* masc.; hibern. vet. *mebol*, *mebul*) Mab. 1, 19. 26. 263. *meuel* Leg. 2. 1. 36. *gwystyl* (obses, pignus, pl. hod. *gwystlon* masc.) Mab. 1, 254. *kenedyl* (genus, hod. *cednl* fem., pl. *-odd*; cf. *cenitolaidou* gl. Oxon.) Mab. fq. *kenedel* Leg. 1. 18. 14. Cornica e Vocab.: *esol* (membrum, pl. *esely*, p. 290; hibern. vet. *asil*), *guistel* (obses), *kinethel* (generatio), *auhel* (aura), *anauhel* (procella). armor. *avel* (aura, hod. *avel* fem.) Buh. 14, 9. 92, 21. Dum cambrice et in Vocab. *-el* pro *-ell* occurrit, vice versa *-ell* pro *-el* interdum legitur in Pass.: *ughell* (altus) 162, 2. 207, 4. 229, 2. *tebell* (malus) fq., *tebel* 130, 3. *bresell* (altercatio, pugna) 160, 3. 238, 1, armor. *bresel* (hod. *brezel* masc., pl. *brezili*, *brizili*) in nominibus virorum vetustis *Breselwobri*, *Breselmarchoc*.

Eadem terminatio in adj. cambr. *amyl* (numerosus, frequens; cf. hibern. *imbde*) Mab. 1, 250. 2, 64.

AL, OL, UL rariores sunt derivationes. In subst. cambr. *aual*, plur. *aualeu* (malum) Mab. 1, 237; corn. *guennol* (hirundo; cambr. hod. *guennol* fem., pl. *guennoliaid*, hibern. vet. *fannal*) Vocab.; in vetustis *datolaham*, *cenitolaidou* pro recentiore *-el*,

-yl; in *medol*, *medwol* (meditatio; hod. *meddwl* masc., pl. *meddykau*, unde verb. *medylyaw*) Mab. 1, 258. 2, 13.

c) Cum vocalibus productis vel diphthongis. Formulae frequentiores sunt *ÂL*, *IÂL*, *ICÂL* (cf. p. 110. 111), derivantes adjectiva e substantivis, praesertim cambrica: *gworawl* (virilis) Mab. 2, 24. *duyuawl* (divinus) Leg. 1. 43. 20. *breinaul*, *breynyawl* (privilegio praeditus) Leg. 2. 1. 7; 11. 29. *kefreythyawl* (legalis) Leg. 1. 16. 10. *engiryawl*, *engiryawl* (fortis, immensus) Mab. 2, 41. 3, 301. *brawdoryawl* (fraternus) Mab. 3, 300. *budicaul* (victoriosus), *creaticaul* (genialis) gl. Oxon. Plura etiam vetustiora ejusmodi in -ol, -iol, plur. -olion, inter glossas Lxb. obvia, jam enumerata sunt (p. 111 et 293).

Sunt etiam substantiva et verba hujus derivationis, orta ex adjectivis; e. gr. cambr. *ebawl* (pullus equinus), *ebawtoarch* (equus juvenis) Mab. 2, 9. 3, 32, corn. *ebol* (pullus) Vocab., plur. *ebolyon* Leg. 1. 12. 7, e subst. *ep*, hibern. *ech*. Verb. *ynpedok* (pedes equi soleis munire) Mab. 2, 12.

Fit eadem derivatio interdum ex adjectivis: corn. *whegol* (dulcis; ex adj. *whck*) Pass. 164, 1. cambr. *meynholy* (minuere; adj. *mein*) Leg. 2. 4. 9.

AEL paucioribus vocibus propria est, e. gr. cambrico adj. *amryuael* (varius, diversus) Mab. 1, 7. 2, 20. 31. 3, 304, verbo frequenti *kafael*, *kaffael* (sumere; hibern. vet. *gabál*, *gabáil*), quod saepius etiam deficit in *kaffel*. Porro subst. corn. *gofail* (officina; *gof*, *faber*) Vocab.

d) Duplicata liquida derivans frequentior est in formula ELL (pro qua interdum occurrit scriptio -el), alternante cum ALL, ILL, in substantivis cambricis femininis significantibus instrumenta vel utensilia: *buyall*, *bwyall* (securis) Leg. 1. 35. 9. Mab. 1, 280, quod vocabulum in glossis Oxon. est *buhell*, *bael* (hod. *bwyell*, pl. *bwyell*, internas flexionis, p. 296, ut sequentia; hibern. vet. *buáil* Sg.). *gwaell* (acus, fibula) Mab. 2, 384. *cawell* (corbis; hod. *gwaëll*, *cawell*, pl. *gweyll*, *cewyll*) Mab. 3, 304. *padell* (sartago), *crauell* (pala fornacea) Leg. 1. 18. 13; 39. 4. *guopell*, *gwapel* (gl. sudaris) gl. Oxon. *mantell*, pl. *mentyll* (pallium) Leg. 2. 1. 6. Mab. 1, 3. Sequitur eandem normam subst. fem. *estauell*, *ystauell*, *ystafell*, plur. *ystewyll* (cubiculum) Leg. Mab. fq., sed discrepat *pebyll* masc., plur. *pebyllyeu*, *pebylleu* (tentorium, hibern.

vet. *pupall*, p. 185) Mab. 1, 25. 239. 253. 277. 278. 2, 382 sq., cui contraria est hodierna lingua formans *pabell* fem., pl. *pebyll*, sed *ystafell*, pl. *ystafellodd*. Ut *pebyll* etiam *ffrowyll* (flagellum) Mab. 2, 11. In Vocab.: *padel* (sartago), *steuell* (triclinium), *scudell* (discus; cambr. *dyscyl*, *dysgyl* Mab. 1, 248. 295); in Pass: *scudell* (lanx) 43, 3. *towyll* (instrumentum) 156, 4.

ALL, ELL, ILL in aliis porro substantivis, in adjectivis, verbis. In cambricis subst.: *aballen*, *auallen* (malus), *Auallgnid* (nomen viri) Lib. Land. 164. 197. 217, juxta *aual* significans fructum (p. 786). *Cauall* (nomen canis Arthuri, *cabal*, p. 156; = caballus) Mab. 2, 22. 239. 242. Propter scriptionem *-al* pro *-all* addo etiam *keffyl* (equus vilis; cf. Cabillonum Caes.) Mab. 1, 238. Porro abstracta: *tyrwyll* (obscuritas; item adj.) Mab. 1, 24. *guedhyll* (quod residuum est; cf. *guedy*, post) Leg. 1. 30. 6. Adj., verb.: *adrythyll* (admodum vividus, hilaris) Mab. 1, 2. *seuyll*, *sefyll* (stare), Mab. 1, 7. 2, 209. In corn. adj. *-yll*: *skentyll*, *shyntyll*, *scyntyll* (sapiens) Pass. 8, 1. 134, 1. 216, 1.

Derivationi verbali cambr. *-yll* respondet corn. armor. *-ell*, cujus exempla supra enumerata sunt (p. 519. 520).

Exempla, in quibus *-ell* videtur terminatio deminutiva, supra (p. 304. 305) proposita sunt. In hodierna lingua cambrica etiam in alia quaedam invenitur transgressa: *ffynnonell* (fontanella, fonticulus), *iyrchell* (hinnuleus).

Rariores sunt formulae OLL, ULL: *emrecholl*, *amrygoll* (periculum, perditio) Leg. 2. 9. 2. Mab. 2, 21. *cugol* (gl. cuculla), *ofergugol* (gl. casula) Vocab.

M derivationi minus inservit britannice, quam ceterae liquidae. Accedentis ad radicem exemplum vix occurrit, forsán *em* (nomen; hibern. vet. *ainm*), *corwo* (cerevisia; *coruf*, *coref* Voc. *kuref*, *kuruf* Leg. 1. 19. 9; 35. 6, e *curmi*, *corma*, p. 135), siquidem *m* est derivans in his. Rara item exempla simplicis *m* accedentis cum vocalibus: *etem* (gl. instita; *adau*, pl. *adaued* Mab. 2, 241. 374), *uidimm* (gl. lignismus; *gudif*, *gudhyf*, scalprum, Leg. 1. 38. 7; 2. 1. 4), *guillihim* (forceps; *gwelleu* Mab. 2, 204. 225. 242, hod. *gwellaif*, pl. *gwelleifiau*) in glossis Oxon.

In quibusdam statui debet MM, orta assimilatione e formula -M-N, quae adhuc frequentior est in hibernica vetusta lingua. Comprobant hoc cambr. vet. *linom* (gl. litura) inter glossas Lxb., si confertur e Sg. 3^b: *ua lenomnaib* (gl. a lituris); e Leg. 1. 35. 7: *kulym* (nodus; hod. *cwlom*, plur. *cylymau*), si confertur corn. *colmen* (nodus) Pass. 131, 4, plur. *colmenow* Pass. 76, 2. 131, 3. 212, 3, et hibern. vet. *colmene* (gl. nervus) Sg. 221^b; atque *seithun* = *septimana* e Vocab. Debebunt his adnumerari e glossis Luxemb.: *tigom* (gl. naevi), *douohinnom* (gl. austum, i. e. haustus, profusio, quod equidem lego *douorinnom*, e verb. *doguorennam*, gl. profundo, ibid.), forsitan et *diprim* (gl. essum; i. e. cibus), et e Leg.: *decum*, *degum* (decimae) 1. 8. 8; 9; 24. 3. *ofrum* (oblatio; hod. *degum*, *ofrum*, pl. *-ymau*, masc.) 1. 8. 7; 24. 5. Etiam *m* servatae hodierni subst. cambr. fem. *garm*, plur. *garmodd* (clamor, armor. *garm* masc., pl. *-ou*), e quo nuper nomen Germani deductum est (p. 735, not. 2), subjacet formula -m-n, cum *m* sola facta esset *f*, ut in *arfeu* (arma), *kuref*, *kworf*, *kworw*, (curmi, cerevisia).

N derivans britannica contra valde copiosa est. a) Ad radicem aggrediens sine vocali, ut *l*, cambrice: *etn* in compos. *etn-coilhaam* (gl. auguro) gl. Oxon., juxta plur. *etinet* inter easdem. *Gwada* (nom. viri) juxta *Gwadyd* Mab. 2, 209. 210. Cum terminatione: *mechny* (securitas) Leg. 2. 6. 20. Eodem modo armorice: *loezn* (animal; cambr. *llwodyn* Mab.), plur. *loznet* Buh. 30, 18. 32, 4. *cozni* (senectus; adj. *coz*) 136, 11. *furnez* (sapientia; adj. *fur*) 110, 1.

b) Cum vocalibus correptis *a* et *i* frequentiores sunt formulae.

AN in substantivis cambricis diversi generis: *gulan* (lana), *creman* (ligo) gl. Oxon. Leg. 2. 1. 4. *breuan* (molina) Leg. 1. 35. 9. *hossan*, pl. *hossaneu* (braccae) Leg. 1. 32. 3. Mab. 3, 149. *cus-sax* (osculum) Leg. 2. 1. 19; 22. *brecan*, *breckan* (tegumentum) Leg. 1. 43. 2; 2. 1. 4. Mab. 2, 374. Sunt etiam hodie *cusan* masc., *hosan*, *breuan* fem. pluralem formantia in *-anau*; contra alia item diversi generis in *-anod*, *-antiuid*, *-anedd*, in vetusta

lingua *-anot*, *-anieit*, *-aned* (p. 297. 298): *alanot* (animalis; hod. *alan* fem., pl. *alanod*) Mab. 1, 250. *croysan*, *croessan* (secura; hod. *croessan* masc., pl. *croessaniaid*) Leg. 1. 12. 6. *rianed* (puellae; hod. *rhian* fem., pl. *rhianedd*) Mab. 1, 240. *kalaned* (habitatores) 2, 372. Est *-an* etiam in priore loco duplicitis derivationis: *galanas* (homicidium, homicidii satisfactio), *gwassanasth* (servitium) Leg. Mab. fq.

In cornicis: *louan* (funis; hibern. vet. *loman*, in Pass. *loven*), *garan* (grus) Vocab. In armoricis: *gloan* (lana) Buh. 170, 6. *saouzan*, *souzan* (cura) 38, 21. 136, 16.

In adjectivis cambricis: *buan* (celer), e quo plur. *buenion* (gl. conciti) gl. Lxb. *truau* (infelix; e nudo *tru*, hibern. vet. *tróg*, p. 28. 118, ergo et *buan* e *bóg*? cf. Trogus, Bogius, p. 28. 69) Mab. 1, 28. 287. 2, 54. *bichan*, *bychan* (parvus, hibern. vet. *becce*) gl. Oxon. Mab. fq. *llydan* (latus) Mab. fq. In cornicis: *lasian*, *dislaian* (fidelis, infidelis), *boghan* (parvus) Vocab. *beghan* (parvus) Pass. 53, 3. 166, 2. In armoricis: *buhan* (celer; hod. *buan*, *buhan*) Buh. 12, 9. 24, 2. 28, 17. *bihan* (parvus) 32, 16.

EN in subst. cambr. *assen*, pl. *assennoed* (asinus) Mab. 2, 391, corn. *asen* Vocab. Pass. 27, 3. 28, 2. armor. hod. *azen*, pl. *azened*; in adj. *llawen* (p. 123).

IN in substantivis cambricis diversi generis: *tetyu* (praedium; leg. *tedyn*, hod. *tyddyn* masc.) Leg. 2. 1. 59. *lludyn*, *lludyn* (animal; hod. *lludyn* masc., pl. *llydnod*) Leg. 1. 36. 9. Mab. 1, 9. *blwydyn* (fem., annus) fq. Correpta forsans vocalis etiam in quibusdam est terminatis ab *-in*, e. gr. in *bydin* (turma, agmen, fem.: *or vydin honno* Mab. 2, 378; cf. cambr. vet. *bodiniou*, gl. phalanges, in gl. Lxb. et hibern. vet. *hobuidnib*, gl. copiis, Ml. 34') Mab. 1, 30. 2, 377 sq. Cornice et armorice alternant *i* et *e*: *benen* (sponsa; *benyn*, mulier, Pass. 33, 2-35, 1), *blithen* (annus) Vocab.

Adjectiva cambrica: *melyn* (flavus) Mab. fq. *euryn* (aureus) Mab. 3, 31. Corn. *milin* (flavus) Vocab., armor. hod. *melen*.

ON et UN rariores sunt terminationes. In substantivis cambricis femininis: *auon* (amnis, fluxus) Mab. 3, 94. 264. *hinon* (serenum coelum) Mab. 1, 8. *calon* (cor), *gwidon* (saga) fq. In cornicis: *auon* (fluvius), *talon* (venter) Vocab. Porro in cambricis: *anutonou* (gl. perjurium; hod. *anudon* masc., perjurium) gl.

Oxon. *eilun* (imago, forma) Mab. 1, 27: 34. *yspardun* (calcar; hod. *eilun* masc., *yspardun* fem.) Mab. 1, 13.

In *-in* et *-on* exeuntia occurrunt nomina virorum cambrica et armorica, in quibus dubium esse possit, num sit vocalis brevis an longa. IN in cambricis: *Eithin* L. Land. 136. *Elfn* 150. In armoricis: *Haelin* Chart. Rhed. 1, 8. *Haelmorin* 1, 41. *Conmorin* 1, 12. *Winmorin* 1, 5. *Wotalin* 1, 2. *Jarnhitin* 1, 7. 20. *Dallin* 2, 31. *Hoiernin* 1, 26. ON in cambricis (ex *-awn*?): *Pannon* Mab. 2, 243. *Nwoython* 2, 208. 238. *Mabon uab Mellt* 2, 238. *Mabon uab Modron* 2, 225. 232. *Teirnon* 2, 208. *Amaethon* 2, 222. *Saranhon*, *Gouannon* (cf. p. 187). In armoricis: *Sulon* Chart. Rhed. 1, 1. *Winon* 1, 7. *Woron* 1, 6. *Leison* 2, 23, quibus addenda *Milun* 1, 27. *Jarun* 1, 21. Sunt etiam desinentia in ION: cambr. *Teithyon* Mab. 2, 243. armor. *Galion* Chart. Rhed. 2, 22. Potius productas vocales quam correptas indicant appellativum frequentissimum cambr. *breenhin* (p. 101), hod. *brenin* (rex), et nomina virorum cambr. *Digon* (adj. *dygaun* Leg. 2. 11. 21, hod. *digawn*, sufficiens, compositum, ut videtur, quomodo est *guocaun* in *Catguocaun*, *Catgocon*; cf. *conedd*, *gogonedd*, gloria) Mab. 2, 205, cambr. *Judguallon*, armor. *Catcallon*, *Catlon* (cf. p. 96. 123. 124. 152). Contra armorica quaedam in *-on*, *-ion* redeunt ad primitivas formas *-an*, *-ian*: *goasoniez* (servitium; cambr. *gwassanaeth*) Buh. 54, 26. *quirion*, *quirionez* (verus, veritas; hibern. vet. *firian*) Buh. fq.

Formulae duplicis *-M-N*, quae perdit secundam liquidam, exempla quaedam jam supra prolata sunt (p. 789). Sunt addenda hic quae servant utramque cum variante intermedia vocali, praesertim *a* et *e*, quae cum hibernicis in *-mun* concordare videntur.

MAN abstracta derivans e substantivis vel verbis (cambr. hod. *-fan* masc.): cambr. *kwynuan* (lamentatio; subst. *kwyn*, fletus, verb. *kwynaw*, flere, Mab. 2, 234) Mab. 1, 8. *kwynuan a griduan* (lamentatio et vociferatio; *gryd*, clamor, *grydiaw*, vociferare) 2, 234. corn. *tarnutuan* (phantasma) Vocab. Quaeritur, num his adnumerare liceat nomina propria terminata a *-man*, una cum vetustis vix non compositis *Cenomani*, * *Germani* (p. 735),

*) Brevem *a* etiam in hoc nomine ostendit versus vetustae inscriptionis Mediolanensis ap. Grut. 1161, 6: Te jubet agnatos visere Cenomanos. Inde-

e. gr. cambrica: *Iliman, Illiman* Lib. Land. 193. *nant cichmann* 232. *Gorvan, Tecuan* Mab. 2, 208, 209. cambr. armor. *Catman* Chron. cambr. in praef. Leg. Chart. Rhed. Mor. 300. *Armorica: Morman* Chart. Rhed. 1, 2. 7. *Virmanan* (nomen feminae) 1, 13. *Querman* 1, 24. *Rannimanus* Mor. 294. *Kentlaman* (cf. *Kenetlor*, p. 112) Chart. Kemperleg. Mor. 431. 454.

MEN (hod. -*fen* fem.) ortum e MON comprobare videtur cambr. vet. *achmonou* (gl. inguina) gl. Oxon., plur. ex *achmon*, hod. *achfen*, ab *ach*, generatio. Obtinet haec formatio etiam in obscura voce *agrimonou* (gl. scrata) gl. Lxb. Hodiernum cambr. *tyngedfen* (casus, fortuna, praedestinatio) est *teketuen* in Leg. 2. 11. 49, *tyghetuen, tynghetuen* in Mab. 1, 283. 3, 206. 304. Vox peculiaris ob servatam *m* partis posterioris mihi obscurae est *porthmon* (hospes, caupo; hod. *porthmon moch, defaid*, mercator suarius, oviarius) Mab. 2, 47. Addo huic armor. *locman* (hod. *loman*, gall. hod. *lamanour*, germ. lotse, navium ductor per loca minus secreta) Buh. 8, 18.

c) Vocales productae cum liquida derivantes sunt certae á et ê.

ÂN. Cambr. -*aun, -awn* in *cristaun* (Christianus) Mab. 1, 262. 266. Redit subst. *dayoni* (bonitas, humanitas) Mab. 1, 238 et alia jam enumerata (p. 783) ad adjectiva in -*aun, -iaun*. corn. armor. -*en* in subst. *funten, founten* (fontana), *christen* (Christianus) Vocab. Buh. ÎÂN in nominibus regionum cambricis: "Guorthigirnus ad regionem, quae a nomine suo accepit nomen *Guorthigirniaun*, effugit. . . Pascent regnavit in duabus regionibus, Buelt et *Guorthigirniaun*." Nenn. ed. San-Marte p. 59. 60. "mons *Cruc maur* in regione quae vocatur *Cereticiaun*." id. p. 78. *pedwar cantref keredigyawon* (quatuor c. regionis C.) Mab. 3, 189. Nomini viri *Meirchawon* subest forma primitiva *Merchiaun* (p. 98).

ÊN in substantivis diversi generis: *postoloin* (gl. antella; hod. *pystylwoyn* masc., med. lat. postilena, tegmen equi), *guiannun* (ver, hod. *gwanwoyn* masc.) gl. Oxon. *morwoyn*, pl. *morynyon* (puella) Mab. fq. *kerwoyn* (lacus, lebes; hod. *cerwoyn* fem.) Mab. 3, 302. *cadwoyn* (catena), *gwenwoyn* (venenum) Mab. 1, 8. 3,

que a primitus brevem in nomine Germani affirmare licebit, productam a Romanis ob congruentiam cum adjectivo suo *germānus*.

301. In armoricis: *haloin*, *halein* (sal), *haloinor* (salinator), *coloin* (catulus), *keroin* (cupa), *guintoin* (ver) Vocab.

IN in substantivis et adjectivis statui debet, quae etiam hodie cambrice et armorice i servant; in subst.: cambr. *melin*, armor. *melin*, *milin* (molina), cambr. *chwerthin*, armor. *choarzin* (risus). In adj. cambr. *cyffredin* (communis), *meinin* (lapideus), *heyernin* (ferreus). Etiam in dupliciter derivatis, e. gr. *mabinawog* (juvenilis), *gwylltineb* (feritas).

In cambricis vocibus non infrequens est formula EIN derivans, sed originis magis ancipitis, quam hactenus dictae, cum subesse possit non solum cum producta vocali *-in*, sed etiam cum correptis *-ani*, *-eni*, *-en* (cf. p. 98. 101. 116), immo *-dn*. Exempla e Mab.: *lliein* (linum; hod. *llian* masc.) 1, 4. 15. *celein* (cadaver; hod. *celain*, *celan* fem.) 1, 248. 272. *ynys prydein* (insula Britannia) fq. *llundein*, *kaer lundein* (Londinium) 3, 297. 298. *putein* (meretrix; juxta roman. *putena*, *putana*, ut *carreit* juxta *carrata*, *carrada*) 1, 286. *pedrein* (tergum equi; hod. *pedrain* fem.) fq. *diaspadein* (tumultus) 1, 16. Ita jam in glossis Oxon.: *gueli liein* (gl. cubile; i. e. lectus lini), et ap. Nenn. p. 80: *Cair Lundein* (Londinium). Item in Leg. 2. 6. 2: *pap Ruuein* (papa Romanus), in Mab. 3, 274: *kaer ruuein* (urbs Roma).

Vocalis producta primitus syllabae derivantis etiam supponenda est voci *mywn* (medium) Mab. fq. ob hibern. vet. *medón*, forsan et aliis, e. gr. *barwn*, *barwneyit* (baro, barones) Mab.

d) Duplicata *n* derivans in pluribus postulanda videtur, in quibus jam secundum vetustam orthographiam simplex quidem scriptio liquidae obtinet (p. 130), saepius tamen alternat cum duplicata.

AN, ANN: *capan* (pileus; tegmen capitis viri) Leg. 1. 12. 8. Mab. 2, 377. 3, 269. *capann* (tegmen capitis femininae; cf. *capanna*, casula, Isid., hisp. *cabanna*, gall. hod. *cabane*, et nomen vet. *Capellatium*, limitis transrhenani ap. Amm., utrumque forsan tegmen significans) Mab. 1, 294. Addo cambr. *crochan* (vas, olla; hibern. vet. *croceinn* Sg.) Mab. 1, 17, corn. *guilan* (alcedo, hibern. vet. *foilenn* Sg.) Vocab.

EN, ENN, IN, INN: cambr. hod. *ffunen* (ligamentum), plur. *funenneu* Leg. 1. 27. 3. *brethyn* (pannus, vestimentum) Mab. 2, 382, plur. *brethinnou* (gl. cunae, i. e. involucria) gl. Oxon.

Item *elinn* (gl. novacula) gl. Oxon., *ellyn* Mab. 1, 17. cambr. *ke-fyn* (tergum; cf. Cebenna nomen gallicum vetustum) Mab. fq. corn. arm. *chein*, *quein* in Vocab. et Buh. Notanda sunt praesertim armorica substantiva singularem *-en* formantia in plurali in *-ennou*: *laesen*, *leasen*, *lesen* (lex) Buh. 12, 11. 20, 13. 26, 20, *laesennou* 150, 9. *peden* (oratio) 124, 8, *pedennou* 108, 12. *oferen* (oblatio) 26, 21, *offerennou* 130, 23.

Contra tamen negandum non est, in multis obtinere ob pronuntiationem duriores duplicem scriptionem pro simplici, quae alternat, e. gr. in *assen*, *assennoed* (asinus, p. 141), *kyflauann*, *kyflauan* (laesio) Mab. 1, 267. In nota singularitatis *-enn*, *-en*, *-inn*, quaeritur utrum sit statuenda geminatio, an potius eadem scriptio ob vetusta nomina Aballone (cambr. *auallen*), titumen (p. 301). In aliis porro an geminata *nn* non sit orta assimilatione ex *nd*, *nt* (cf. p. 168. 187): *gelynn* (inimicus), *dyffrynn* (vallis) Mab. 1, 6. 252. 257.

ON, ONN, UN, UNN fortasse in subst. *calon* (cor) Mab. fq., plur. *calonneu* Leg. 1. 10. 8, et adj. *gorthunn* (adversarius, incommodus) Mab. 1, 18. Cambr. *ysgymunn* (maledictus) Mab. 1, 248, *eskemun* Leg. 2. 1. 13 e lat. excommunicatus transsumtum est, et videtur breuiatum pro *ysgymunedic*.

e) Connexa liquida derivans cum *r* tantum occurrit.

ARN. In substantivis: cambr. armor. *hayarn*, *hoiarn* (ferum; cf. p. 120), masculini generis, ut mox sequentia, a quibus excipitur fem. cambr. *eskeuarn* (auris; hod. *ysgyfarn*) Leg. 2. 1. 30, corn. *scouarn* (arm. hod. *skouarn*) Vocab. Pro hac formula cornice occurrit ERN, in Pass.: *scowern* (auris) 71, 2. 3. 81, 2, et in Vocab.: *louuern* (vulpes; armor. *louarn* Buh. 32, 8), *lifern* (talus), *hoern* (ferrum), quamvis in hoc sint etiam *scouarn*, unde *scouarnoc* (lepus, i. e. auritus), et *lugarn* (lucerna; hibern. vet. *luacharnn*, cambr. hod. *llygorn*). In adj. *cadarn* (firmus, fortis, strenuus; cf. *cadar*, clypeus, et *cad*, pugna?) Mab. fq.

ORN, URN dubiae sunt, et substantiva ita terminata, quae sunt item generis masculini, videri possint composita, e. gr. *ceiseihorn* (fasciculus ligni, tantum quantum implet brachium, *ce-sail*) Mab. 2, 373. *ascurn* (os, ossis) Leg. 1. 11. 6, *ascorn*, *asgorn* (hod. *asgwrn*, pl. *esgyrn*) Mab. 1, 3. 9. 17, *ascorn* Vocab.

loscuru (cauda) Leg. 2. 1. 27, *Uoscurn* (hod. *Uosgwrn*, pl. *Uosgyrnau*) Mab. 1, 271.

R derivans britannica *a*) ad radicem vel derivationem jam praecedentem accedit sola per se, ut ceterae liquidae, jam in vetusta lingua cambrica: *cadr* (decorus) gl. Lxb. *guichr* (= cambr. hod. *gwychyr*) in alphabeto Nemn. *camdubr* (curva aqua) in cod. Lichf., compos. cum subst. *dubr*, quod est in Mab. *dwofyr*, *dwofr*, hodie *dior*. Ita et in Mab. 2, 238 nomen viri est *kelydr* et *kyledyr*. Deesse solet vocalis ante *r* accedente flexione: *llestri* (vasa; sing. *llestyr*), *kebystrou* (capistra; sing. *cepister* gl. Ox.) Mab. Leg.

In armoricis nominibus vetustis eadem scriptio occurrit, e. gr. in chartul. Rhedon. in nomine fluvii *Atr* Mor. 300, et in nominibus virorum *Rethwalatr* 1, 9. Mor. 293, *Redwalatrus* 2, 23, *Rivalatrus* 1, 14 compositis, ut cambr. *Catqualatyr* in libro Land. 124. Horum vox posterior *gualatr* (rex, gubernator) in *gualart* transformata invenitur in utraque lingua: cambr. *Catqualart* Chron. cambr. in praef. ad ed. Leg. p. IV, armor. *Rethwalart* Chart. Rhed. 1, 7. 38. *Reitqualart* Mor. 340. *Rivalart* 2, 15, eodem modo ut adj. *cadr* legitur in nomine composito gallico Belatucadrus et Belatucardus in inscriptionibus. Scribuntur etiam in Buh.: *loffr* (leprosus) 196, 21. *cuffr* (deditus, favens) 66, 2, et hodie quoque *kentr* (calcar), quae vox cornice est *kenter* (clavus) in Pass.

b) Praemittit vocales correptas, quarum frequentiores videntur *a* et *i*.

AR in subst.: cambr. *adar* (volucres) Leg. 1. 10. 4; 5. Mab. 1, 8, cum nota singularitatis inficiente *eterinn* in gloss. Oxon., e cujus radice cum *n* derivante sunt *atanocion* (gl. aligeri) et *etn*, *etinet* (avis, volucres) in glossis Lxb. et Oxon. *Uachar*, *tanllachar* (splendor, ignis) Mab. 3, 304. cambr. corn. armor. masc. *lavar* (verbum, sermo) fq. armor. *glachar* (dolor, hod. *glac'har* fem.) Buh. fq.

In adjectivis: cambr. *helabar* (eloquens) gl. Oxon. *athrugar* (miserandus) Mab. 1, 263. corn. *amlafar* (infans; i. e. non loquens), *bothar* (surdus) Vocab. armor. *bouzar* (surdus) Buh. 154, 10. *clouar* (dulcis, amabilis) 54, 25. 62, 16. 92, 19.

ER, IR formulae alternantes in dialectis, interdum omnino abjicientes vocalem. Cambr. *duofyr*, *duofr* (aqua) fq. *llestyr*, *llestr* (vas) fq. corn. *lester* (navis), *troster* (trabs), *nader* (serpens) Vocab. armor. *amser* (tempus), *niuer* (numerus) Buh. fq. ER sola convenit cambricis *amser* (tempus) fq. *ucher* (vespera) Mab. 1, 24. 31. *nimer* (numerus) gl. Oxon., *niuer*, *nifer* Mab. 1. 16. 22. Masculina sunt haec cambrica tam in *-yr*, quam in *-er* exeuntia: *y duofyr honnno* Mab. 3, 301. *niuer a honnno* Mab. 1, 16. *yr amser hunnu* (contra fem. hibern. *aimser*) Leg. praef. Plur. *-ed*, *-oed* (hod. *-oedd*, *-odd*): *dyfred* (contra *llestri*, vasa, p. 230), *niueroed*, *amseroed* (p. 298).

OR primitiva correpta rarior est, forsan in cambr. *ragor* (praegressio) Mab. 2, 36, in corn. *sichor* (siccitas), *glïbor* (humor) Vocab.

UR obtinere videtur in frequentibus substantivis cambricis desinentibus in *-ur*, *-ior* vel *-iur*, *-yur*: *guytur*, *gwyltor* (vigilator) Leg. 1. 37. 1. Mab. 1, 32. *twylltor* (deceptor) Mab. 1, 26. 32. *brator* (proditor) Mab. 1, 26. *yspeithor* (spoliator) Mab. 1, 37. *yslïpanur* (politor) Mab. 2, 228. *gellyngur* (dimissor) Mab. 2, 227. *treissïur* (oppressor) Leg. 2. 11. 50. *yspythyur* (hospitii fundator, gubernator) Mab. 1, 37. Sed tractantur haec veluti composita cum subst. *gur* (vir), plur. *guyr*: *reyhur*, *reythur* (vir legis, iudicii), plur. *reythuyr*, *reïhtwyr* Leg. 2. 8. 4. *amodur* (pactor, e subst. *ammod*, pactum, ibid.), plur. *amoduir* Leg. 2. 5. 1. *mïhur* (miles) Mab. 1, 7, plur. *mïlwyr* Mab. 2, 231. 235. *ryssur* (vir ferus, heros) Mab. 2, 236. 243, plur. *rysswyr* Mab. 2, 245. Pro derivatione tamen certare videntur tam vetusta jam nomina Vecturius, Vecturiones, Mammurius (de quibus cf. p. 180), quam formationes cambricae: *Arthur* (n. propr., hibern. *Artur*) fq. et cum *i*: *mïloryeid* (militaris) Mab. 2, 24. *popuryes*, *pophuryes* (pistrix; masc. hod. *pobwr*, pistox) Leg. 1. 31. 8. *golchuryes* (lotrix; cambr. hod. *golchur*, lavator) Leg. 1. 31. 11; 42. 1. *kennadwri* (legatio) Mab. 1, 280.

Praeter has simplices memoranda est amplius duplex formula -T-R in quibusdam variationibus obvia, cum praecedente vocali brevi mares significans in supra allatis *gualatr*, *gualatyr*, *gwaldyd* et *kelydr*, *kyledyr*, quibus addo hic *aradar*, *arader* (aratrum; cambr. hod. *arad*, *aradr*, armor. *arar*) Vocab. *tarater*, *taradyr*

(terebra; cambr. hod. *taradyr* masc.) gl. Oxon. Leg. 2. 1. 4. *paladar*, *paladyr* (hasta) Leg. 2. 1. 65. Mab. fq. Porro cum vocali producta in cambr. *amherawdyr*, transsumto lat. *imperator*, juxta quod tamen ponendum est vernaculum *llywawdyr* (gubernator).

Cornica hujusmodi etiam occurrunt in Vocab.: *piscadur* (piscator), *ruifadur* (remex, nauta), *cuscadur* (dormitor), concordantia cum hodiernis cambr. *pascadur* (pabulator), *pennadur* (princeps). Armoricum porro exemplum videtur *penedour* (afflictione gravatus: *castizet ha loffr meurbet ha penedour*) Buh. 196, 21.

Armorica contra alia substantiva desinentia in *-adur* abstracta sunt e verbis formata, ita ut haec terminatio e lat. et roman. *-atura*, *-tura*, *-iture* orta videri possit, e. gr. in his: *pligadur* (voluntas, beneplacitum) Buh. 40, 1. 48, 23. *cræadur* (creatura, infans) 48, 24. 100, 20. 102, 7. Hodierna ita terminata masculina sunt, ut *breinadur* (putredo), *gwaskadur* (compressio), et addita *-ez* (= cambr. *-aeth*) fiunt feminina, e. gr. *deskadurez* (institutio), *berradurez* (breviatio).

Quaeritur inde, nonne ea terminatio sit variata secundum romanicam e cambrica et armorica primitiva TER, DER, formante abstracta item masculina, non e verbis quidem, attamen ex adjectivis. Cambrica exempla: *cochter* (rubedo), *gwynder* (albedo) Mab. 1, 257. *iawnder* (aequitas) 2, 21. *kyflawnder* (plentitudo) 2, 33. *blinder* (fatigatio) 2, 19. *dogynder* (sufficiencia) 2, 27. 40. *balchder* (superbia) 2, 7. *amylder* (varietas) 2, 20. 27. *cymedrolder* (vicissitudo) 2, 8. 32. Est hujus etiam variatio cambrica TRA: *esmwythder*, *esmwythdra* (luxuria, laetitia) Mab. 2, 32. 34. *gwychedra* (strenuitas) 2, 66. *ehouyndra* (intrepidus animus) 3, 153. Ob subst. armor. *tra* (res) quaeritur, annon possit statui compositio, non solum in his, sed etiam in illis vocabulis.

Cornica: *gwander* (debilitas) Pass. 68, 3. 171, 3. 173, 4. *tunder*, *tomder* (calor) Vocab. Pass. 58, 3. Armor. *hirder* (longitudo) Buh. 12, 17.

c) Cum vocalibus productis derivantis *r* formula frequentior est *ÂR* in substantivis generis masculini plurimam partem.

Cambrica exempla: *callaur* (hod. *callawor*, plur. *callorau*, masc., sed fem. armor. hod. *kaoter*, pl. *-iou*, et jam *caldaria* ap. Greg. Tur. de glor. conf. c. 98, ital. *caldaja*, gall. hod. *chau-*

dière) Juvenc. Cantabrig. *hestaur* (sextarius; hod. *hestaur*, pl. *hestorau*, feminini generis in lexicis) gl. Oxon. Viros significantia: *pispaur* (leg. *pippaur*? tibicen) gl. Oxon. *heussawor* (pastor), *porthawor* (portarius; hod. *heusawor*, *porthawor*, pl. *-orion*) Mab. 1, 1. 2, 201. 215. 216. *carcharawor* (captivus) 1, 254. 2, 231, plur. *karcharoryon* (p. 294) Mab. 2, 372, concordantia in forma et flexione cum adj. in *-aul*, *-auc* (p. 294). Compositum cum subst. *awor* (hora) videtur *neithawor* (nuptiae; hod. *neithawor*, *neithior* fem.) Mab. 2, 221. 223.

Cornica in *-or* e Vocab. (in quo etiam *-oc* est pro *-auc*): *caltor* (cacabus; = cambr. *callawor*), *bathor* (numularius), *maidor* (caupo), *haloinor* (salinator), *harfellor* (fidicen), *darador* (ostiarus). Sunt etiam desinentia in *-ior* in eodem: *redior* (lector), *grauior* (sculptor), *heirnior* (faber, ferrarius), *teleinior* (citharista). Sed quaeritur, annon haec et antecedentium aliqua convenient cum cambricis *-or*, *-yor*.

Armorica in *-er* (p. 113) e Buh.: *diner* (denarius), *pilar* (pila; hod. *diner*, *pillier* masc., pl. *-ou*) 54, 12. 162, 2. Viros significantia: *barner* (judex) 152, 7. *noter* (notarius) 156, 22. *croeer*, *croer* (creator) 22, 11. 90, 15. 124, 20. 176, 1. *diviner* (divinator) 82, 22. Plur. *-erien* (p. 295).

Formula EIR in subst. *Uesteir* (impedimentum; hod. *Uestair* masc., plur. *Uesteiriau*) Mab. 1, 5 convenit cum derivante *-ein*. Cambr. vet. *caitoir* (pubes) gl. Oxon. est *hedor* in Leg. 2. 1. 21, hodiern. *cedawor*, *cedor* masc., armor. *kezour*, *kaezour*; corn. *ulair* (gl. peplum) Vocab. cambr. hod. *uliar* masc.

d) RR derivans non occurrit.

2. Derivatio spirantium.

Praeter S praevalentem in derivatione inter spirantes etiam J et V derivantes in pluribus formulis ostendunt jam nomina gallica vel britannica vetusta (p. 745. 746). Utramque hanc derivantem adhuc cambrica lingua servat.

J derivantem licet statuere in terminatione plur. *-eion*, e. gr. in *gwesteion* (hospites) Mab. 1, 271, quod nostra scriptio esset *gwestejon*, e *gwestei*, vel ut hodie scribunt *gwestai*. Sunt hujus derivationis nomina virorum vetusta cambrica in *-ei* desinentia

jam supra prolata (p. 148), convenientia cum vetustis gallicis in *-ejus*, *-eja*. Ejusdemque sunt etiam hodierna non infrequentia appellativa in *-ai*, plur. *-eion*, masculina: *gwestai* (visitator, hospes), *blotai* (farinarius, mendicus farinae), *cardotai* (mendicus), interdum etiam communis generis: *magai* (nutritor, nutrix), *dyhuddai* (pacificator, pacificatrix). Amplius propagantur in *-eiad*, *-eieth* etc., et ipsa ante se habent verba denominativa in *-a*, *-aw*, ut *gwesta*, *dyhuddaw*.

V, in duabus praecipue formulis AV et IV persistens, derivans et fungens consonae munere bene perspicitur in duplici derivatione *-awic*, *-ewic*, e. gr. in *Lletewic*, *Lledewic* (e Letavia oriundus, = Litavicus Caes.; plur. *Letewicion** ap. Nennium) Mab. 2, 238. 239. 242, e *Llydaw* (Letavia, Britannia armorica). Eodem modo formari potest *Cernywic* e *Cernyw* Mab. fq., nomine regionis Cornubiae, et nomine item locorum, i. e. Cornoviae (cf. Durocornovium, Brit. loc., Itin. A., juxta quod tamen legitur etiam nomen *Κορνουίτοι*, pop. Brit., ap. Ptol.), cujus *-ov* in recentiore lingua transiit in *-iw*. Simplex, indeque finalis, utraque derivatio exstat in pluribus exemplis, vetustis praesertim nominibus, tam cambricis quam etiam armoricis, jam supra enumeratis (p. 150), in formis *-au*, *-iau* (lat. *-iavus*), *-iu* (lat. *-ivium*), quae hodie sunt *-aw*, *-yw*.

S derivans. a) Annexa radici: cambr. *camse* (camisia) Mab. 2, 218, corn. *cams* (gl. alba) Vocab.

b) Simplex accedens cum vocalibus correptis, quarum *a* et *u* sunt frequentiores. Si sequitur flexio vel alia derivatio, duplex apparere solet, ita ut dubium esse possit, an statuenda sit derivatio geminata SS, ut *nn* in exemplis derivantis *n*, *nn* (p. 793). Videtur tamen magis simplex obtinere hic, si conferuntur exempla *s* et *ss* alternantis supra prolata (p. 141).

AS in substantivis femininis abstractis e substantivis nec non

* A vetusto interpolatore Cambro: nos illos, Britones armoricos, vocamus in nostra lingua *Letewicion*, id est, semitacentes, quoniam confuse loquuntur. Nenn. ap. Gale c. 23, Nenn. et Gild. ed. San-Marte p. 44, not. (cf. Mab. 3, 275. 294). Est falsa interpretatio e cambr. *lled* (semi-, dimidius), et *taci* (tacere).

in adjectivis. Cambrica substantiva e Mab.: *dinas* (munitio, oppidum: *yr dinas honn* Mab. 1, 290) 1, 16. *ordas* (honor, dignitas) 3, 298. *kymmwynas* (communicatio) 2, 12. *kyweithas* (societas) 1, 23. *kedymdeithas* (societas) 1, 236. 261. *galanas* (caedes, homicidium) Leg. fq. *priodas* (nuptiae) Mab. 1, 21. *teyrnas* (dominium) 1, 247. 3, 297. 298. Duplicata scriptio spirantis in plur.: *dinassoed* Mab. 3, 274. 298. *teyrnassoed* 3, 298. *gwintasseu* (calces) 3, 265; in verbo denominativo: *ymgedymdeithassu* (associari invicem) 3, 149. Cornica: *cowethas* (societas; = cambr. *cyweithas*) Pass. 110, 2. 186, 4. *dyskas* (doctrina) 79, 1.

Adject. corn. *ogas* (vicinus) Pass. 19, 4. 140, 2. 189, 3. 200, 1, pro quo cambr. *agos* (hibern. *acus*). Occurrit tamen eadem terminatio in nominibus virorum cambricis, e. gr. *Gildas* Mab. 2, 22. 391.

ES in cambricis collectivis generis feminini: *llyghes*, *llynghes* (classis; e *llong*, navis) Mab. 3, 264. 269. 300, e quo nom. pr. *Lyggesauc* Lib. Land. 140. *dauattes* (grex ovium; *dauat*) Mab. 2, 215. Porro in *llawes* (manica; hibern. vet. *lamos*, e *lám*, manus) Mab. 3, 269, plur. *lleuys* (hod. *llewys*) Leg. 1. 12. 6: *neges* (negotium: *y neges honno* Mab. 1, 260), plur. *negesseu* Mab. fq., *nekesseu* Leg. 1. 13. 14. *gormes* (afflictio, infortunium) Mab. 1, 293. Est disjungendum ab his et generis masculini cambr. corn. armor. *maes* (campus, planities; e simpl. *ma*, *mag*, p. 5 not.).

IS in substantivis cambricis: *ynys* (insula; fem.: *yr ynys honn* Mab. 1, 246) Mab. fq., plur. *ynysed* Mab. 2, 391. *euullys*, *ewyllys* (voluntas; hod. *ewyll*, *ewyllys*, masc.) Leg. 2. 11. 38. Mab. 2, 24. 26. *gregys* (cingulum; hod. *gwegys* masc., plur. -au) Leg. 2. 6. 41. In adjectivis: *dilis*, *dylis* (hod. *dilys*, certus, securus; hibern. vet. *diles*) Leg. 2. 1. 54; 5. 2. *hyspys* (manifestus, certus) Mab. 1, 7. 11.

OS: corn. *airos* (puppis; hibern. vet. *eross*) Vocab. Cambr. subst. *kyfagos* (vicinitas) Mab. 1, 3. 31. 236, adj. *agos* (vicinus) Mab. 1, 24. 25. 239.

US et IUS, frequentes terminationes, formantes adjectiva praesertim e substantivis. Cambrica: *goualus* (tristis; *goual*) Mab. 1, 244. *agkyghorus* (demens, sine consilio; *cyghor*) 2, 54. *gorawenus* (triumphans; *gorawen*, gaudium) 2, 385. 386. *galarus* (miser; *galar*, miseria) 1, 272. *enrydedus* (honorabilis; *enryded*,

honor) 1, 33. 263. *ryuygus* (arrogans) 1, 242. 249. 253. *lhwydyannus* (prosper, felix) 2, 27. 3, 297. *cywelydyus* (inhonestus; hod. *cywilydd*, pudor) 1, 244. Compar. *iachussach* (magis sanus) Mab. 3, 271 ex *iachus* obvio pro *iach* (sanus).

Cornica et armorica: *badus* (lunaticus), *gothus* (superbus; *goth*, superbia) Vocab. *anafus*, *anaffus* (perturbatus, sollicitus; *anaf*, perturbatio, 58, 19) Buh. 56, 19. 126, 14. *quenedus* (formosus) 148, 9. *morchedus* (tristis, infelix) 126, 9. 13. *sterius* (foetidus; *flair*, odor, Vocab.) 68, 13.

Addi poterunt etiam substantiva quaedam cambrica desinentia in *-ws*: *drws* (janua; cf. corn. *darat*, ostium, Vocab., et hibern. vet. *doirsib*, gl. portis, Ml. 27^b) Mab. 1, 15. 250. *madws* (tempus impletum, opportunitas) Mab. 1, 33.

Subjungo his omnibus terminationem frequentissimam ES formantem substantiva feminina e masculinis, in qua magis geminata liquida derivans statuenda videtur ob lat. *-issa* et gall. hod. *-esse*.

Cambrica exempla: *kor ar gorres* (pygmaeus et pygmaea, *corres* 1, 241) Mab. 1, 243. *unbennes* (domina; masc. *unbenn*) 1, 14. 289. *iarlles* (comitissa) fq. *arghwydes* (domina; *arghwyd*) 1, 17. 251. *marchoges* (eques femina) 1, 255. 294. *manaches* (sanctimonialis) 1, 251. *amherodres* (imperatrix; *amherawdyr*) 1, 280. *camraes*, *camaraes* (Cambra) Leg. 2. 1. 58; 59; 61. Occurrit et IES: *pophuryes* (pistrix; hod. *pobwr*, pistor) Leg. 1. 31. 8. *golchuryes* (lotrix) Leg. 1. 31. 11. Plur. *mynachesseu* Mab. 1, 252.

Cornica e Vocab.: *caites* (serva), *laines* (nonna), *ruifanes* (regina), *arludes* (domina), *manaes* (monialis), *canores* (cantrix), *rediores* (lectrix), *hvirnores* (crabro) etc. E Pass.: *mipternes* (regina) 226, 2. *pehadures* (peccatrix) 32, 1.

Armorica: *heizes* (cerva) Buh. 30, 19. *guerches* (virgo) 18, 16. 22, 7. 44, 9. 46, 2, pro quo *guerchez* 92, 19. *leanes* (sanctimonialis) 18, 2. 20, 8. 12. 22, 5. *Bretones* (Britanna) 140, 3. Addita etiam adjectivis invenitur interdum: *santes*, *sanctes* (sancta) Buh. 46, 2. 140, 3. *brases* (praegnans; adj. *bras*, magnus, crassus) 74, 20. 92, 6, unde particip. *brasesset*, *braseset* (impraegnata) 42, 20. 46, 14. Hodierna scriptio armorica est *-ez*.

c) Cum producta vocali formula *ÊS*, *ÎS* proponi debet ob substantiva et adjectiva quaedam.

Substantiva collectiva in *-wys*, armor. *-is*, jam supra memorata sunt (p. 299). Discrepant cambrica fem. in *-uys*, *-wys* (forsan composita cum obsoleto substantivo): *mamwys* (maternitas; hod. *mamwys*) Leg. 2. 1. 59. *rackwys* (praecedentia; hod. *rhagwys*) Leg. 2. 2. 1.

Adjectiva cambrica: *tuscois* (gl. tuscus) gl. Oxon. *amdyf-rwys* (aquosus; *dyofr*, aqua) Mab. 3, 265. 269.

ÂS subest formae cambricae subst. *achaws* (causa; hod. *achos*, pl. *-osion*, masc.) Mab. 2, 35. 3, 98. 300, dum in hibernica *accuis* (p. 173) brevis vocalis obtinere videtur.

3. Derivatio mediarum.

B derivans in paucissimis vocibus certa est, e. gr. in subst. cambr. *cledyf*, plur. *cledyfeu* (gladius) Mab. fq., armor. *clezef*, *clezeff* (hod. *kleze* masc., plur. *klezeier*, p. 295) Buh. 90, 10. 152, 3 ob hibern. vet. *claidēb*, et in adj. *araf* (mitis, placidus), unde verb. *arafhau* (quietum esse, quiescere) Mab. 2, 381, si conferuntur vetusta nomina gallica virorum Arabus, Intarabus, et fluviorum Arabo, Arar (p. 14, not., et 751). De aliis dubium est, utrum huc pertineant, an ad *m* derivantem: *guanaf* (horreum, series; hod. *guanaf* fem., pl. *-au*) Leg. 1. 35. 9. *kynmeddyf* (habitus, consuetudo; hod. *cynmeddyf* fem., pl. *cynneddfau*) Mab. 1, 276. 2, 50. 208. *twryf*, *tworof*, *kynmwryf* (tumultus; hod. *twryf* masc., pl. *tyrfodd*) Mab. 1, 8. 13. 29. 290.

D multo frequentior est in derivatione, praecipue cum vocalibus correptis *e*, *i*, rara tamen etiam cum ceteris et cum productis. Correptae formulae conveniunt cum hibernicis *-ad*, *-ud*. Non vestigium est tamen flexionis derivativae ordinis secundi declinationis, e. gr. in *tene*, gen. *tened* (ignis), quod est cambrice *tan*. Ad comprobendam *d* primitivam, non ortam destitutione, addentur exemplorum hodiernae scriptiones cambricae cum *dd*.

ED in substantivis abstractis ex adjectivis; pauciora sunt diversae originis. Cambrica sunt masculina: *culed* (macies; hod. *culedd* e *cul*, macer), *cared* (amor; *caredd*), *crichead* (ruga; *crychedd*) in glossis Oxon. *bicoled* (vecordia; cf. hod. *bygowl*, mina-

tio, *bygytu*, terrere) in glossis Lxb. E Mab.: *mawred* (magnitudo; hod. *mawredd*) 1, 10. *goruoled* (triumphus, gaudium; hod. *gorfoledd*) 2, 31. *amgeled* (sollicitudo; *amgeledd*) 2, 37. 39. *diwed* (finis; *diwedd*, hibern. vet. *dead*, *diad*) 1, 3. *dewred* (valor, fortitudo; *dewredd*) 1, 3. 247. 273. 2, 29. *trugared* (misericordia; *trugaredd*) 2, 376.

Inter glossas Oxonienses cum eadem terminatione etiam occurrunt subst. *emed*, pl. *emedou* (aes), adj. *celmed* (efficax), quae hodie sunt *efydd*, *celfydd*.

Armorica quaedam huc pertinentia: *diuez* (finis) Buh. 102, 16. *bihanez* (parvitas; cambr. hod. *bychanedd*) 72, 11. 182, 13. *truez*, *truhez*, *trugarez* (misericordia) 80, 13. 106, 2. 120, 2. 122, 4. 194, 19. *guirionez* (veritas) fq. In hodiernae linguae lexicis inuenio *divez*, *bihanez* attributa generi masculino, sed feminino *trugarez*, *gwirionez*. Feminina sunt etiam hodierna exeuntia in *-elez*, *-igez*, *-egez* ex adiectivis in *-el*, *-ik*, *-ek*, e. gr. *santelez* (sanctitas), *pinvidigez* (opulentia), *gwiziegez* (scientia), transducta in hoc genus, ut videtur, confusione cum derivatis in *-ez*, cambr. *-aeth*, primitus femininis, ni omnino sunt referenda ad hanc derivationem.

ID in substantivis cambricis significantibus viros exercentes artem vel officium: *medyd* (coctor mulsi; hod. *meddydd*, plur. *meddyddion*) Leg. 1. 17. 1. *kynydd*, plur. *kynnydyon* (venator; hod. *cynydd*) Mab. 2, 209. 225. 244. *melinydd* (molitor; *melinydd*) Mab. 1, 278. 279. Cornica ita terminata scribit cum tenui more suo (p. 164) Vocab.: *piphit* (tibicen), *brodit* (iudex; subst. *brawt*, iudicium), *pridit* (poeta; cambr. hod. *pibydd*, *prydydd*). Quod item inuenitur etiam in Leg.: *kenyt* (venator) Leg. 1. 16. 1. *medyt* (medi coctor), *hebogyt* (falconarius) 1. 1. 1. *kanhuyllyt*, *kanuyllyt* (candelarius) 1. 1. 1; 9. 25. Addenda est his formula duplex ETID, ITID (hod. *-edydd*, *-iedydd*; an ex *-iatid*?): *llemhidydd* (saltator) Mab. 2, 209. *Medyr vab Methredydd* (Jaculans filius Jatulatoris; n. propria, cf. p. 97) 2, 211, unde rectius etiam *dremidydd* erit ibidem 2, 208: *Drem vab Dremidydd* (*drem*, visus, lux, 2, 221).

Item in aliis substantivis masculinis etiam significantibus res: *estid* (gl. sedile, gl. theatrum; cf. verb. hod. *eistedd*, sedere), *gubennid* (cervical; *gobennydd*, pl. *gobennydyeu* Mab. 1, 2. 4, hod. *gobennydd*, pl. *-yddau*) in glossis Oxon. E Mab.: *mynydd*, pl. *mynydded* (mens; *mynydd*, pl. *-odd*, p. 298) 1, 11. 27. 288. *be-*

dyd (baptismus; *bedydd*) 1, 265. 266. *crefyd* (religio; *crefydd*, hib. vet. *crabud*) 1, 16. *emennyd* (cerebrum) 1, 13. *cynnyd* (augmentum, valor; *cynydd*) 1, 262. *defnyd* (figura, materia) 2, 219. *llewenyd* (gaudium; *llawenydd*) 2, 31. *lleueryd* (sermo, oratio; *lleferydd*) 2, 240. *lluossyd* (multitudo) 2, 27. *kerennyd*, *karenhyd* (amicitia, favor; hod. *carenydd*) fq.

Cornice ut armorice vocalis *e* obtinere solet, et cornice etiam obliterari media, ut *b* in *cleze* (gladius), etiam in his: *lowenny*, *lowene* (gaudium; cambr. hod. *llawenydd*) Pass. 30, 1. 65, 2. *cerense* (amor; cambr. *carenydd* = *cerentid*, *carantid*) 58, 4. 223, 3. In aliis tamen servata est: *meneth*, plur. *menythyow* (mons) Pass. 16, 1. 170, 1. *deueth* (finis) 40, 4. Armorica exempla: *badez* (baptisma) Buh. 52, 6. *leuenez* (gaudium) 46, 17. 146, 3. 5. *carantez* (amor) 34, 7. 36, 11. 52, 10. 110, 4. Hodierna haec in *-ez* sunt generis feminini.

Eandem terminationem exhibet etiam adj. cambr. *newyd* (novus; hod. *newydd*) Mab. 1, 3, corn. *newyth* Pass. 107, 4. 233, 2, armor. vet. *nowid* (cf. p. 107), recent. et hod. *neuez*, *nevez*.

UD in voce cambr. *muchud* (lapis niger; hod. *muchudd* masc.) Mab. 1, 251. 257. 283.

Producta vocalis *é* derivans cum hac media non satis certa est, quia cambr. vet. *notuid* (acus; hod. *nodwydd*, *nydwydd* fem., pl. *-au*, armor. *nadoz*, pl. *-osiou*) gl. Oxon. solvi poterit in *notu-id*, et cambr. *arghwyd* (dominus; hod. *arghwydd*, pl. *-i*) Mab. fq., corn. *arlut*, *arluth* Vocab. Pass., putari compositum.

EID (hod. *-aidd*) formantis adjectiva, ita ut videatur derivatio, infra proferentur exempla inter composita, quia est suae propriae radice.

G derivans infectione perdita statui debet in vocibus quibusdam, e. gr. n. propr. viri *gelhi* in cod. Lichfeld., quod ibidem etiam scribitur *gelhig*, in particula *gwedy* (post, postea) e vet. *guetig*, et supponi possit aliis terminatis a vocalibus. Non dubia est *g* primitiva derivans in verbis denominativis cambricis in *-aam*, *-aaf*, si comparatur hibernica horum forma (p. 756). Vetusta exempla jam enumerata sunt (p. 498), quibus addo hic item factitativa e Mab.: *ef agadarnhasi* (ipse affirmabat; i. e. fir-

mum fecit, ex adj. *cadarn*) 3, 301. *ac ae hofnockaei yn gymeint* (et terruit eos ita; i. e. timidos fecit, ex adj. *ofnawc*) 3, 299. Non diversae formae sunt neutra denominativa congruentia cum hibernicis in *-igim*: *megys ygnottayssai* (ut consuetus erat) Mab. 3, 304. *hyt trabarhaawd yoes* (donec durabat vita ejus) 3, 299. *ny cheit byth trabarhaei bwyf a llynn* (non caperetur unquam, castrum, donec duraret cibus et potus) 1, 252. *tristau, arafhau* (tristem, quietum esse) 1, 26. 2, 381. Sunt armorica hodierna ejusmodi verba ex adjectivis vel substantivis: *bihanaat* (demi- nuere, parvum facere vel fieri), *c'hoantaat* (desiderare), *peoc'haat* (pacificare).

Mediarum derivantium connexarum exempla rariora sunt etiam cum liquida nasali. MB et ND substituendae sunt formis infectis hod. cambr. *colomen* (columba) cum nota singularitatis e *colom*, et *ysgrifenu* (scribere), *ysgrifenuor*, *ysgrifenydd* (scriptor), corn. *scriuiniat* (scriptor) Vocab., si confertur hibern. vet. *scri- bend*. Integra servata est sola formula NG frequentior etiam in cambricis vocibus: *ynhustying* (susurrans; hod. *husting*, sibilare, ex *hust*, susurrus) Mab. 2, 54. *teilyngdawot* (dignitas) Mab. 3, 298 ex adj. *teihwng* (dignus; cf. hibern. vet. *tualang*); praesertim in verbis (cf. p. 518): *gellhwng* (dimittere), *gestwng* (submittere), *hebrwng* (comitari, conducere) Mab. 1, 7. 31. 3, 145. E verbo *hebrwng* tamen derivatum corn. *hebrenciat*, *hebrenciat* (dux) Vocab. indicare videtur potius tenuem.

4. Derivatio tenuium.

P derivans rarior ceteris in paucis his formulis occurrit.

EP in substantivis cambricis: *h:::nep* (facies) gl. Oxon., *hwynep* Leg. 1. 2. 3, *hwyneb* Mab. 1, 240, alibi *gwyneb*. *motrep* colligi debet e plur. *modreped* (materterae; cambr. hod. *modryb*) gl. Oxon. Idem subst. corn. *modereb* occurrit in Vocab., et ar- mor. *enep* (facies) in Buh. 124, 7.

Frequentiores sunt duplices formulae TAP, TEP, INEP, ab- stracta formantes ex adjectivis: *kyweirdeb* (apparatus), plur. *ky- weirdabeu* (etiam hodie *-dab* et *-deb*) Mab. 1, 5. 15. 237. 238. *kyssondeb*, *anghyssondeb*. (harmonia, disharmonia) Mab. 2, 21. 46. *gwylltineb* (feritas) Mab. 1, 236. Sunt masculina haec in ho-

dierna lingua, ut *gwyneb* (facies), *godineb* (fornicatio), *cyweirdeb*, *cysandeb* etc.

IP in adj. cambr. *kyffelyp*, *kyffelyb* (similis; e *kyfal*, *cy-mal*) Mab. 1, 5. 23. 247.

T cum sequente tenui frequentius inservit derivationi. a) Accedens sola per se non intermedia vocali: cambr. *clot* (*clot*, gloria; hod. *clod* fem.) gl. Lxb. Mab. fq. *aperth* (victima; = *at-ber-t*, hod. *aberth* masc.) gl. Oxon. In vocibus obviis in armoricis vetustis nominibus compositis *-cart*, *-gent*, pro *carat*, *genot*, et in formulis *-tît*, *-tât* etc.

b) Accedens cum vocalibus correptis. AT in substantivis masculinis cambricis: *cannat* (vas) gl. Oxon. *llygat*, pl. *llygeit* (oculus) Mab. 2, 220. 385. *dïllat*, *dÿllat* (vestimentum) Leg. Mab. fq. Item in armor. *lagat*, *laguat* (oculus; hod. *lagad* masc.) Buh. 104, 16. 106, 12. 120, 5, corn. *lagat* Vocab. IAT (hod. *-iad*, pl. *ieid*) derivans item cambrica masculina e verbis, interdum nominibus: *guiliat* (qui videt), *orgiat* (gl. caesar; i. e. qui caedit) in gl. Oxon. *grefiat* (notarius) cod. Lichfeld. *rodiat*, *rodyat* (dispensator) Leg. 2. 1. 28; 4. 8. *meichat*, *meichiat* (pastor suarius) Mab. 2, 196. Cornica e Vocab.: *cheniat* (cantor), *vurcheniat* (incantator), *renniat* (divisor), *brenniat* (proreta), *helhiat* (persecutor), *scriciniat* (scriptor), *guirleueriat*, *gouleueriat* (veridicus, falsidicus; dictor, qui dicit), *hebrenciat*, *hebrenciat* (dux). Eadem forma in n. propr. virorum armoricis: *Winmochiat*, *Anbudiat* Chart. Rhed. 1, 17. 2, 21.

Sunt ejusdem terminationis (hod. *-iad*, pl. *-iadau*, masculina, quaedam etiam feminina, e. gr. *caniad*, pl. *-iadau* cantus) abstracta cambrica e verbis: *caryat* (amor) Mab. 1, 17. 21. 37. 2, 34. 35. 3, 300. *gwydyat* (cognitio) 3, 300. *dyuotyat*, *dyuodyat* (adventus) 2, 15. 23. 3, 300. *kymellyat* (conditio) 2, 24. *kankhyat*, *kennyat* (permissio) fq. *edrychyat* (inspectio) 1, 29. Eandem formam derivationis et numeri ostendit jam inter glossas Lxb. *guiltiatou* (gl. tonsurae) e subst. *gwallt* (caesaries).

Rariora sunt abstracta terminationis *-at*. Cambrica: *kennat*, pl. *kennadeu* (hod. *cennad* fem., pl. *-adau*, missio, itemque legatus) Mab. fq. *cawat* (tempestas; hod. *cawad* fem., pl. *-adau*)

Mab. 1, 8. 23. Corn. *anuabat* (sterilitas) Vocab. Armor. *barat* (perfidia; hod. *barad* masc.) Buh. 170, 10.

Rara etiam sunt adjectiva derivata in *-at*: *guilat* (hilaris) gl. Oxon. *girat* (lamentabilis) Mab. 1, 16. 3, 302. *gwastat* (planus, aequus), *anwastat* (iniquus) Mab. 1, 31. 238. 2, 372.

Ex hac formula infectione orta (cf. p. 99) putanda est cambrica EIT formans substantiva et adjectiva e substantivis. Substantiva significantia quantitatem quam capit nomen, a quo fit derivatio: *carreyt* (currus plenus, quantum currus capit; e *carr*) Leg. 2. 1. 34. *kawgeit* (quantum capit lanx; *cawc*) Mab. 1, 8. 13. *dyrneit* (manipulus, quantum manu capitur; *dorn*) Mab. 1, 238. *corneyt* (cornu plenum), *gocreyt* (quantum cribro continetur; *goger*) Leg. 1. 8. 6; 12. 16; 35, 14. *ffioleit* (quantum capit calix), *arffedeit* (sinus plenus) Mab. 2, 59. 373. *kerwynet*, *kerwyneit* (quantum continet cupa) Mab. 3, 302; praeterea *lloneit* (plenitudo, quantum implet) Leg. Mab. Alius significationis substantiva ita derivata rariora sunt, e. gr. *ireit* (unguentum: *ar ireit kwon*) Mab. 1, 27.

Genus fluctuasse videtur in his. In chartis medii aevi legitur non solum *carrata*, *carrada* (quod currus capit, = cambr. *carreit*), sed etiam *carretum*, *carrotum*, *carradium* (cf. Cangium s. v.). Invenitur feminina constructio in Mab. 2, 59: *y ffioleit honn*, dum cambrica hodierna in *-aid* sunt masculina, ut *carraid* e *carr* masc., *cerwoynaid* e *cerwoyn* fem. Mire hodierna armorica lingua, quae servat terminationem *-ad* (= *-at*), genus primitivi etiam transfert in derivatum, e. gr. e masculinis *karr* (currus), *dourn* (manus), *boutek* (labrum) formans masculina *karrad*, *dournad*, *boutegad*, e femininis *bag* (scapha), *loa* (cochlear), *lewr* (area) feminina *bagad*, *loiad*, *leuriad*.

Adjectiva eodem modo derivata e nominibus metallorum leguntur cambrica: *eureit* (aureus) Mab. fq. *aryanneit*, *aryannahyeit* (argenteus) Mab. 2, 200. 3, 264.

ET frequens in substantivis masculinis abstractis, derivatis ex adjectivis, e quibus alia exempla jam enumerata *-ed* (hod. *-edd* masc.) offerunt. Cambrica exempla e Mab.: *isset* (profunditas) 3, 299. *uchet* (altitudo) 2, 233. 3, 273. *duet* (nigredo), *cochet* (rubedo) 1, 257. *daet*, *dahet* (bonitas, virtus) 1, 4. 252. *ysgawnet* (levitas) 2, 207. *tecket*, *teledivoet* (formositas) 3, 145. *anhawssset* (dif-

ficultas) 2, 51. *haccret* (deformitas) 2, 207. *drycket* (malitia) 1, 267. *bychanet* (parvitas) 2, 51. *calettet* (durities) 2, 49. 51. *cadarnet* (firmitas) 1, 252. *brenhineidet* (regia auctoritas) 2, 7. Constructio masculina in Mab.: *kerdet yw hwnn* (profectio; adj. hod. *cardd*, exsul) 2, 55. *yn yr agherdet hwnnw* (in solitudine hac; hod. *cerdded*, *angherdded* masc. item) 1, 266. Sunt etiam quaedam orta e substantivis vel verbis, formantia pluralem in *-ou*: *cilcet* (gl. stratorium), *cilchetou* (gl. vela; hod. *cylched* fem., pl. *-au*, a *cylch*, *cylchu* gl. Oxon. *cuntellet* (gl. collegium), *cuntelletou* (gl. collegia; *cynnhull*, congregari) gl. Lxb. Differt *delechedyon*, *deleedyon* (debita) Leg. 2. 1. 13 e *deleot*, hodie *dyled* item fem., plur. *dyledion*.

Armorica: *iechet* (sanitas) Buh. 46, 5. *quenet* (formositas) 38, 8. 46, 6. 98, 23. *cleuet*, *cleffet* (morbus) 174, 7. 198, 6. Hodie *ieched*, *klenved*, masc.

Eadem derivatio in cambr. adj. *calet* (durus; hod. *caled*), cujus servata tenuis in voce aucta supra allata *calettet* dupliciter scribendo notatur secundum scriptionem frequentiore duplicatae s (p. 141) aequae ut in verbis quibusdam derivatis cambr. *lletratta*, *llatratta* (latrocinari; hod. *lladrata*) Mab. 3, 156. 157. 158. *parattoi* (parare, expedire) 3, 299. 300. Cornica derivata ut hactenus enumerata fluctuant in vocalibus: *clevas* (morbus) Pass. 24, 3. *luhas* (fulmen; *luvet* Vocab., armor. *luffet* Buh. 94, 1) 209, 2. *calys* (durus) 209, 4.

IT in substantivis masculinis eodem modo ut *-et*. In cambricis: *bywyt* (vita) 1, 30. 2, 216. *rydit* (libertas) 1, 30. *tristi*, *tristyt* (tristitia) 1, 5. 18. *kedernyt* (firmitas) 1, 249. 257. Constructio horum masculina in Mab.: *marw or cleuyt hwnn* (mortuus ab hoc morbo) 2, 198. *y kavarwydyt* (historia) 3, 297. Sunt masculina etiam hodierna cambrica *bywyd* (vita), *rhyddyd* (libertas) etc. Discrepat in genere et forma armor. hod. *buez*, *bikez* (vita) fem., sed concordat *cleuet*, *klenved* cum aliis jam supra memoratis.

LIT (hod. *-llyd*) obviium derivationis loco in adjectivis, ut *-eid* (p. 804), infra inter composita proferetur.

OT, UT rariores formulae nec satis certae, e. gr. in adverb. cambr. corn. *isot*, *issot* (deorsum), *uchot* (sursum; cambr. hod. *isod*, *uchod*) Mab. 2, 200. Vocab., nisi orta vocalis est ex *d*, *au*,

in subst. cambr. *kenut*, *kynnut* (lignum, comburendum) Leg. 1. 38. 5; 6. Mab. 1, 31. 238, armor. *burzut* (miraculum; hod. *burzud* masc.) Buh. 46, 10. 106, 19, si non composita.

c) Accedentis cum vocalibus productis occurrunt formulae sequentes.

ÂT in substantivis cambricis, verber vel plagam significans re aliqua vel instrumento, cui additur derivatio, inflictam: *cleuydawot* (ictus gladio illatus; leg. *cledyuawot*?) Mab. 2, 213. *dernaud*, *dyrnawot* (proprie plaga manu vel pugno facta, a *dworn*, sed communiter ictum indicans) Leg. 1. 7. 21. Mab. fq. In lexicis hodiernae linguae notantur masculina *dyrnod*, *clddyfod*, pl. *-odau*, e masc. *dworn*, *clddyf*, sed feminina *arfod*, *palfod*, *ffonod* e fem. *arf* (instrumentum), *palf* (palma), *ffon* (clava), ita ut sint ut supra enumerata armorica in *-ad*. Notantur tamen etiam masculina *gorddod*, *bollltod* e femininis *gordd* (malleus), *bolll* (hasta).

Sunt etiam alia ejusdem terminationis substantiva: *aylaut*, pl. *aylodeu* (membrum familiae) Leg. 1. 5. 5. *deuawot* (mos, ritus, institutio) Mab. 1, 1. *tauawot* (lingua) Mab. 1, 11. 2, 382. 388. *gwaelawot* (solum) Mab. 2, 201. 3, 302. 303. *rynnawot* (momentum, tempus vel spatium parvum) Mab. 1, 3. 6. *bracaut*, *brachaut*, *bragaut*, *bragawot* (mulsum) gl. Oxon. Leg. Mab. *pechawot* (peccatum) Mab. 1, 243. Sunt etiam haec diversi generis in hodierna lingua, masculina *tafawot*, *gwaelawot*, *pechawot*, feminina *aelawot*, *defawot*, sed pluralem omnia formantia in *-odau*.

Adjectivum primitus videtur *priawot* (proprius): *ef ehun yny priawot person* (ipse in sua propria persona) Mab. 3, 303. Inde subst. masc. *priawot* (sponsus, maritus) Mab. fq., et *priodas* (nuptiae) Mab. 1, 21. Cornica substantiva: *tauwot* (lingua), *bregawot* (mulsum) Vocab. Armorica: *priet* (maritus) Buh. 126, 8. 13. *pechet*, pl. *pechedou* (peccatum) fq.

Duplicis porro derivationis formula TÂT, quae omnino con venire videtur cum lat. *-tât* (cf. hibern. vet. *-dôit*, p. 744. 768), non infrequens est. In cambricis substantivis (hod. *-dawot* masc.): *moruyndawot* (virginitas) Leg. 2. 4. 9. *guerendawot* (status puellae) Leg. 2. 1. 39. *escolectawot* (status scholaris) Leg. 1. 43. 11. *teilyngdawot* (dignitas) Mab. 3, 298. *agkemhendawot* (impudentia) Mab. 2, 65. Totum latinum videtur *kiwtawot* (civitas) Mab. 3, 298. 303. Corn. *huueldot* (humilitas) Vocab. Armor. *guerchdet*

(virginitas; hod. *gwerc'hted*, *gwerc'hded* masc.) Buh. 18, 8. 34, 17. 42, 3. *trindet* (trinitas) 72, 13. 98, 3. *leallet* (legalitas) 28, 15. *vuheldet* (humilitas) 206, 17. *crueldet* (crudelitas) 92, 21.

ÊT in substantivis quibusdam, nisi statuenda compositio (cum *gwoyt*?): *aehwoyt* (familia, domus; hod. *aehwoyd* masc., pl. *aehwoydydd*) Mab. 3, 299. *mordwoyt*, *mordwoyt* (femur; hod. *morddwoyd* masc., pl. *morddwoydydd*) Leg. 2. 1. 23. Mab. 1, 267. *breidwoyt* (somnia; hod. *breuddwoyd* masc., pl. *breuddwoydion*) Mab. 2, 392. 3, 264.

ÎT in quibusdam alternare videtur cum *-yt*, e. gr. in *rydit* (libertas) Mab. 1, 30. *tristit* (tristitia) Mab. 1, 5. TÎT autem, concordans cum lat. *-tât*, vindicanda est substantivis abstractis e nominibus: *ieuencit* (juventus) Mab. 1, 285. 2, 7. 29. In praef. ad Leg.: *gleyndyt* (puritas), *emendyt* (maledictio), pro *-dit*, *-tit*; sunt enim etiam hodie *gwendid* masc. (vanitas, e *gwan*), *calondid* (animositas).

d) Connexae derivationis hujus tenuis sunt formulae NT, ST, CT. LT derivantis unicum occurrit *dadllt* (curia) gl. Oxon.

NT cum vocalibus *a*, *e*, *i* sociatâ invenitur. ANT, IANT in substantivis abstractis praesertim cambricis ortis e verbis (hod. *-ant*, *-iant*, plur. *-annau* masc.): *carant* (amicitia) Mab. 2, 234. *porthant* (provisio, nutritio) 1, 12. *molyant* (laus, gloria) 1, 11. 2, 391. *dylyant* (meritum) 2, 378. *medyant* (possessio, vis, potentia; hod. *meddu*, possidere) Leg. Mab. fq. *codyant* (laesio, offensio) 2, 24. *gogonyant* (exaltatio, gloriatio) 2, 33. *mwynnyant* (usus, utilitas) 2, 226. In quibusdam vocibus *a* ex alia vocali orta videtur, e. gr. *ariant*, *aryant* (argentum; cf. gall. vet. Argentoratum) Leg. Mab. fq. *bliant* (lintheum; cf. *lliein*) Mab. 1, 259. *krissant* (cristallus: *blawt y krissant*, splendor cristalli, constructio masculina; hod. *crissiant*) Mab. 1, 251.

Armorice eadem derivatio finalis substantivis non convenit, sed in adjectivis quibusdam invenitur: *truant* (miser) Buh. 128, 11. 192, 10. *friant* (deditus) 70, 12, forsân translata e romanis, quorum sat magna copia est in eodem libro, e. gr. *neant*, *prudant*, *imprudant*, *plesant*, *presant*, *vaillant* etc. Conferendum est tamen in nominibus vetustis virorum compositis obvium *Roiant*-in chart. Rhed. et *Castloiant* ibid. 1, 8. 12. 55.

In cornicis substantivis quibusdam invenitur dupliciter derivans NANT: *mernans*, *marnans* (mors) Pass. 117, 2. 142, 2. 208, 2. 211, 2. 214, 2. *bevnans* (vita) 73, 2. 214, 2. 241, 1. In aliis tamen locis occurrunt *marnas* 98, 4. *bevnas* 103, 1.

Non infrequens in substantivis item abstractis cambricis generis masculini est derivatio EINT, cui primitiva *-ent* supponi potest (p. 101): *gouileint* (sollicitudo; *goual* 1, 18) Mab. 1, 5. *hencint* (senectus) 2, 29. *dremeint* (aspectus) 1, 250. *digyoueint* (indignatio) 1, 259. *diodevucynt*, *diodeimeint* (toleratio) 1, 271. 272. Addenda sunt contracta *breint* (privilegium) Mab. fq. et *meint* (magnitudo) fq., hodie item masculina *braint* (*y bryeint hunn*, Privil. eccl. Land.), *maint* (ex adj. *mawr*, contra hibern. vet. *méit* fem.). Elucet primitiva *e* e transsumptis *koveint* (conventus, monasterium) Mab. 1, 251. *torneimeint* (torneamentum) Mab. fq., et ex aucto *brenhin* (rex) Mab. fq., *breenhin* in libro Landavensi, siquidem subjacet vetustius *breentín*, non *briantín*, *briganús*. Sunt etiam nomina armorica virorum vetusta in chartular. Rhed. 2, 16: *Brient*, *Nodent*, *Catloient*, et vici *Serent* Mor. 305. 329; quaeritur tamen, an non subsit *i* inficiens, ut prostat in nomine *Kerentín* (= *Carantín*) ibid. 1, 37.

Vetustam eam cambricam formam cum *ei* comprobant numeralia *douceint*, *triuceint* in codice Lichfeldensi jam obvia, quibus *uceint* (*ugeint* Mab., hod. *ugaint*) subest cum terminatione *-ent* (hibern. vet. *fchet*, viginti), dum *-ant* supponenda videtur formae *trimuceint* (= hibern. vet. *-mogat*, cf. p. 327. 328) inter glossas Oxonienses.

INT in substantivis cambricis interdum: *dremynt* (visio; supra *dremeint*) Mab. 2, 64, etiam hodie *tremynt*. ONT licet supponere nominibus *dyfneint* (Domnonia) Mab. 2, 209, *Gereint* (Gerontius, p. 106. 760).

ST in formula EST occurrit in paucis vocibus (hod. *-est* masc.): *llest* (expeditio bellica; *llu*, exercitus) Mab. 1, 261. *legest* (polypus; cambr. hod. *llest*, *llegest*, plur. *-estau*) Vocab. *fforest* (silva, plur. hod. *fforestydd*) Mab. 1, 236, in quibus vix compositio, sed derivatio statuenda erit, ut in aliis in quibus accedit porro *r*: *elester* (*straíl elester*, gl. matta), cum nota singularitatis *elestren* (carex; cambr. hod. masc. *elest*, *elestyr*, *elestren*) Vocab. Transsumpta latina sunt: *meniatror* (gl. pincerna; cambr.

hod. *menestru*, ministrare) Vocab., *cepister*, *kebyster* (capistrum) gl. Oxon. Leg. 1. 12. 6.

CT derivantis formula frequentissima est ACT, IACT, ut hibern. *-act* vel *-ect* e substantivis vel adjectivis formans abstracta generis feminini. Quod genus patet e Leg. 2. 11. 21: *duy kegheussayth* (duae defensiones) et 1. 18. 14: *or uedhecymyaet* (a medicina); e Mab. 1, 28: *duy iarllaeth* (duo comitatus). Lexica hodiernae linguae genus masculinum ostendunt in his, e. gr. *iarllaeth*, *gwasanaeth*, *luddedigaeth*, non tamen non femininum etiam, e. gr. in *gweledigaeth*, *enedlaeth*, quae diversitas orta videtur e commixtione terminationum *-edd* et *-aeth*. Pluralis, si in usu est, addit *-au* hodie, e. gr. in *enedlaethau* (generationes), qui idem numerus jam legitur inter glossas Oxonienses *cenitoidou*. Est *-aid* vetustior scriptio pro *-aeth* = *-act* (p. 172).

Cambrica exempla: *iarllaeth* (comitatus) Mab. 1, 21. 235 *gwasanaeth* (servitus), *marchogaeth* (res equestris) Mab. fq. *amherodraeth* (imperium) Mab. 1, 292. Praeterea IACT: *meccny-aeth*, *meichniaith* (securitas, vadimonium, officium vadis), *hebo-ky-aeth* (officium primi falconarii; scriptum saepius minus bene *-yaet*) Leg. fq. *chwedylyaeth* (nuntiatio) Mab. 1, 287. *milwryaeth* (militia) 1, 19. 21. *brenhinyaeth* (regnum) 1, 275. 291. *hynny-dyaeth* (venatio) 2, 225. Leguntur etiam huiusmodi derivata ex adjectivis vel participiis: *hiraeth* (longitudo, desiderium, sollicitudo) Mab. 1, 21. 2, 29. *gweledigaeth* (visio) 1, 257. *darestyngedigaeth* (submitio, subjectio) 1, 255. *tebygolyaeth* (cogitatio, superbia; adj. *tebygawl*) 1, 240. 242. *budugolyaeth* (victoria; adj. *budicaul*, *budugawl*, p. 787) 2, 385. 3, 304.

Frequens etiam in Mab. verb. *marchogaeth* (equitare). Sunt porro verba denominativa *marchogaethu* (rem equestrem exercere), *gwasanaethu* (servire) Mab. fq. *medeginyaethu* (mederi) Mab. 1, 267. 2, 56.

Rarior eadem derivatio cum aliis vocalibus apparet. Locum hibernicae *-ect* cambrica *-iaeth* occupasse videtur in pluribus exemplorum modo memoratorum. Formulam OCT vix statuere licebit ob subst. *kywoeth*, *kyfoeth* (potestas) Mab. fq., quia ex hibern. *cumacht* e *cumang* tantum *t* derivans patet.

Cornica et armorica exempla: *ruisanaid* (regnum), *medhecnaid* (medicina) Vocab. *morogeth* (equitare) Pass. 28, 4. *gouso-*

niez (= cambr. *gwassanaeth*) Buh. 54, 26. *baeleguez* (clericatus) 178, 18.

Sunt feminina adhuc hodierna haec armorica: *gwazoniez*, *belegiez*. Et his adnumerari debent etiam in *-ez* exeuntia cum cumulata derivatione, non solum feminina in *-erez*, locum actionis significantia, ut *kegerez* (macellum), *baraerez* (taberna pistoria), sed etiam alia in *-erez* actionem ipsam indicantia, ut *pokezez* (osculatio), *gwalc'herez* (lavatio), quamvis haec in genus masculinum transgressa sint, eodem modo ut terminata in *-adurez* (cf. p. 797), e. gr. *berradurez* (breviatio), *diskadurez* (institutio), *magadurez* (educatio).

Magis incerta sunt, utrum huc sint referenda an ad derivationem *-ed* (cf. p. 803) desinentia armorica in *-nez*, *-inez*, *-onez*, *-elez* ex adjectivis: *furnez* (prudencia). Buh. 46, 12. 48, 24. 110, 1. *lofrnez* (leprositatis) 196, 8. *queffrinez* (attentio) 180, 6. *guirionez* (veritas) fq. *madaelez* (bonitas) 86, 14. Obvium in Buh. 182, 10 *cristenez* significat religionem christianam; atque hodie quoque differunt *kristenez* et *kristeniez* ut germ. christenthum (religio christiana) et christenheit (communio christianorum). In hac tamen utraque voce, orta e subst. *cristen* (= cambr. vet. *cristaun*, christianus), non alia derivatio statuenda est nisi cambr. *-aeth*, *-iaeth*.

C derivantis britannicae frequentiores sunt formulae quaedam cum vocalibus correptis et productis.

a) Cum vocalibus correptis. AC vix expectanda est, cum hibern. vet. *-ach* adjectiva derivans britannice cum producta vocali proferatur (p. 20. 110). In eam desinentia sola novi nomina vetusta armorica locorum e chartulario Rhed.: *Rannac*, *Lisranac* 1, 29. 2, 26. terra quae vocatur *Ranwinac* 2, 16. *Alarac* 2, 19. 26. plebs *Avizac* 1, 35. plebs *Malanzac* 1, 26. Item IAC: *Buiac* Mor. 340. ecclesia *Giliac* 1, 37. *Poliac*, plebs *Poilac* 1, 27. 29. ecclesia, plebs, vicus *Rufiac* 1, 38. 39. 41. 53. terra quae appellatur *Chenciniac* 1, 12. 2, 24. donavimus duas *Eriginiac tigran* et *Eriginiac Haelnou* 1, 4. plebs *Kempeniac* 1, 30. plebs *Motoriac* 1, 10. 2, 21. *Pirisiac* 1, 19.

EC in substantivis quibusdam: cambr. *redac* (cursus; hod.

rhedeg masc.) Leg. 1. 25. 5. *carrec* (lapis, rupes; hod. *careg*, plur. *ceryg* fem.) Mab. 1, 30. *gwarthec* (pecus; nom. propr. viri *gwartheygd* 2, 243) Mab. 2, 242. 373. Cambriae fluvius *ritec* (cf. *rit*, vadum) Lib. Land. 119. Corn. *cassec* (equa; cambr. hod. *caseg*, plur. *cesyg*, fem.), *blonec* (adeps; cambr. hod. *bloneg*) Vocab. Nomen viri armor. vet. *Woletec* (cf. corn. *ouludoc*, dives, Vocab., cambr. *gwoledic*) Chart. Rhed. 1, 5. 22 sequentium formularum alicui adnumerandum est.

IC frequentius adjectiva derivans e substantivis (hibern. vet. *-ech*).

Cambrica: *arbennic* (primarius, princeps; hibern. vet. *airchinnech*) Mab. 1, 241. 253. *teirnossic* (tres noctes natus) Mab. 2, 225. *pyyllic* (prudens; subst. *pyyll*), *gwenoynic* (venenosus) Mab. 1, 259. 273. *gwoledic* (imperans, princeps; subst. *golat*, regio) Mab. fq. *ewyrdonic* (hibernicus; *ioerdon*) Mab. 2, 386. *lletewic*, *lledewic* (letavicus) Mab. 2, 238. 242. Pertinent ad haec nomina virorum in libro Landav.: *Budic* 123. *Meilic* 153. 154. 170. *Erbic*, *Eruic* 115. 153. 154. 193. *Cremic* 226. *Etelic* 150. 170. *Letric* 140. 141. Efficit duplicem ETIC, terminationem participiorum cambricam (p. 528), accedens ad solitam et simplicem notam *-et* britannicam. Plur. *-icion*: *Letewicion* (Armorici, p. 799), *arpeteticion* (miseri) gl. Oxon.

Cornica e Vocab.: *eunhinsic*, *camhinsic* (justus, injustus; *hins* = *hint*, via), *fadic* (profugus), *fodic* (felix). Peregrina ibidem *leic* (laicus), *cloireg* (clericus) cum *e* deficiente. E Pass. huc pertinere videtur adj. *morethek* (sollicitus; cf. p. 161).

Armorica eadem derivatio in nominibus virorum vetustis chartularii Rhed.: *Wrbudic* (cf. *Bodicus*, Britannorum comes, ap. Gregor. Tur., p. 118) 1, 21. *Kethic* 1, 49. *Cowelllic* 1, 45. *Bledic* 1, 2. *Liosic* 1, 49. 52. *Pascic*, *Hadrlic* Mor. 341. Exempla e Buh.: *piuzic* (dives) 10, 4. 38, 1. *armoric* (armoricus) 145, 21. *keritic* (Ceretica regio) 28, 24. *hegredic* (amicabilis; subst. adj. *hegarat*, amicus) 154, 11. In peregrino *cloarec* (clericus) 112, 13. 118, 2. 178, 13 derivatio accomodata est ad infra sequentem *-éc*.

Rarior haec derivatio est in substantivis: cambr. *ewyc* (cerva; hod. *ewig* fem.) Leg. 1. 9. 22. *ryvic* (arrogantia; hod. *rhyfysg* masc.) Mab. 1, 2. *tebic* (cogitatio), unde *tebygu* (cogitare) Mab.

fq. Corn. *euhic* (cerva), *sernic* (frutex) Vocab. In aliis *-ic* deminutiva terminatio est (p. 304).

UC occurrit in nomine regionis cambricae *Morcanhuc*, *Morcannhuc*, *Morgannhuc* Lib. Land. p. 113, *Morganhuc* Mab. 3, 189 (cf. p. 187. 782). In multis nominibus vetustis cambricis et armoricis *-oc* et *-uc* sunt pro *-auc*, *-ac*, sub qua formula mox sequentur exempla. In hodiernis *-og* locum obtinet derivationis *-uch* ex adjectivis: *tywyllhog* (obscuritas), *trythyllhog* (alacritas).

ð) Cum vocalibus productis. *ÂC*, *IÂC* frequentissima formula britannica, vocalem dialectice varie mutans (p. 110 sq.), adjectiva praecipue derivans e substantivis.

Cambr. vet. *-auc*, *-oc*, *-iauc*, plur. *-ocion*: *marchauc* (equestris, eques) gl. Oxon. *rit lechauc* (vadum lapidosum) Lib. Land. 116. *buch laethauc* (vacca lac praebens) Leg. 2. 1. 34. *pont meiniauc* (pons lapideus) Lib. Land. 234. *Brecheniauc*, *Pepitiauc* (nomina regionum Cambriae derivata e nominibus virorum; cf. p. 773) Lib. Land. 122. 227. 244. Inter glossas Luxemb.: *eunoc* (spumaticus), *golbinoc* (rostratus), *atanocion* (aligeri; hod. *adan*, ala). In Mab. *-auc*, *-iauc*, plur. *-ogyon*: *oetauc*, *oedauc* (aetate propectus) 2, 24. 32. *koedauc* (silvestris) 1, 31. 262. *aruauc* (armatus) 1, 16. 34. *mil pedwartroetauc* (animal quadrupes) 2, 207. *ki kanderauc* (canis rabidus) 2, 221. *kyuoethauc* (potens) 1, 16. 18. 272. *carrecgawc* (lapidosus) 1, 262. *llidiauc*, *llityauc*, *llidyauc* (iratus) 1, 242. 288. 2, 385. *brenhin teithiauc*, *brenhin gwolat teithiauc* (rex legitimus) 2, 201. 222. *diuudyauc* (inutilis) 2, 226. Plur. *cyttirogyon* (contermini) Mab. 2, 29. *marchogyon* (equites), *cytuarchogyon* (rei equestri una dediti) 3, 298. 2, 30. *tywysso-gyon* (principes) 3, 298. Fit interdum derivatio etiam ex adjectivo: *duauc* (subniger) Mab. 1, 13.

Sunt ejusdem derivationis multa nomina vetusta virorum in libro Landav.: *Camauc* 205. *Matauc* (*Madawc* Mab. 2, 243) 73. *Gwallauc* (*Gwallawc* Mab. 2, 25) 254. *Guassauc* 264. *Caratauc* (*Karadawc* Mab. 2, 379. 3, 271) 71. 155. 205. 248. 261. *Lyggessauc* 140. *Cimeiliauc*, *Cimeilliauc* fq. In his tamen saepius derivationis vocalis deficit in *o* vel *u*: *Matoc* 194. *Matuc* 136. *Gwalluc* 198. *Lounuc* 153. *Tutuc* 120. *Clotuc* 194.

Cornice *-oc* adhuc in Vocab.: *gouhoc* (parasitus, i. e. falsus), *gurbulloc* (insanus), *denshoc* (dentatus), *skientoc* (sapiens), *croi-*

noc (rubeta, i. e. pellita; cambr. *croen*, pellis, corium), *scouarnoc* (lepus, i. e. auritus), *chelioc* (gallus; cf. *cala*, *cale* p. 784?), *teithioc* (vernaculus), *conerioc* (demens). In Pass. *-ek*, *-eg*: *ocnek* (timidus; *own*, timor) 77, 2. *marek*, *mareg*, plur. *marogyan* (miles; = cambr. *marchauc*) 190, 2. 243, 1. *cronek* (rubeta, bubo; ita lego secundum modo dictum *croinoc* pro *crouck* a typhetha corrupto) 47, 4. *colyek* (gallus) 49, 2. 86, 1.

Armorice item *-oc* in vetustis nominibus virorum chartularii Rhed.: *Haeloc* 1, 5. *Moroc* 1, 4. *Risoc* 1, 27. *Litoc* 1, 38. *Catoc* 1, 53. *Jarnoc* 1, 16. *Alunoc* 1, 5. 18. *Wetenoc* 1, 20. 38. *Moiaroc* 1, 4. *Lotesoc* 2, 14. 16. *Wesilloc* Mor. 331. *Tabioc* 2, 21; in nomine loci *Pascoventoc* 1, 29. Hujus derivationis item transeuntis in *-uc* exempla jam enumerata sunt (p. 112). In recentiore autem lingua facta est *-ec*: *hoantec* (desiderio affectus; *hoant*, desiderium) Buh. 54, 19. 108, 2. 164, 10. *baelec* (presbyter; cambr. *balawg*) 176, 5. Cf. hodierna *dantek* (dentatus), *marchek*, *marek* (eques), *madek* (bonus, benignus) etc.

Nec disjunxerim hodierna armorica terminata ab *-ek*, quae indicant loca, in quibus invenitur vel fit id quod significat primitivum, quamvis sunt feminina, cum primitus *bro* vel aliud substantivum femininum fuerit subintellectum, e. gr. *linek*, *kaolek*, *kanabek* (locus, ager lino, brassica, cannabi consitus), *dervennek*, *avallenek* (quercetum, hortus in quo sunt mali arbores), *gwennadek* (locus inserviens insolandae cerae, insolandis linteis).

Substantiva hujus formulae sunt pauca, e. gr. cambr. *hebouc* (accipiter; hibern. vet. *sebocc* Sg.) Leg. 1. 10. 7. *caiauc* (libellus) gl. Oxon. Quaeque videntur saepe substantiva, sunt primitus haud dubie adjectiva, ut *plumauc* (pulvinar) gl. Oxon., *marchauc*, *balawc* etc.

EIC (ut *-ein*, *-eit*) formula statuenda est e subst. cambr. *gurehic* (mulier; = *gureic*) gl. Oxon., *gwreic*, plur. *gwraged* (hod. *gwraig*, *gwreigedd*) Mab. fq., e quo verb. *gwreica* (uxorem ducere) Mab. 1, 291. corn. *gruac*, *grec*, *gurek* Vocab. Pass. armor. *gruac* Buh. 96, 7, hod. *grouek*, *grek*. Legitur etiam *yscolheic*, pl. *-eigyon* (scholasticus) Mab. 2, 223. 3, 157.

c) CC geminatae locus concedi debet derivanti britannicae CH, quamvis non certum est, an semper sit ex ea geminatione (p. 173), annon etiam interdum ex *s* (ut terminatio comparativi

-ach, -och, p. 145). Sunt obviae formulae ACH, ICH, UCH praesertim in substantivis abstractis cambricis generis masculini.

ACH: *keuedac* (leg. -ach, ut ibidem est *bucc* pro *buch*, *beckan* pro *bichan*; cambr. hod. *cyfeddach*, comessatio, epulae, masc., ut *cyfrinach*, secretum, *cyfeilliach*, amicitia, plur. -achau) Leg. 1. 19. 12. Femininum est cambr. *gwrach* (anus, pl. hod. *gwrachod*) Mab. 2, 247, corn. *gruah* Vocab.

ICH: *louich* subjacens participio praet. pass. *diguolouichetic* (gl. proditus) gl. Oxon., derivatum e simplici *lou* (p. 122), quod hodie est *llewych* (lux, splendor) masc., unde *llewychu*, *llywychu* (illuminare). Addendum est adj. adv. cambr. *mynych*, *yn vynyeh* (frequens, frequenter; hibern. vet. *mentic*, *menicc*) Mab. fq., corn. *menough* Pass. 2, 3.

UCH formans abstracta ex adjectivis: *diffeithwoch* (solitudo, desertum; adj. *diffeith*, corn. *mor difeid*, gl. pelagus, Vocab.) Mab. 1, 3. 236. *digrifwoch* (oblectatio; adj. *digrif*) 2, 34. *tristwoch* (tristitia) 2, 371. *yscafahoch*, *yscauahoch*, *ysgauahoch* (oblectatio; adj. *ysgawal* in *kynnysgawalhet* 2, 35) 2, 34. 35. *ynyahoch* (solitudo, regio non habitata) 1, 236. 238. *afonydwch* (inquietudo) 2, 46. Cum pronom. masc.: *ar agkyuartalwoch hwnnw* (propter indecentiam hanc; praecedit adv. *yn agkyfuartal*, indecenter) 1, 259. Addo *hedwoch* (pax) Mab. 3, 305 e simplici subst. *hed* (hod. *hedd*, pax, hibern. vet. *síd*).

d) Connexa NC derivat adj. cambr. *ieuanc* (juvenis) Mab. 1, 28, corn. *iouenc*, *youonc* Vocab., *yonk* Pass., armor. hod. *isouank*.

Connexarum LC, SC non apparent exempla. RC videtur obtinere in his: cambr. *alarch* (olor) Mab. 2, 212. *llannerch* (spatium apertum in silva) Mab. fq. corn. *elerhc* (gl. olor, cignus), *lanherch* (gl. saltus), *trulerch* (gl. semita), *luworch guit* (gl. virgultum; praecedit *lorch*, gl. virga, = *luworch*? cf. hibern. vet. *lub*, herba, frutex) Vocab., unde rectius erit *lowarch* pro *lowarth* (hortus) Pass. 233, 1. Addo armor. *quaserch* (grando; hod. *kazarc'h*, *kazerc'h*) Buh. 92, 23, et cambr. hod. *llewyrch* (illuminatio), in quibus vix statuenda est compositio ob fluctuantes vocales.

C. Derivatio consonarum multiplex.

Triplicis derivationis britannicae exempla quaedam. 1. Si praecedit ante duplicem derivationem simplex: cambr. vet. *di-guolou / ich / et-ic* (manifestatus), *cre / at / ic-aul* (genialis) gl. Oxon. 2. Si sequitur simplex post duplicem: cambr. *cen / it-ol / aid* (generatio) gl. Oxon. *gwel / ed-ig / aeth* (visio), *bud / ug-ol / yaeth* (victoria) Mab. armor. *Ken / et-l / or* (nom. viri) Chart. Rhed.

Quadruplicis derivationis, i. e. si aut duae formulae duplices consociantur, aut formulam duplicem una simplex praecedit altera sequitur, essent exempla cambrica, si modo dictis vocibus *gwel-digaeth* et *diguolouichetic* accederent derivationes *-awc*, *-aid*, ita ut fierent *gwel / ed-ig / aeth-awc* (visionarius), *diguolou / ich / et-ic / aid* (manifestatio). Armoricum exemplum duplicatae duplicis derivationis est fortasse nomen viri *Ken / t-la / m-an* supra alatum (p. 792).

Quintuplicis vel sextuplicis exemplum cambricum, si numeratur vocalis *i*, est hodiern. *llyw / od-r / aeth / i-ad*, *llyw / i / od-r / aeth / i-ad* (exercens officium gubernationis, gubernator), e radice *llyw* (remus), quae augendo procedit per *llywyaw* (regere) Mab. 3, 297, *llywiawdyr*, *llywawdyr* (gubernator) ad formas *llywiodraeth*, *llywodraeth*, cum verbo suo in *-aethu*, unde *llywodraethiad*, *llywiodraethiad*.

CAPUT SECUNDUM.

De compositione.

Compositionis facultate lingua celtica non cedit linguis affinis, quae, ut indica, graeca, germanica, ea maxime excellunt, et longe superat eas, quae, ut latina, slavica, eadem minus valent.

A vetusta linguarum affinium componendi norma generali, quae vocalium tres apices A, I, U finales primitus in nominibus

sinit etiam intercedere inter voces jungendas compositione, prisca gallica eo tantum differt, quod pro *a* est *o*, quae et ipsa potest inseri post *i* et *u*, quae alias intercedunt sine ea. Hujus regulae exempla vetusta jam supra enumerata sunt (p. 724). Excipiuntur ab ea solummodo particulae desinentes aut in consonas (In-subres, Con-date, Ver-nemetum, Ad-minius, Ex-cincomarus) aut in *e* (Are-morici, Ate-boduus, Ande-camulum), voces quaedam terminatae syllaba *-is* obscura (Civis-marus, Atis-mara, Cartis-mandua, Ratis-bona) atque una vel altera vox quae in mediam desinens vocali jungente facilius carere potuit (Lug-dunum, pro quo adhuc exstat Lugodunum, Lugudunum, Cob-nertus, Bod-vacius, Vod-goriacum).

Tres illas vetustas vocales compositionis, quae deficere incipiunt jam in prisca lingua, post Romanorum aetatem magis magisque defecisse inde colligendum est, quod ne una quidem adhuc superest in monumentis tam hibernicae linguae quam britannicae etiam vetustissimis. Vestigia tamen, quod adfuerint quondam, relicta esse inficiendo consonam inchoantem vocis posterioris compositi, jam supra demonstratum est (p. 191. 192).

Composita ipsa utriusque linguae residuae, hibernicae et britannicae, abhinc enumeranda sunt secundum ordinem partium orationis. Subjungentur in fine decomposita, i. e. e pluribus verbis composita. Hibernicis etiam hic praemittentur gallica vetusta exempla.

I. Compositio hibernica.

A. Nomina composita.

Est idem semper componendi modus, sive prior duarum vocum est genitivi vel alius casus loco, sive nominativi vel appositivi, ut fit in dialectis celticis.

1. Substantiva cum substantivis. Vetusta gallica nomina plurima duo substantiva sistunt, praesertim in quibus se-

cundo loco sunt voces -rix (= rig-s; germ. rík, dominus, princeps), -dunum, -durum (castrum) etc., e. gr. Dumnorix (hibern. *domun*, mundus), Bituriges (hibern. *biith*, cambr. vet. *bit*, mundus), Caturiges (hibern. *cath*, cambr. vet. *cat*, pugna), Moridunum (hibern. *muir* = *mori*, mare), Catuslogi (hibern. vet. *sluag*, agmen), Esunertus (Esus nomen dei; hibern. *neri*, cambr. *nerth*, virtus, valor).

Hibernica exempla duorum substantivorum compositione junctorum: *muccfoil* (gl. hara, stabulum porcorum) Sg. 26^a. *fidbooc* (gl. arcus; i. e. arcus ligneus) Sg. 107^b. *cenngalar* (dolor capitis) Wb. 17^a. Incant. Sg. *lubgartóir* (gl. olitor) Sg. 92^a. *rechttáircid* (legislator) Sg. 44^a. *erochairchétlaid* (gl. tibicen) Sg. 12^b. *ranngabáltaiith* (participator) Sg. 39^a.

Colligo alia quaedam, in quibus idem substantivum saepius obvium est aut in priore aut in posteriore loco.

In priore loco *lám* (manus): *lámbrat*, *lambrat* (gl. gausape; *brat formtha*, gl. sagana, Sg. 51^b) Sg. 128^a. 132^a. 172^a. *lámtheoir* (gl. mantile) Sg. 92^a. *muir* (mare): *muirbran* (gl. merges) Sg. 55^b. *muirmóru* (gl. Siren) 96^b.

Frequentior aliis in priore loco est *ban* genus femininum sequentis substantivi, cui praecedit, significans: *banairchinneck* (gl. antistita) Sg. 66^a. *banchu* (canis, fem.) 67^a. *bandálem* (gl. caupona; i. e. copa, hospita) 63^a. *bandea* (dea) Sg. 53^a. 60^a. 66^a. *bándé iffirnn* (gl. Parcae; i. e. deae inferni) 53^b. *bandechuin* (plur., diaconissae) Wb. 28^a. *bannamae* (gl. inimica) Ml. 26^a. *inbannamit* (gl. hostem, feminam) Sg. 67^a. *banmil* (gl. miles, femina), *banogi* (gl. hospes, femina) Sg. 66^a. *banscala* (servae) Wb. 10^a. *banterismid* (gl. obstetrix; *terismid*, stator, obstator, e subst. *tairissem*, statio) Sg. 69^a. Praemissum etiam invenitur subst. *fer* (vir) in *fergnia* (gl. virago; *gnia* = gr. γυνή, goth. *quino*, mulier?) Sg. 52^a. Obtinet in exemplis enumeratis, in quibus substantivum praemissum est loco nominativi, forma compositionis *ban*, quae est alibi forma pluralis (sing. *ben*, p. 280), atque eadem etiam si est genitivi loco, e. gr. in *bandachlack* (gl. leno) Sg. 52^a. Praemittitur item, quod postponitur in aliis linguis, subst. *dún* (castrum, oppidum) in nominibus urbium vel montium castris munitorum: "ecclesia in cacumine montis, qui appellatur *Dundeuenel*. in cacumine montis *Dunbreten*. . . quinta

vero ecclesia *Dunedene*, quod anglica lingua dicta *Edenburg*. sexta mons *Dumpeleder*.²² Vita S. Moduennae, Boll. Jul. 2, 309.*

In posteriore loco *tan, caill* (hortus, silva): *fantan* (gl. vine-
tum), *rostan* (gl. rosetum) Sg. 53^a. *mirtchail* (gl. mirtetum),
escalchail (gl. esculetum) Sg. 53^a. *olachail* (gl. olivetum) Sg.
50^a. 53^a. *innan olachaille* (gl. olearum, frondibus) Ml. 25^b. *oir-
nid* (occisor): *athiroirnid* (gl. parricida), *tuistidoirnid* (occisor
parentum) Sg. 12^b. *setharoirnid* (gl. sororicida) Sg. 13^a. *suide*
(sedes, locus): *dálsuidæ* (gl. forum; i. e. locus concionis) Sg. 57^a.

* Est ejusmodi etiam *fiusscé*, *fisscé* (nuntius), si scilicet compositum e
scél (p. 245) et *fius*, *fiss* saepius obvio: *cen fius dáib* (gl. vos dies ille tanquam
fur comprehendit; i. e. quin sit scientia vobis) Wb. 25^c. *robu anfiis dosom*
(fuit inscitia ei) Sg. 148^a, gen. *fessa, fesso*: *fessa et etarcní dá* (gl. Christum
adnuntiamus docentes omnem hominem in omni sapientia; i. e. scientiae et
cognitionis dei) Wb. 26^c. In codice Paulino solo loquendi formula illa usitata
est, et scriptio separata solita in eo. Exempla per casus singularis: *hóre dun-
dénic fius scél uáib* (gl. ideo consolati sumus fratres in vobis, 1. Theas. 3, 7;
i. e. quia venit nobis nuntius de vobis) 25^a. *ropo irlam sochuide and dochretim
ní ryanus fris im hóre nád robe tit armochium .i. doadbadar sunt furóil serce
hopool doibsom issindí nadran ocprecept dondochuidi arlainni fesso scél ontech-
tairis dochoid cuccusom* (gl. cum venissem Troadem propter evangelium Christi
et otium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo
quod non invenerim Titum fratrem meum, sed valediciens eis, profectus sum
in Macedoniam, 2. Cor. 2, 12; i. e. fuit parata ecclesia ibi ad credendum,
non laboravi in eo tamen, quia non fuit Titus coram me; demonstratur hic
abundantia amoris a Paulo adversus eos eo quod non laboravit in docendo
ecclesiam propter acerbiter nuntii de ministro quem miserat ad eos; *nadran
pro nád roan*) 14^a. *cofius scél uáibsi* (gl. consolatus est nos deus in adventu
Titi; i. e. cum nuntio de vobis) 16^b. *cen fius scél uáibsi* .i. *condóed ar muin-
ter ó fius scél uáibsi* (gl. propter quod non sustinentes amplius placuit nobis
remanere Athenis solis, 1. Theas. 3, 1) 25^a. *fis scél ó bás* (gl. in nobismet
ipsis responsum mortis habuimus, 2. Cor. 1, 9) 14^b. *cofesid fies scéel uánni* .i.
cofesid dam fies scél uáimse et arnabad toirsig dimchúinriuga (gl. Tychicum
misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscatis quae circa nos sunt et consoletur
corda vestra, Col. 4, 8) 27^c. Notanda est in gen. *fesso scél* flexio in priore
voce juxta secundam non mutatam. Est quidem etiam *anfiis* adjectivi loco
in Wb. 13^b: *dond áis anfiis* (aetati insoiae, insciis, p. 370), sed ita *fies* certo
non in his exemplis, quia non mutatur adjectivum praemissum in composi-
tione, ut *dag* in *dagnim*, gen. *dagnimo*. Restaret, si nollemus statuere com-
positionem, in *scél* videre genitivum pluralis, et juxta ponere *fies scél*, scientia
nuntiorum, ita tamen ut totum in certam loquendi formulam et usum compo-
siti transierit.

trebunsuide. úigúide (gl. tribunal) Sg. 50^a. *teg* (domus): *rigteg* (gl. praetorium) Wb. 23^b. *indidultaigæ* (gl. fani, antistita) Sg. 66^a.

Ut in aliis linguis etiam in hibernica et britannica occurrunt frequentius in compositionis secundo loco substantiva, quaedam quidem perspicua adhuc et usitata, plura autem obsoleta et interdum tam obscuræ significationis, ut videantur esse formulæ derivationis. Hibernica ejusmodi hic enumeranda sunt, et ob conspectum congero in hunc unum locum exempla mihi obvia, sive sunt composita cum substantivis sive etiam cum aliis orationis partibus. Sunt haecce: *lach*, *rad*, *red*, *tar*, *nise*, *lice*, *mairé*, *sine*.

LACH: *tenlach* (gl. Toletum, nomen oppidi, in codice *tolletum*, quod glossator habuerit appellativum in *-etum*, cum addiderit etiam glossam *esgal*) Sg. 36^b. *teglach* (familia) conjiciendum e gen. *teglig* (ois *teglig*, qui sunt familiae, familiares), dat. *isinteglug* (in fam.) Wb. 7^b. 21^a. *isingoithluch* (gl. in palude; *góithlachde*, gl. paluster, Sg. 54^b) Ml. 33^c. *mátharlach* (gl. matrix) Sg. 69^a. *mimaslach* (gl. cardo) Sg. 62^b. Compositio ejusdem vocis cum adjectivis et particulis patet ex his: *óclach* (juvenum copia, juvenus; adj. *óc*), quod colligi debet ex *óclachd* (gl. juvenilia) Wb. 30^b. *treanaslach*, *ocaslug* (persuasione sua, in persuasione) Wb. 14^d. 30^c. *inmiaslaig* (gl. malae persuasionis) Ml. 28^b. *hondasluch messidiu* (gl. judiciali suggestu) Ml. 26^c. *tre indlach* (gl. per diaeresin) Sg. 207^a. *cen indlach* (gl. sine ira et disceptione) Wb. 28^b. *cen nach indlach* (gl. sine ulla interceptione) Ml. 32^c. *ellach* unde *ellachte* (unitus), *inelluch*, *inellug* (in unione; cf. p. 620) Wb. fq. pro *aithlach*? Ex his elucet subst. masc. secundae seriei prioris ordinis; mirum inde infectionem nominativi femininam legi in Wb. 7^c: *inchatlach inna fer* (universitas virorum; *cat* = britann. *cant*, cum?). Radix porro *ling*, *lang* (*folang*, *facere*, *imfolang* Ml. 23^c; cf. nom. gall. Lingones) elucet e subst. *indlach*, si confertur cum verbo *indlung* (findo, p. 440).

RAD, RED in substantiva abstracta vertunt substantiva vel adjectiva, ut cambr. *rwyd*. RAD flectitur ut *lach*: *mrechtrad* (varietas; adj. *mrecht*, varius, diversus, Sg. 38^b) Wb. 15^c. Sg. 197^a. Ml. 2^d, gen. *fri inchos inmrechtruidsin* (ad significationem hujus varietatis) Sg. 197^a, dat. *conanilmrechtrud* (cum multa sua varietate) Sg. 29^b. *diuchtrad* (*isdo diuchtrad corporum et dochotlud corporum*, gl. sive vigilemus sive dormiamus simul cum illo

vivamus, 1. Thess. 5, 10) Wb. 25^c. *caratrad* (amor) Wb. 27^a. 30^a. Discernenda sunt ab his ea, in quibus est formula derivationis duplex *-r-ad*, e. gr. *slabrad* (gl. catena) Sg. 57^a, fem., cujus dat. in Wb. 23^a: *isslabrid* (gl. in catena), et unde amplius derivatum est *slabratae* (gl. catinensis) Sg. 57^a. RED (gen. neutr.) cum substantivo: *angaimredsa* (hiemem hanc) Wb. 31^a, cum adjectivo: *asainredsa* (proprietas haec, hoc peculiare, unde etiam *sainredach*, gl. peculiaris, Sg. 57^a; adj. *sáin*, proprius, diversus) Wb. 32^a.

TAR ejusdem flexionis, ut ante dicta *lach*, *rad*, quaeritur an statui debeat in quibusdam substantivis, e. gr. *lestar* (vas), dat. *illestur* Wb. 22^b. *cuchtar* (gl. caupona) Sg. 63^a. Discernendum tamen haud dubie est fem. *montar*, *muinter* (familia), gen. *muintire*. Certa est compositio cum praepositionibus, e. gr. *is*, *ós* (p. 592): *in ichtur aetheris* 7 *in ochtur aeris* (gl. luna in confinio aeris turbulenti et puri decurrit aetheris; i. e. in inferiore parte aetheris et superiore aeris) Cr. 33^c. *for ochtar dochinn* (supra caput tuum) Incant. Sg. Colligere licet etiam compositionem in *centar* (pars, directio, regio citima; cf. *cen rian*, gl. cis Rhenum, Sg.), *echtar* (pars externa; praep. *as*, *es*), quae scilicet subsunt derivatis *centarach*, *centarchu* (gl. citra, gl. citerior) Sg. 39^a. 39^b. *echtrann* (gl. exter) Sg. 39^b, plur. *æchtrinn* (extranei) Wb. 21^a. *echtranna* (*ailidí* .i. *echtranna donaið bochtaib*, gl. aliena praebere) Ml. 28^c. *immechtrach* (gl. extra, i. e. externus) Sg. 39^a. 39^b. 57^a. Quibus omnibus videtur vindicanda vox *tar* composita, quae patet item in frequenti adjectivo *cotarsne* (contrarius), quamvis in aliis derivatio non neganda sit, e. gr. in subst. *altram* (nutritio) Wb. 10^b. 28^d. Pono juxta illa porro pronomina *cechtar*, *nechtar* (p. 368. 369), praep. *tar* (p. 613), deriv. cambr. *tarater* (terebra); nec omitto vetusta nomina locorum *Ταρόδουρον* (locus ad transitum Abnobaе, Zaraduna medio aevo, hod. Zarten), *Ταροεδούριμ* (promontorium Britanniae extremum contra Orcades insulas; i. e. Tarvedum e latino scriptore haustum, = cambr. *tarwedd*, fermentatio, i. e. transitus?) apud Ptol., et nomina viro- rum Dejotarus Cic. Caes., Brogitarus Cic.

NISSE, NISE (neutr. prim. seriei prior. ord.): *afiadnissésin* (testimonium hoc) Wb. 13^b. *céin bes nuiednise* (quamdiu est novitas, novum tempus, novum testamentum) Wb. 33^a. *annuadniss*

uile (leg. *-nisse*) Wb. 15^b, gen. *núiadnissi*, *núiednissi*, *núiednisi* (*laithe nuaidnisi* Ml. 17^d) Wb. 15^a. 26^a. 27^a. 33^a. 33^b, dat. *inú-
iethnissiu* (in novitate, novo testamento) Wb. 10^d. Addendum
est fortasse LICE (fem. quartae seriei prior. ord.), quamvis ob-
vium in solo *fetarlice* (vetustas, vetus testamentum) Wb. 15^a,
gen. *fetarlice* Wb. 4^d. 26^a. 27^a. *fetarlice* 30^d. *cenmítha laithe
inna fetarlaice* .i. *laithe nuaidnisi* (gl. diem quendam, determi-
nat; i. e. extra diem vetustatis, diem novi temporis) Ml. 17^d.
eola na huile fetarlice (gnarus totius antiquitatis) Wb. 30^c, dat.
ifetarlicci 10^d. 27^a. *hi fetarlici* 33^a.

MAIRE haud dubie est substantivum derivatum ex adj. *már*
(magnus): *línmaire inna aimsire* (gl. plenitudo temporis) Ml. 28^d,
si conferuntur etiam infra sequentia *lanmair*, *ithemair* (voraces).
SINE in quibusdam substantivis abstractis obvium, in quibus
etiam possit videri substantivum compositum, jam sub formula
derivante *-siu*, *-sen* memoratum est (p. 739).

2. Substantiva cum adjectivis. Inter vetusta no-
mina gallica non rara sunt ejusmodi exempla, quae scilicet in loco
posteriore voces *-marus* (adj. *már*, magnus), *-gnatus* (hibern. vet.
gnáth, consuetus) ostendunt, quorumque plura jam supra enume-
rata sunt (p. 19). Eis haud dubie etiam alia adnumeranda sunt,
quorum pars posterior minus usitata est, e. gr. Bellovesus, Sigove-
sus (hibern. vet. adj. subst. *fis*, *fiss*, gnarus, scientia, Wb. Sg.,
cambr. *gwys*, notus, notio, Mab. 2, 225. 226; nom. viri *Maekoy*
Mab. 2, 205, = Maglovesus, p. 100. 121), Cassivellaunus (cf.
cambr. *gwell*, melior, ex quo auctum videtur adj. *guallon* in no-
minibus propriis britannicis, p. 102. 123. 152), Convictolitanes
(latarum, magnarum expeditionum vir? adj. cambr. vet. *litan*, hi-
bern. *lethan*, latus, et subst. cambr. *cyweithas*, expeditio, Mab.).

Hibernicum exemplum perspicuum est *cenmár* (gl. capito;
i. e. capite magnus) Sg. 52^a. In aliis in eodem codice obviis:
arddmár (*fid arddmár*, alta arbor) 53^a, *crusimmár* (gl. curculio;
si pertinet huc, sunt enim voces separatim scriptae) 47^b, voces
anteriores videntur adjectiva. Addenda tamen hic censeo compo-
sita cum *bíth* (mundus), quod est significationis intensivae in his:
bíthbeo, *bídbéo* (semper vivus, immortalis) Wb. Sg. *bíthgairddí*
(gl. perpetuo breves), *bíthfotai* (gl. semper longi) Sg. 5^a. 5^b. *bí-
slún* (semper salvus), *bídfirian* (semper justus) Wb. 4^d. Porro

composita cum *leth*, *led* (dimidium, pars, proprie latus): *ledmarb* (gl. emortuus; i. e. semimortuus) Wb. 2°.

3. Substantiva cum verbis. Est rarior etiam in aliis linguis haec compositio, cujus sunt exempla latina: *tergiversari*, *significare*. Sunt denominativa verba plerumque, e. gr. *οἰκονομεῖν*, *οἰκοδομεῖν* ab *οἰκονόμος*, *οἰκοδόμος*, germ. rathschlagen a rathschlag. Hibernicum exemplum: *ardóintam* (gl. in eadem dictione significamus, duo) Sg. 26^b, ex *arde* (signum) et *óintu* (unitas), ut videtur.

4. Adjectiva cum substantivis. Gallica vetusta: Vergobretus (judicium exsequens; adj. cambr. vet. *guerg*, gl. efficacax, p. 14 not., subst. hibern. vet. *breth*, judicium, p. 12) Caes. Noviodunum Caes., Noviomagus, Nivimagus (hibern. vet. *ní*, novus) Itin. Aus., Vindobona (hibern. vet. *find*, albus) Aur. Vict. Cambodunum (hibern. cambr. *cam*, *cam* e *cam*b, curvus) Ptol. Itin. Cantobenna (album cornu, e *cant*, cambr. *can*, albus, et *benn*, cornu), unde Cantobennicus mons, Cantobennensis crypta ap. Gregor. Turon. Addendum est Maroboduus (magnus voluntate; de utraque voce celtica cf. p. 19 et 27 not.), nomen transformatum ore gallico, cui supponere licet germanicum formam aliam et diversae significationis, ut Marabathus (i. e. *ἰππομάχος*, Haupt. 7, 529).

Frequentissima sunt hujusmodi composita in lingua hibernica et britannica, quae scilicet amant composita adjectiva, quae in aliis linguis separantur. Exempla hibernica: *ardlathi inbetho* (altae potestates, principes mundi; = *ardflathi*), *ardphersan* (alta, nobilis persona: *ammi techtiri ártphersine*, gl. non quae- rentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab aliis, cum possimus honori esse ut Christi apostoli, 1. Thess. 2, 7; i. e. summus ministri sublimis personae, *árt* pro *ard*, p. 32. 70) Wb. 1^b. 24^a. *ógdílgeand* (gl. internecio; i. e. integra caedes) Sg. 52^a. *derb-aisidísín*. *derbfogir* (gl. ipsae pronuntiationes) Sg. 3^b. *nochtchenn* (nudus capite; germ. barhaupt) Wb. 11^c. *sóirmug*, *sóirchele* (gl. libertus) Wb. 10^a. *tromchride* (gl. jecur; i. e. cor grave) Sg. 65^b. *inna monistre* .i. *inna coitchennbetath* (gl. coenobiorum; *coitchenn*, *κοινός*) Cr. 39^c. Adjectiva ita composita et carentia ideo flexione interdum separata (quod fit tamen in codicibus etiam in aliis compositis) minus recte inveniuntur, e. gr. in Incant.

Sg.: *arnóib briaithraib rolabrastar cr.* (supra sancta verba, quae locutus est Christus).

Colligo adjectiva quaedam hoc modo frequentius in compositione obvia.

Cáin (bonus): *trisincaisindúis* (per bonam elocutionem) Wb. 12^d. *cáinchorrac* (benevolentia; cf. *imchorrac*, salutatio) Wb. 30^b, gen. *cáinchumricc*, *cáinchorricc* 7^b. 24^b, adj. *cáinchorraccach* 30^b. *arcáinduthracht* (gl. propter bonam voluntatem) Wb. 23^b. *cáingnim* (benefactum) Wb. fq. *cáinscéil* (bonus nuntius) Wb. 23^b. *cáinteist* (bonum testimonium), *cáintoimtiu* (bona cogitatio) Wb. 23^a. *cáintol* (bona voluntas) 20^d. *ho chaintaidliuch* (gl. satisfactione) Ml. 32^a.

Dag (bonus): *dagairle* (bonus, contentus, animus) Wb. 29^b. *tre dagcomairi* (per bonam voluntatem) 29^a. *dagduine* (bonus homo) 6^b. 16^d. 18^c. *donaið dagforcillidib* (bonis praeceptoribus) 11^a. *dagnim*, *dagnim* (benefactum, bonum opus) 6^a. 10^a. *dagimrata* (bonae cogitationes) 3^d. *dagtheist* (bonum testimonium) 25^a. Invenitur scriptum *degnim*, *degnimai* in Ml. 14^b. 14^a et *degmaini* (beneficia) 25^c. 27^a, quod est in Wb. 28^a *dagmóini*.

Drog (malus): *drognim*, *drognim*, *drognim* (malefactum, malum opus) Wb. 6^a. 25^c, *drochgnim* Ml. 14^c. *drogimrato* (malae cogitationis, gen.) Wb. 3^d. *drogséla* (mali nuntii) Wb. 26^b.

Fir (verus): *inna firaingliu* (veros angelos) Wb. 9^c. *afir-luge* (gl. jusjurandum), *hi firhugu* (gl. in jurejurando) Ml. 36^c. Sg. 217^b. *firbrithem* (verus iudex) Ml. 27^c.

Il (multus, varius) cum substantivis in numero plurali: *hus ilanmanaið* (a multis nominibus) Sg. 30^a. *ó ilballaið*, *diilballaið* (e multis membris) Wb. 12^c. *ó ilbétrib* (*labratar ó ilb.*, loquuntur multis linguis), *labrad ilbéltre*, *ilbéltre* (locutio variarum linguarum) Wb. 12^b. 12^c. 12^d. *ilchathraig* (gl. aliquot civitates) Sg. 13^a. *ilche-néle* (multa genera) Wb. 12^d. *na ilchialla*, *innan ilchial* (multae significationes, multar. sign.) Sg. 154^a. 197^a. *ildáni* (multa dona, variae facultates) Wb. 21^a. *o illitrib* (a multis literis) Sg. 71^a. *ataat ilsenman* (sunt multi sonitus) Wb. 12^c. *innan iltoimddensin* (multarum harum opinionum) Sg. 26^b. Cum sing.: *ilmrechtrad* (p. 822).

Nú, *nue*, *nue* (novus): *la nuelitridi* (apud novos, recentis scriptores) Sg. 5^b. *nuiethicid* (gl. neophytus) Wb. 28^b. *nuiethicid* (*nuiethicid*) (gl. hospes meus) Wb. 7^c, ni verbum est hoc.

Sáib, sóib (falsus): *sáibapstíl, sóibapstíl* (pseudoapostoli) Wb. 8^c. 17^d. 28^c. *inna soebapstal* (pseudoapostolorum), *fri sáibapstalu* (contra falsos ap.) 16^b. 18^d. *sáibairde, sáibfirtu* (falsa signa, miracula, accus.) 26^c. *inna sáibchore* (gl. syrtium; i. e. falsorum locorum) Cr. 34^b.

Sáin (diversus, singularis, proprius): *sainchenelæ* (genus proprium) Wb. 17^d. *asainchomardesin* (singulare hoc signum) 26^b. *sainecoscc, sainécosc* (proprius habitus, propria forma) Wb. 5^a. Sg. 69^a. *sainfolad* (propria significatio) Sg. 26^b. *saingné* (proprius habitus) Wb. 5^a. *hi saingnúis, huásaingntís* (in, a propria forma) Sg. 71^a. 208^b. *sainláu* (proprius dies) Wb. 6^b.

Sen (senex, vetus): *senathir* (avus; colligendum ex adj. *senathardae*, gl. avitus) Sg. 60^a. *senmáthir* (gl. avia) Wb. 29^d. *senduine* (vetus homo) Wb. 27^b. *sengreic* (antiqui Graeci), *inna sengrec* (gen.) Sg. 6^a. 9^a. *inna senpecthe* (veterum peccatorum), *trína senpectu* (per vetera peccata) Wb. 4^a. 22^a. *na sentinni* (gl. anus) Wb. 28^d.

Usal (altus, nobilis): *huasalgabáltaid arcon* (gl. arquitenens) Sg. 24^a. *huasallieig* (gl. archiater) Cr. 35^a. *do huasalathrachaib* (patriarchis) Wb. 30^d.

5. Adjectiva cum adjectivis. Gallica exempla haud dubie quaedam inter composita cum -marus, -gnatus, e. gr. Virdomarus, Virdumarus (cf. cambr. *gurdd*, fortis, strenuus) Propert. Caes., Cintognatus (cf. cambr. *cyn* = *cynn*, *cint*, praestans, praecipuus) Inscr.

Hibernica: *dubglass* (gl. coeruleus) Sg. 70^b. *saindúles* (proprius) Sg. fq. *sainsamíl* (gl. potis) Sg. 39^b, *sainsamail* (gl. optimas; cf. p. 730) Sg. 50^a. Huc ducenda sunt, ut videtur, etiam alia: *arddmár* (altus) Sg. 53^a. *cruimmár* (gl. curculio; *cruim*, curvus) Sg. 47^b. *lanmair* (edaces) Wb. 31^b. *camderc* (gl. strabo) Sg. 63^a. Praeterea etiam derivata e compositis antecedentis ordinis: *senathardae* (gl. avitus, e subst. *senathir*, avus) Sg. 60^a. *diutidúthrachtig* (gl. sinceri; e subst. *diutidúthracht*, simplex voluntas) Wb. 23^b. *mathmarcde* (gl. augustus; e subst. *mathmarc*, gl. augur) Sg. 60^b.

6. Adjectivorum cum verbis compositio rarior est, ut substantivorum cum verbis. Referri poterunt huc: *maní cáinairlíther* (nisi fiat benevolentia) Wb. 5^b. *cáineperr* (gl. bene dicitur,

tam a poëtis quam a sine metro scribentibus, hic homo et homo hic) Sg. 215^a. Est juncta saltem vox *cáin* sequenti verbo in codicibus. Item *nuietanicc* (p. 826), si verbum est.

7. Numeralia cum substantivis vel adjectivis composita, ut sit formarum eorundem eodem loco unus conspectus, jam supra enumerata sunt (p. 308 sq.).

B. Pronomina et verba composita.

Sunt rariora haec. Pronomina personalia emphaseos causa secum composita sunt *snisni*, *sissi* (p. 333), componiturque etiam pron. adj. *aile* (alius) tam secum quam cum substantivis: *alaile*, *indalarann* etc., quorum exempla inter pronomina enumerata sunt (p. 364. 365). Compositum item perhibendum est pronomen *fa-desin*, *fessin* (ipse; cf. p. 372).

Verbum non cum verbo componitur, sed cum nomine. Exemplum hibernicum: *ithemair* (edaces; verb. *ithim*, gl. mando, Sg. et adj. *már*) Wb. 31^b.

C. Particulae compositae.

Sunt frequentiores omnibus aliis compositis. Occurrunt quaedam nonnisi in compositione, aliae autem non solum compositae sed etiam extra compositionem separatae. Illae, quae dicuntur inseparabiles, hoc demum loco enumerandae veniunt. Separabilium particularum, seu praepositionum, quae jam enumeratae sunt, hoc loco formae aut iterum eadem, si servantur, aut variatae, in quas transeunt saepius in compositione, exponendae sunt. Fit harum omnium compositio tam cum nomine, substantivo et adjectivo, quam cum verbo.

I. Particulae inseparabiles.

Possunt discerni particulae privativae, particulae qualitatis et intensivae. Privativae particulae exemplum vetustum gallicum sistit nomen Ancalites Caes., si confertur nomen Caletes (cf. armor. hod. *kalet*, *kaled*, durus, firmus, cambr. hod. *caled*, vet.

callet, gl. durilis in gloss. Lxb.), juxta quam *-an* pertinet etiam *ex-* in nominibus *Exomnus*, *Excincomarus* etc. (p. 58. 147). Particulae qualitatis *su-* (bene) exstant haud dubie exempla in nominibus *Suessiones*, *Sucarus*, *Suanetes* etc. (p. 17. 110. 144). Frequentior aliis est intensiva particula *ver-*, obvia e. gr. in hisce: *Veragri*, *Vergasillaunus*, *Vercingetorix* (cf. *Cingetorix*) *Caes.*, *Vercundaris* *Liv.* (epit. 137), *Vertacomacori* *Plin.*, *vertragus* (cf. p. 6. 166) *Martial.*, *Vernemetum* (an etiam *Vercellae* *Plin.*?) *Itin. Ant.* *Venant.* *Fortun.* In inscriptionibus: *Vercombogus* *Grut.* 758, 11. *Vercobius* *Orell.* 2728. *Veriugodumnus* *Or.* 2062. Debet fortasse addi *ro-* e nomine populi hibernici *Ῥοβόγδοιοι* (= hibern. *robocht*, nimis pauper?) ap. *Ptol.*, et nomine deae gallicae *Rosmertae*, * porro *ar-*, *er-* e nominibus *Ἀρχύνια ὄρη*, *Hercynia silva*, *Hercuniates* (cf. p. 56. 109, et infra sequens *cambr. er-*).

1. Privativae particulae linguae hibernicae veteris:

an- (*am-*, *in-*), *neb-*, *es-*, *dí-*.

AN (non inficiens sequentem consonam): *ond aneolus* (gl. inscientia; nom. *aneolas*) *Cr.* 37^a. *anecne* (insipiens) *Wb.* 17^c. *anfiss* (inscientia) *Sg.* 148^a. *dond áis anfiss* (insciis) *Wb.* 13^b. *anfissid* (gl. nihil sciens) *Wb.* 29^b. *anfoirbthe* (infirmus), *anfoirbtheu* (infirmitas) *Wb.* 6^c. 12^d. 29^c. *anglaine* (immunditia) *Wb.* 3^b. *ancretem* (infidelitas), *ancretmech*, *ancretmech* (incredulus) *Wb.* 5^b. 10^a. 12^d. *ancride* (injuria) *Wb.* 9^c. *Sg.* 181^a. *MI.* 27^c.

AM forma obvia ante vocales interdum, ante *l*, *m* et labiales: *amires*, *amaires*, *amiress* (infidelitas, incredulitas), *amiressach*, *amhiressach* (infidelis, incredulus) *Wb.* fq. o *amlabar* (gl. a muto) *Sg.* 37^b. *ammithiu* (tempus inopportunum, germ. *unzeit*) *Wb.* 14^a. *intais anprom* (aetas improba, i. e. improbi) *MI.* 31^c. *indamprone* (improbitas) *Sg.* 42^b.

IN in vocibus quibusdam apparet, e. gr. in adj. *inderb* (incertus): *isinderb imasc. fá fem.* (gl. dubia sunt genera; i. e. est incertum, num *masc.* an *fem.*), *isinderb coich innug* (est incertum,

* In inscriptione: DEO MERCVRIO ET ROSMERTAE CARANVS. *Mém. des Antiquaires de France* 13, 208. Juxta *Mercurium*, i. e. Teutatem gallicae, *Rosmerta* ergo uxor *Teutatis*? In aliis inscriptt.: *MERCVRIO ET NVNDINAE*. Cf. *Smertulitanus* *Namnes* *Orell.* 188. *L. Smerius* (leg. *Smeritas*) *Grut.* 742, 1. *Σμερται* (pop. *Britann.*) *Ptol.*

eujus servus) Sg. 61^a. 209^b. *indaimser inderb hisin* (gl. tempus incertum), *dostund aimsire deirbbæ* (gl. pro certo tempore), *dostund aimsire inderbbæ* (ad significationem temporis certi, incerti), *sluindid aimsir nindeirb* (significat tempus incertum), omnia obvia in Sg. 66^b, in quo eodem loco est etiam derivatum *inderbus*: *des. naill ar inderbus hi mascul* (gl. longum diem; i. e. exemplum aliud de incertitudine in masculino, scilicet usu subst. dies, Prisc. 5, 5). Exempla e Wb.: *indenmi* (gl. imbecilles; leg. *indemni*, ex adj. *demin*, p. 738?) 11^d. *indirge* (iniquitas; cf. adv. *diring*, *diriuch*, recte, p. 564, ergo *dirge*, aequitas, et *indirge*) 4^c. *dothaidbsiu indæe infolngithi* (ad demonstrationem dei ignoti; cf. p. 676) 10^d.

NEB, NEPH (cf. p. 72, interdum negligenter *nep*; inficit consonas sequentes). 1. Cum substantivis: *tri nebairitin lóge* (non recipienda mercede), *nebairiten neich* (gl. haec gloria; i. e. non receptionis alicujus rei) Wb. 11^a. 17^c. *nephairmtith* (gl. impos; antecedit *comairmíth* [sic], gl. compos) Sg. 67^b. *nephascnaidid* (gl. impos; praecedit 105^b *comascnidaid*, gl. compos) Sg. 106^a. *andligednisin nephacomoil* (lex haec non jungendi, tres literas in una syllaba) Sg. 7^b. *bethu et nebmarbtu* (vita et immortalitas), *tech nebmarbtath* (habitatio immortalitatis) Wb. 15^c. 29^d. *nebmess*, *nebmess* (non iudicium), *nebmoidem* (non gloriatio) Wb. 8^d. *do nephni* (gl. ad nihil; *ní*, res, aliquid) Ml. 36^a. *nephdiáll* (non declinatio: *ní chen dlíged anephdiáll*, gl. non absque ratione non declinatur) Sg. 75^a. *nephthairmthechtid* (gl. intransitivum) Sg. 189^a. *nebthobe*, *nephthóbe* (gl. praeputium; i. e. non circumcisio) Wb. 1^d. 2^c. *nebthuad* (non plebs: *bid tuad domsa monebthuad*, gl. vocabo non meam plebem plebem meam, Rom. 9, 25) Wb. 4^d. *hi nephchenéil* (gl. in non gentem) Wb. 5^a. *tribarnebcogabthetitsi* (per vestram incontinentiam) Wb. 9^d. *ónd nephchomfogur* (gl. literarum inconsonantia) Sg. 152^b.

2. Cum adjectivis: *iretaib nebaicsidib* (in rebus invisibilibus) Wb. 4^a. *nephéscide* (gl. *σχοτομήρη*), *isinnepæscaidiu* (gl. in *σχοτομήρη*; i. e. nocte sine luna, *æsce*, luna) Ml. 29^d. 30^a. *nebleiscc* (gl. non pigri) Wb. 5^d. *nephriagoldai* (gl. anomala) Sg. 40^b. *nephfoscat* (gl. ascia, loca) Cr. 35^c. *nephdlledchais* (gl. carentibus casu, dictionibus) Sg. 39^a. *anephthairismech* (gl. instans quod vix stare potest) Sg. 147^b. *nephchorpdae*, *nephchorpde*, *reto neph-*

chorpdí (incorporeus, rei incorp.) Sg. 27^b. 59^b. 187^b. *nephchostae* (gl. apes; sine pede) Sg. 102^b.

3. Cum verbo in infinitivo vel participio: *nephimmaircide* (gl. inconveniens), *nephimfolngidi* (gl. inefficaces) Ml. 17^a. 17^b. *nephfograigthi* (gl. inconcinna; i. e. non pronuntianda) Sg. 138^a. *nephfodlaidi* (gl. atoma, philosophorum), *nephfodlide* (gl. insectabilem, substantiam) Sg. 28^b. 189^b. *inepbuith diaréir* (gl. nemo eum spernat, Timotheum; i. e. eo quod non est ad ejus voluntatem, non obediendo) Wb. 14^a. *do nebdénium* (non facere) Wb. 5^a. *tre nebthabirt digle* (non dando vindictam), *innepbthabirt digle* (gl. vos potentes estis; i. e. in non danda vindicta) Wb. 18^b. *nebchretem* (non credere) Wb. 27^a.

ES, É (= gall. vet. *ex-*, cambr. *eh-*, p. 61. 147). Rarius occurrit plenior forma: *esrantaid cech maith* (gl. boni et utilitatis expers) Ml. 31^a. *esrechtaid* (gl. exlex) Sg. 113^b. *carit et escarit* (amicus et inimicus) Wb. 30^b. *imcara fá æscare* (sive est amicus sive inimicus; cf. p. 674) Sg. 12^b. Ex ea tamen altera solita probat se progressam eo, quod non inficit sequentes consonas: *énairt* (gl. enervus) Sg. 221^b. *énirt, enirt, henirt, dénirt* (infirmus) Wb. fq. *arnénirtini* (infirmi-
tatem nostram) Wb. 4^a. *toich di étoich* (probabile ex improbabili) Wb. 4^d. *ecáin* (gl. indecens) Cr. 43^a. *ecintech* (infinitus) Sg. 147^a. *écóir, ecoir* (incongruus) Sg. 30^a. 211^a. *écoimtig* (inausitatus) Sg. 138^a. *écrichthae, écrichde, écrichdæ* (gl. infinitus; *crích*, finis) Sg. 147^a. 151^a. 151^b. *éicrichnichthe* (infinitus) Wb. 28^a. *indemilt* (gl. moleste) Ml. 36^d. *dondecuimliucht* (gl. ad incommodum) Ml. 35^d.

Quibus plures voces incipiunt literae consociatae *éc-, écn-, écm-*, ortae sunt ex *é-co-, é-con-, é-com-, é-cum-*: *écsamil* (diversus, dissimilis; cf. *cosmil*, similis) Sg. 208^a. 211^a. *écsambus* (diversitas) Wb. 13^b. Sg. 211^a. *échnairc, échnaircc, échnairc* (absens) Sg. 138^a. 148^a. Wb. 25^d. *éicndarcus* (absentia) Wb. 19^d. *écmaitigidir* (gl. insolescit), *arna écmaitigetar* (gl. ne insolescant; ibidem: *inna comailte* .i. *indáisso noib*, gl. quietorum) Ml. 27^a. 28^a. *écmacht* (gl. nequam: *arindi nád cumaing maith do denom*, quia nequit facere bonum; = *écumacht*) Sg. 50^a. *écmait, écmuilt* (gl. iniquies) Sg. 66^a. 102^b. 130^b.

In quibusdam *éc-* differt et aliunde ortum est, e. gr. ex *ed-, aith-* haud dubie in *ecne, écne* (sapiens, sapientia; = *aith-gne*,

cf. p. 80), nec non aliis, ut *écosc* (habitus; — *aith-co-sech*?), *doí-comnacht* (tribuit) non infrequentibus in Wb. Addendum his vel supra enumeratis: *innan écndaigende* (gl. obtrectatorum) Ml. 2^a.

DÍ particula inseparabilis privativa rarior est: *ho nephairim l. in diarim* (gl. innumero, dierum est infinitum tempus) Ml. 17^a. *dímess* (contemptio) Wb. 6^c. *disamlathar* (gl. dissimulat) Ml. 21^a. In aliis *dí* est praepositio, atque discernenda est quoque formula *diu-*, e. gr. in verbo *diupir*, *doopir* (privat), diversae scilicet originis, de qua infra dicitur sub formula *do-od-*.

2. Particulae qualitatis inseparabiles hibernicae: *su-*, *du-*, *mí-*.

SU, SO (sanskrit. *su-*, gr. *σῦ*, bene), DU, DO (contrariae antecedenti significationis) saepius juxta se posita leguntur: *cid sochumact no dochumact do* (sit potentia vel impotentia ei) Wb. 10^a. *iscotarsne donduálig insualig darahéssi* (est contrarium malefacto benefactum pro eo) Wb. 9^b. In eadem oppositione sunt voces quaedam a sola *s* vel *d* inchoantes: *eter sóir et dóir eter muí et coimdid* (gl. non est personarum acceptio apud deum, sed operum; i. e. inter nobilem et ignobilem, inter servum et dominum, cf. p. 615) Wb. 27^c. Inde subst. *sóire* (nobilitas, salus, libertas), *dóire* (ignobilitas, miseria, captivitas) jam memorata (p. 40. 41). Porro: *dí sóinmechaib et dóinmechaib* (gl. omnia concurrunt in bonum diligentibus deum; i. e. e bonis et malis rebus) Wb. 4^b. *issóimichi inna indocbale* (gl. in dextera dei sedens) Wb. 27^b. *sóinmichthe* (gl. prosperatus) Ml. 36^d. *etír na doinmecha* (gl. inter adversa) Ml. 19^d. 32^b. *somme* (dives), *domme* (inops) Ml. 27^d. 36^a. 36^c.

SU cum substantivis: *sualchi*, gen. *inna sualche* (benefacta) Wb. 22^a. 29^a. *issuacaltmichi* (gl. in suavitate; subst. *accaldam*, appellatio) Wb. 15^d. *suaicned*, *suaichned*, *suaigned* (conclusio, significatio; e rad. *faic*, videre?) Wb. Sg. fq. *somailse* (gl. dulcedo; rad. verb. *mil*, edere) Sg. 52^a. *soscél* (bonus nuntius; gr. *εὐαγγέλιον*) Wb. fq. Cum adject.: *sulbir* (eloquens; i. e. bene loquens, cf. *amlabar*, mutus) Wb. 17^b. 27^a. Substantiva in hac compositione, ut cum *é-*, saepius transeunt in significationem adjectivorum: *sonirt* (firmus, fortis; *neri*, vis, valor) Wb. 8^c. 14^b, compar. *so-nortu* (firmior) 6^c, unde iterum subst. *sonirte* (firmitas) Wb. 12^b. *suthin* (aeternus) Wb. 13^b. 13^d. 23^b, *suthain* (gl. perpetuus; *tan*, tempus) Sg. 5^b. *sochoisc* (gl. docibilem; *cosc*, institutio)

Wb. 30^b. *sochrud* (gl. honestus, gl. venustus; *cruth*, forma, modus) Sg. 60^b. *sochrud*, *sochruth* Wb. 6^a. 11^c. Cum verbis denominativis: *subairiged* (bene loquatur), *subairichthe* (bene prolatum) Wb. 12^b.

DU: *dualchi*, *nan dualche*, *ó dualchib* (malefacta, peccata, -orum, -is) Wb. 20^c. 27^a. 27^b. 30^b. *cen dualaich* (sine errore), *cen dualchi* (sine erroribus) Sg. 25^b. 26^a. *duaibsið* (gl. nefastis, diebus) Sg. 106^b. *na dulburiu* (gl. non bilingues, diaconos oportet esse) Wb. 28^c. *dochruth* (turpis, inhonestus) Wb. 10^b. 13^a. *dochrud* (gl. indecor) Sg. 65^a. 203^a. *inna aisndisen dochuirde* (gl. cacephati causa; puto legendum *dochruide*) Sg. 203^a. *dochruidighir* (gl. turpatur) Ml. 28^b.

MI (idem significans ut *du-*, inficiens sequentes consonas): *inniaslaig* (gl. malae persuasionis) Ml. 28^b. *du miimbirt*, *do miimbirt* (gl. ad decipiendum) Ml. 32^a. 33^a. *fri mifogur* (contra dissonantiam) Sg. 59^a. *miduthracht* (malevolentia) Wb. 20^b. *arnaib mignimaib* (gl. pro male actis) Ml. 27^c. *mignethi* (gl. male facta) Ml. 28^c. *innammithule* (gl. malae voluntatis) Ml. 33^a. *mi-chloth*. (breviatum, lineola ducta per *h*; gl. infaustos) Sg. 34^b. *michruthaigthe* (gl. informis, mulier) Sg. 5^a. Nescio an huc pertineant etiam *miscuis* (odium) Wb. 3^d. 4^c. 7^d, *miscsech* (gl. exosus) Ml. 28^a, *romiscsigestar* (odio habuit) Wb. 4^c.

3. Particulæ intensivæ inseparabiles: *ro-*, *ér-*, *der-*.

RO cum subst.: *robarte* (profectus maris), *robartai*, *robarti* (gl. malinae, plur.; i. e. majores, crescentes aestus maris) Cr. 20^b. 34^c. * Cum adjct.: *romár* (nimis magnus, difficilis: *arná bad*

* Sunt hi duo loci, in quibus voces hibernicae indicantes aestum maris crescentem et decrescendentem produntur. Beda de natura rerum, c. 39, ed. Basil. 2, 39: "Aestus oceani lunam sequitur, tanquam ejus aspiratione retrorsum trahatur ejusque impulsu retracto refundatur, qui quotidie bis adfluere et remeare, unius semper horæ dodrante et semiuncia transmissa, videtur, ejusque omnis cursus in lídones (ita cod. Cr., suprascibitur .i. *hi contractu*) et malinas (.i. *hi robartai*), id est, in minores aestus dividitur et majores." Alter locus in Bedae libro de temporum ratione, c. 27, ed. Basil. 2, 117: "Ímitatur lunæ cursum mare non solum communi accessu et recessu, sed etiam quodam sui status profectu (in Cr.: .i. *hi robarti*) defectuque (.i. *contractu*) perenni, ita ut non tardior solum quam pridie, verum etiam major minorve quotidie redeat aestus. Et crescentes quidem malinas (.i. *robarti*), decrescentes autem placuit appellare ledones (.i. *contractu*)." Paulo ante etiam aliae denominationes le-

rómár leosom intsamíl cr. fochetoir, gl. imitatores mei estote sicut ego Christi; i. e. ne sit nimis difficilis eis imitatio Christi statim) Wb. 11°. *romacduct* (gl. superadulta, virgo) Wb. 10^b. *ruclé* (gl. conspicuus, honore; *glé*, clarus, perspicuus, Wb.) Ml. 36°.

ÉR (iniciens sequentes consonas): *erchosmil* (gl. persimilis) Cr. 35^d. *érchuilecha* (gl. tam nefarii ausus; *cuilech*, gl. profanus, Ml.) Ml. 16°. *érdasachtaig* (gl. tam amentes, non eritis) Ml. 18°. *érmall* (admodum lentus) Sg. 195^b. *eirgnæ* (gl. apertum et evidens) Wb. 14^a.

DER (item iniciens sequentes consonas): *ó derchóiniud* (gl. abundantiori tristitia; in eodem loco amplius ter: *derchoiniud*, *derchóiniud*) Wb. 14^d, *derchóiniud in aduersis* (nimia tristitia; opponitur: *uall de prosperis*, i. e. superbia, arrogantia) 15^d. *derbráthir* (gl. germane, rogo te) Wb. 24^a. *dermar* (gl. enormis) Cr. 35^d. *indermár* (gl. in immensum) Wb. 17^b. Addo subst. et verb. *dermet* (gl. oblivio), *condermanammar* (ut obliviscamur) Ml. 21^c. 23^d.

Si quae aliae voces sunt vel videntur intensivae, aliunde haud dubie sumtae sunt, e. gr. in his: *intsartol* (gl. libido; gael. *sár* intensiva, adj. *sár* in Wb. 19^a: *nirho sár leu arcocóilsime*, p. 606, unde *rosárichset*, contemserunt) Wb. 1^d. *fírderb* (admodum certus, clarus: *nípi fírderb anadchíther trithemel*, adj. *fír*) Wb. 17^r. *ríi trembethe* (gl. regi saeculorum) Wb. 28^a. Est hic *trem-* forma composita praep. *tar*, intensivae significationis, ut est intensiva interdum etiam praep. *in* (cf. composita cum his).

Nec adnumeranda est his particulis vox intensiva *bíth*, *bí* non infrequens, composita e. gr. cum subst.: *imminbídbelhid* (gl. ingemiscimus gravati, in hoc tabernaculo, 2. Cor. 5, 4; i. e. circa immortalitatem) Wb. 15^c. Cum adjectivis: *act bíd bídbéo*. *isbíh-beo corp cr.* (gl. Christus surgens a mortuis jam non moritur),

guntur: "Luna in dimidio mensis spatio, hoc est, XV noctibus ac diebus quater decies terram circumlabitur, insuper et dimidium terrae semel. . . Mare per id temporis vicies novies adfluit (.i. *hí tuíhu*) simul et remeat (.i. *in aith-biu*)." Subst. *tuíse* est affluvium, germ. *flod*, *fluth* (gael. *tuil*, diluvium); ex *aithbe* (compos. *aith-be*) ortum videri poterit germ. *ebba*, *edbe*. Voci *robart* (fem. 4. ser.) conferendum est adj. *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 114. *forbartag* (gl. exoletam, virginem; i. e. aetate provectam) Sg. 173^a; *contract* masculinum cognoscitur e terminatione acc. pl. in *-u* et diversum a fem. in *-acht*.

bad bithbi in ihu. cr. (gl. viventes deo in Christo Jesu, Rom. 6, 9. 11) Wb. 3^a. *dé bithbi* (dii semper vivi, immortales) Sg. 39^a. *bithgairddi, bithfotai, bidslán, bidfirian* (p. 824). Cum verbis vel formis inde propagatis: *bithbennach feru muman* (semper benedic viris Momoniae) Marian. Scot. ap. Pertz. 7, 481. *biddix-nugud, bidiznichthe* (p. 781, not.). Vix enim aliud statuere licet jam in nominibus vetustis Bituriges et Dumnorix, quam significationem intensivam substantivorum, quae adhuc hibernice sunt *bith* et *domun* (mundus), nec magna perhibenda erit differentia significationis illorum compositorum et derivatorum ex iisdem substantivis Bituitus Flor. et Dumnacus Caes. (p. 14. 17; cf. germ. Hermanaricus, Ermanaricus compos. cum *irmin-* intensivo, et simplicia Irmino, Herminones, nomina item virorum vel populorum). Est affinis in significatione quidem cambr. *byth* (adv., p. 575), sed discordat in usu et forma.

II. Particulae separabiles.

Sunt obviae particulae in nominibus compositis gallicis vetustis, quae haud dubie separatae praepositionum vice fungebantur. Particulas esse, non nomina, jam inde patet, quod aut non intercedit post eas vocalis, e. gr. post *ad-, in-, con-, com-*, aut si intercedunt vocales, non sunt eae quae inveniuntur inter nomina composita, *o, i* et *u*, sed *a* et *e*, e. gr. in *ate-, ata-, cata-, ande-*. Excipiuntur desinentes in *i* solae *tri-* et *ambi-*. Harum quaedam videri poterunt inseparabiles, e. gr. *ad-, ate-, ande-*, quia etiam in vetusta hibernica lingua non sunt separatae *ad, aith, ind*; attamen etiam has primitus saltem fuisse separatas docet tam cambr. *at*, quam aliarum linguarum affinium praepositiones, lat. *ad*, germ. *at, and*, gr. *ἀντι*. Exempla gallicarum particularum secundum eundem ordinem, quo hic memoratae sunt proponam.

AD: Admagetobria, Adcantuannus Caes. Adninius (al. Adnimus) Sueton. Calig. 44. In inscriptionibus obvia: Adlucca Messili f. Murat. 1353, 6. Adnamtus, Adnamatus, Adnamitus Orell. 422. 4983. 5060. Advolenus, Advolena Murat. 1621, 7. Adbogius Stein. 440. Adgentius Or. 2018. Adginnius, Adgennia Grut. 718, 9. Adginnius Orell. 4018. Adgonna Murat. 1621, 8. Ita etiam Adgandestrius ap. Tac. poterit esse quidem primitus ger-

manicum, sed, ut Maroboduus, ore gallico gallice transformatum. Addendum est nomen belgicum Atrebatas pro Adtrebatas, assimilatione eadem, quae etiam obtinet hibernice in vocibus *atreba* (habitat, possidet, p. 359), *accobor* (voluntas) *accomol* (adjunctio) Wb. Sg. fq., quarum tamen compositio elucet e formis *adrothreb* (habitavit, consedit) Ml. 17^b, *adcobrain* (gl. volo) Sg. 146^b, *adcomaltar*, *adchomlatar* (adjungitur, -untur) Sg. Cr. Cf. mox infra hibern. *ad-*.

IN: Insubres Liv. Indutius Inscr. Or. 431. Indutiomarus (cf. p. 31 not.) Caes. Quaeritur annon eadem particula sit *in-* obvia ante vocales: Intarabus (deus; cf. Marullus Arabi fil. Inscript. Vesunnens. ap. Orell., et nomen fluv. Arabo; cambr. hod. *araf*, mitis) Orell. 2015. *Ἰντοῦέργου* (nomen Germaniae populi Rhenum accolentis gallicum; cf. Vergobretus Caes., cambr. vet. *guerg*, p. 14 not.) Ptol. Particula *in-* in hibernicis vetustis quibusdam transit in significationem habitatis vel intensionis, quae etiam continetur in hod. hibern. gael. *ion-*.

CON: Consuanetes Plin. Convictolitanes Caes. Condate, Condatisco Itin. Greg. Tur. Condercum (Brit. opp.) Notit. dign. Condrusi Caes. Congavate (Brit.) Not. dign. Congennicia Inscr. Murat. 1778, 12. Contrebia (caput Celtiberorum; cf. Contreue villa, al. Contrave, Gentreue, ad Mosellam, Günth. cod. dipl. 1, n. 25) Valer. Max. Concangii (Brit. opp.) Notit. dign. COM ante labiales: Combretonium (Britann. opp.) Itin. Ant. Vercombogius Inscript. Grut. 758, 11, cujus formae obtinentis etiam ante vocales esset exemplum, si deberet separari Com-ageni (cf. Agenticum Caes.) Tab. P. CO ante liquidas, ut videtur: Conmotuso (cf. Namuta supra p. 759) Inscript. Grut. 827, 1. Num possit etiam statui forma COB nimis dubium est (p. 50).

ARE: Aremorica Plin. 4, 17. Aremorica gens Auson. prof. 10. Arecomici Caes. Plin. Arebrignus pagus Eumen. (Panegy. vett. 7, 6). Arelape (loc. Noric.) Itin. Arelate (Gall. merid.) Caes. Plin. Apud Caesarem minus bene redditur Armoricae civitates, cum haud dubie in his obtineat praepositionis forma primitiva *ari*, *are*, e qua prodiit hibern. *air*, cambr. *ar*, et ab hac discernenda sit particula inseparabilis *ar-*, *er-* in nomine *Ἀρκυνία*, Hercynia.

ATE: Ateboduus Inscr. Grut. 758, 11. Ategnata Grut. 758, 11. 763, 6. Ataevortus Grut. 733, 1. Atecotti (Britann. pop.)

Notit. dign., qui dicuntur Atacotti, Attacotti Ammiano, Aticotti, Atticoti Hieronymo (cf. Cottianum regnum Strab., Melocottius Orell. 437, *coth*, senex, p. 173). Absorbetur vocalis finiens a vocali inchoante sequentis vocis: Ateula (cf. p. 42) Inscr. Orell. 3274. Atesui (Gall. pop., cf. Esunertus Inscr., Essui Caes.) Plin. 4, 18. Centullus Ateponis fil. (ex *ep*, equus, an conf. cambr. *ateb*, responsio?) Inscr. Mur. 1281, 6. Ἀτεπόμαρος (p. 64) Plut. Ἀτεπόριξ Strab. p. 560. Ἀλβιόριξ Ἀτεπόριγος Inscript. Ancyr. Murat. 643. Atoparno Mur. 1321, 4. Invenitur quidem nunquam separata hibern. *aith-*, *ed-*, cambr. *at-* (lat. *re-* inseparabilis), utraque orta ex *ati-*, *ate-*; sed est haud dubie haec particula nonnisi variata in compositione forma infra sequentis *ande-*, gr. ἀντί, ut sunt *cate-*, *con-*, *com-*, *co-* (cambr. hod. *cyd-*, *cyn-*, *cyf-*, *cy-*) formae variatae in compositione e praep. plena cambr. vet. *cant* (hibern. *con*, lat. *cum*).

CATE particula e formis *cata-*, *cati-* (ut *ata-*, *ati-* pro *ate-* legitur) colligenda in his nominibus: Catamantaledis fil. (Cata-mantal-ed, cf. Mantala, Petro-mantalum, p. 728) Caes. Catalauni, campi catalaunici Eumen. Eutrop. Ammian. Jornand. Cattivolcus (Eburonum princeps) Caes. Catmelus (Gallorum regulus) Liv. 41, 5, pro Catemelus, ut armoricus Caes. pro *arem*. Disparandum est subst. *catu* (pugna), quod servat vocalem suam *u*, et conferendum cambr. vet. *cet-*, hod. *cyd-*, forma praepositionis *cant* in compositione. Secundum analogiam esset hibern. vet. *caith*, *ciith*, quod tamen non legi in codicibus.

ANDE: Andegavi (Gall. pop.) Plin. Andematunnum, Andenitum, Andecamulum (Gall. oppida) Itin. Ex inscriptt.: Andecamulenses Orell. 1804. Anderoudus Murat. 1577, 3. Andebroci-rigis f. Grut. 921, 2, et forsán Andarta (dea; si pro Ande-arta) Orell. 1958. Addo nomina locorum Andesagina, Andethannale e Vales., et formulam donationis andelangus (Grimm. Antiqq. jur. germ. p. 196). Juxta tot exempla debent putari minus accurate reddita nomina Antebrogus ap. Caes., et Antobroges ap. Plin. (4, 19). Cf. mox infra sequens hibern. vet. *ind-*.

DIE forsán hactenus enumeratis particulis addendum est e nominibus Diablintes Caes., Diablindi Plin., δουρηαληδόνιος ὠκεανός (transcaledonius oc.?) Ptol., Dicaledones Ammian.

TRI: Triulatti, Trinobantes Caes. Plin. τριμαρχισία Pausan.

Τρισάντων (fluv. Brit.) Ptol. Triboci Caes. Plin. Tac. Trigisamus (loc. et fluv. Noric.) Tab. P. Tricastini Liv. Plin. Tricolli, Tricorium, Tricorii saltus Plin. Ammian. Cum *e* Trecasses Plin. Praep. hibern. vet. *tri*, *tre*, in quibusdam tamen forsitan numerale *tri*.

AMBI: Ambiliati, Ambivareti, Ambivariti, Ambibari Caes. Ambilatri Plin. *Ἀμβιδρανοί*, *Ἀμβιλικοί* Ptol., nomina populorum. Nomen viri Ambigatus Liv. Etiam hic vocalis finalis absorptae exempla videntur Ambisuntes, *Ἀμβισόντιοι* (Isonta fluv.?) Plin. Ptol., Ambarri (Arar fluv.?) Caes., ambacti (si compositum amb-act, p. 761) Caes. Est haec prisca forma praep. cambr. *am*, hibern. vet. *imme*, *imm* (p. 7. 75: 99. 167). A particula separanda sunt nomina Ambiani, Ambiorix Caes., Ambitui Plin. (cf. p. 75).

Hibernicae particulae separabiles ordine alphabetico: *air-* (*ar-*, *er-*, *ir-*), *aith-* (*ath-*, *id-*, *ed-*, *ad-*, *at-*), *as-* (*ass-*, *ess-*, *es-*), *cen-*, *con-* (*co-*, *com-*, *cum-*), *di-* (*de-*), *do-* (*t-*), *etar-* (*etir-*), *fo-*, *for-*, *fri-* (*friss-*, *frith-*), *iar-*, *imm-* (*imme-*), *in-*, *ind-* (*int-*, *inn-*), *ol-*, *sech-*, *tri-*. In fine *uad-*, *rem-* (*remi-*), *tairm-* (*tremi-*) formae variatae praep. *o*, *ren*, *tar* in compositione. Regulae status consonae sequentis, primitivi vel infecti, suo loco traditae sunt (p. 195. 199).

AD (lat. *ad-*, cambr. *at* separatim, in compositione tamen etiam *ad-*; sequentes consonas non inficiens); particula non dubia in his: *admachdursa* (gl. miror; i. e. admiror, subst. *machdad*, miratio) Sg. 6^a. *adgládur* (gl. appello), *adgláthar* (appellatur) Sg. 146^b. 211^b. *adgaur* (gl. convenio; i. e. consentio, addico) Pr. Cr. 57^a. *adobragart* (gl. vos fascinavit; i. e. vos allocutus est) Wb. 19^b. *admuinur* (volo; cf. *domuinursa*, p. 444) Incant. Sg. Addendum est verb. *adrimim* (adnumero, computo) in pluribus formis obvium: *adrimi*, *adrimther*, *adrimfither* etc., inter quas leguntur etiam decomp. in Sg. 188^a: *atarimtis* (tradebant una cum . .), *ataruirmiset* (adnumerarunt), pro *addor.*, *addo-r.*, cum occurrant etiam comp. *dorimther*, *dorimiub*. Exempla quaedam *atom-*, *atob-*, *atab-*, pro *addom-* etc., *d* scilicet praepositionis *ad-* transeuntis cum inchoante *d* formulae immissae *-dom-* vel *-dob-* in *t* jam enumerata sunt (p. 336). Sequentibus tenuibus saepius assimilatur media: *atreba* (possidet, habitat) Wb. Sg., cujus compositio cum hac particula patet ex *adrothreb*, *atrothreb* (assedit) Wb. 28^d. Ml. 17^b. Scriptio *ad-c.* et *acc.*, *ac.* promiscua

est in his: *adci* (videt, novit) Wb. fq. *ma adced torbe* (si videtis utilitatem) Wb. 11^b. *am. adcethe* (acsi videretis) Wb. 19^b. *aci anascas* (vides lunam) Cr. 33^b. *cinnisin frisnaicaisiu* (gl. quid praestolare? i. e. *frisnacci*) Pr. Cr. 54^b. *adcobrain* (gl. volo) Sg. 146^b. *accobor* (voluntas, cupiditas) Wb. fq. *accaldam, acaldam, acaltam* (allocutio) Wb. 3^c. 4^d. 15^a. Sg. 153^b. In decompos. *adcomla, adcomaltar* (adjungit, adjungitur) Wb. 3^b. Sg. 63^a. *acomlatar* (adduntur) Cr. 32^a. *acomol* (conjunctio) Sg. fq. *acomallte* (gl. socius) Wb. 5^b. Interdum hujus particulae confusio facta est cum *aith-, ath-*, et minus recte infectio sequentis consonae: *atchi* (videt) Wb. 24^c. *anadchither* (quod videtur) Wb. 12^c. *adchobra, matchobra* (vult, si v.) Wb. 28^b. *adchomltar* (adduntur) Cr. 32^a.

AIR (ad, in, pro) forma frequentior alternans cum IR, ER, AR (cf. p. 6. 7): *aires, iress* (fides) Wb. fq. *airégem* (gl. querimonia) Sg. 51^a. *na erigma* (gl. querelas) Ml. 26^b. *arégi* (gl. queritur) Ml. 31^a. *anaranegi* (gl. conquerens) Ml. 15^d. *aranéigt* (quod queruntur) Ml. 20^b. *airle* (voluntas), unde adj. *airlam, ir-lam, erlam* (obediens), verb. *irladigur* (obedio) frequentia in codicibus. *airmitiu, ermitiu, armitiu* (honor) Wb. Ml. fq. *airgaire, irgaire* (vetitum) Wb. 3^c. 12^d. *airchellad* (raptus), *aridrochell* (id rapuit) Sg. 202^a. *ni ercheltar* (gl. non aufertur) Ml. 21^c. *airchinn* (principium) Wb. 21^c. *airchinnech* (princeps) Wb. fq. *airchissecht* (gratia, indulgentia) Wb. 4^c. *honderchissecht* (gl. propitiatione) Ml. 32^d. *airchissi, arcessi* (indulget), *airchissa, arcessea* (parcat) Wb. 4^c. 5^b.

ER, IR formae alternantes: *ersolgu* (gl. rictus), *ærsoilethe* (gl. aperta, porta) Sg. 107^a. 147^b. *dondirsolcoth* (gl. ad apertionem, oris mei) Wb. 22^d. *erchræ, tre erchrae, tre erchra* (gl. per eclipsin) Sg. 143^a. 169^b. 192^b. *ar erchru* (gl. pro defectu) Ml. 31^a. *irchre* (interitus: *irchre flatho román*, interitus imperii Romanorum) Wb. 26^a. *irchríde* (irritus) Wb. 11^a. 24^b. *erchoilud, herchoiliuth* (*hércho*. breviatum interdum, definitio) Sg. fq. *irchoil-ti* (gl. maledictus), *áis biis ocirchollud* (gl. maledici qui aliis maledicunt) Wb. 9^b. 9^c. In his etiam *air-* obtinere posse, non monendum est. Exempla alia, in quibus obtinet *er-*, notata plerumque *ér-*, alternans cum aliis particulis, praecipue *as-*, mox sub hac sequuntur.

Scriptiois AUR rarioris pro *air-*, *ir-* exempla quaedam jam memorata sunt (p. 8).

AITH, ATH (vel *aid-*, *ad-*, *ed-*, *id-*, p. 7. 85, e primitiva *ati-*, *ate-* et inficiens sequentes consonas; lat. *re-*, iterum), cujus significatio perspicua est in his: *anaihtessc* (responsio) Wb. 9^d. *athscribend* (gl. rescriptum; i. e. epistola rescripta, reddita) Cr. 40^a. *aidchrochad* (crucifixio iterata, repetita) Wb. 11^d. *aidchumtach* (reaedificatio) Wb. 26^a. Alia quaedam exempla purioris adhuc scriptiois: *aithirge*, *indaihirge* (poenitentia) Wb. 20^b. Sg. 137^b. *aidrech* (poenitens) Wb. 5^c. *aithchumbe* (gl. cauteria et combustiones), *aidchuinthe* (gl. cauteriatus) Wb. 1^b. 28^c. *aithgne*, *aidgne* (cognitio, recognitio) Wb. 1^b. 1^c. 19^d. *adgenammar aséis* (gl. non ignoramus cogitationes ejus; i. e. cognoscimus sensus ejus) Wb. 14^d. *adrubartmar* (diximus, retulimus) Sg. 197^b. *idméit* (gl. quotus, quantus; i. e. iterata magnitudo) Sg. 30^a. Oritur autem abnormitas saepius, ut videtur in collocatione cum liquidis et mediis, in qua induratur aut consona particulae finalis aut consona inchoans sequentis vocis. Particulae consona indurata: *atluchur*, *atluchfam buidi* (refero, referamus gratias), *atlogud*, *adtlugud*, *atllugud* (relatio, gratiarum) Wb. 3^b. 17^a. 28^c. *atligthe buide* (gl. gratiae, agantur) Wb. 14^c. *atmuilniur* (gl. iterum dico) Wb. 18^c. *atrolli*, *atrollisset* (meretur, meriti sunt) Wb. 2^d. 4^c. *atbeir* (dicit) Wb. 10^d. *atbela*, *epil* (= *etbil*, interit) Sg. 30^a. *atgairik* (reclamatis, refertis injuriam) Wb. 9^c. *ætgnithi* (gl. intellecta) Wb. 1^b. Induratae consonae sequentis vocis vel coalescentis utriusque in unam duram exempla, ut *écne* (cognitio, sapientia, sapiens) juxta *aithgne*, *epil* (perit) juxta *atbela*, *atbelmis*, *epur*, *epiur* ex *atbiur*, et alia jam supra enumerata sunt (p. 80). Notandum singulariter est compos. *idpart*, *edpart*, *edbart* (oblatio), e quo verb. *adbartgim* (offero; cf. p. 7), cum consona inchoante secundae vocis indurata et servata particulae, quae alternans vocales discordat ab *ad-* et cum hac nostra concordat.

AS (ex) alternans cum ES (*es-*, *ass-*, *ess-*, *eis-*): *asoirc cách* .i. *air indí atreba asorcuin* (gl. caesareus; i. e. caedit, excidit quemvis etc.) Sg. 33^a. *occo esorcuin* (gl. ferro sonat fraxinus; i. e. in excisione sua) Sg. 67^a. *in esaircnib* (gl. in plagis), *donasib esoircnidib* (gl. plagiafflis) Wb. 15^d. 28^a. *ní ascomlas* (gl. non proficiscitur, ab affectu mentis; i. e. non prodit, exit), *anasrochumlai*

(gl. profectum) Sg. 3^a. 7^b. Pro *es-* legitur etiam *er-*, et saepius cum accentu *ér-*: *arná érbarthar*, *ærbarthar* (ne dicatur), *ni érbarid* (ne dicite), *conérbaridsi* (ut dicatis), *arna erbarat* (ne dicant), *ni erbrad* (non dictum est) Wb. fq., cujus verbi formae alibi sunt *asbiur* (dico, profero), *asrobrad* (dictum est) etc., ita ut *r* in illis formis putari possit transgressa ex *s*. Attamen cum etiam legantur formae *arberr*, *arbertar*, cum pronomine relativo infixio *intan aramberar* (exempla supra p. 592), nec non *atbeir*, *adrubartmar* (modo sub *aith-*), concedi debet compositio cum diversis particulis *ar-*, *as-*, *aith-*. Idem usus promiscuus etiam in aliis: *érchoikud*, *ærchoiliud* (decretum) Ml. 22^o, *érchoilti* (gl. morti destinati) Wb. 9^a, *remiriérchóil* (gl. praedestinavit) Wb. 4^b, juxta quae occurrunt formae cum *as-*: *asrochoili inna chridiu* (destinavit in corde suo) Wb. 10^b. *dunderchoiliud asrochoilem* (decreto quod decrevit) Ml. 22^o. *asrochoiled* (gl. decerneret) Ml. 36^b. *asrochoiled bás dúnni* (destinata est mors nobis) Wb. 27^a. *arnach érbalamni* (gl. interpellat pro nobis; i. e. ne intereamus) Wb. 4^b juxta *atbela* (cf. *aith-*). *érrethcha*, *hérredcha* (gl. redditiva) Sg. 27^a. 30^a juxta verb. *asrenat* in eodem loco 27^a: *érrethcha airindí asrenat frecræ dondimchomurc* (redditiva quia reddunt responsionem interrogationi), in quo *as-* pro *aith-* positum affirmari fere poterit, ut in *assidroilliset* (meruerunt id) Wb. 17^a juxta *atroil*. (cf. *aith-*) et in *æsseirset*, *esseirset* (surgent), *esseirge*, *eisseirge* (resurrectio) Wb. fq.

CEN (sine) significans lat. *cis-* in compos. *cenalpande* (gl. cisalpinus) Sg. 217^b.

CON (cum, *con-*) forma primaria haud dubie, quae composita minus sequitur regulas liquidarum *n* (p. 52. 54). Forma variata COM in quacunq̄ue collocatione, inficiens sequentes consonas, orta putanda est e vetustiore *come-* (concordante cum gallica vetusta *cale-*), ut sunt *rem-*, *remi-*, *lairm-*, *trem-*, *tremi-* e *ren*, *tar*, *tri*.

CON rarius ante vocales (ante quas solita est forma *com-*), frequentius ante medias *d* et *g* occurrit, interdum etiam ante alias consonas: *conéit*, *conéitgid* (adit, concordat), *conéitid* (induite), *conétat* (quaerunt, infra *comét*, *cometecht*; cf. p. 492) Wb. *conleimemmar* (audemus) Wb. 17^b. *conrógtatar* (construxerunt) Sg. 32^b. *consechat* (corripiunt) Wb. 6^a. *consuidigther* (componitur) Sg. 201^a. *confstir* (concipit, intelligit) Wb. 12^o. *aconfoiremni* (gl.

comparantes) Wb. 8^b. *condieig*, *condaig*, *condegar* (quaerit, quaeritur) Wb. 8^d. 14^c. 23^d. *condelo* (comparatio) Wb. 17^b. *congaitther* (continetur), *congaitthetu* (continentia) Wb. 9^d. 21^c. *congéna* (faciet una, adjuvabit) Wb. 22^d. Ante *b* exspectanda esset forma assimilata *com-*, sed occurrit *co-* (cf. p. 586): *cobás* (gl. compages) Sg. 2^b. *inchobaid* (gl. concinnenter) Ml. 14^d. *hi cobodlus* (in comunione, familiaritate) Wb. 9^b. *ar chobdelaich* (gl. pro cognato, accipitur proximus; = *cobadlich*) Sg. 44^a. *cobeden* (conjugatio) Sg. fq. Porro *Conbretan* (nom. viri) Annal. IV. magistr. ap. O'Con. 3, 268. 484.

CO ante tenues praesertim, rarius ante spirantes (quae praefurunt *com-*): *cosmil* (similis), *cosmilíus* (similitudo) Wb. fq. *incoscranni* (num destruimus? *co-scarad*) Wb. 2^b. *cotarsne* (contrarius) Wb. Sg. fq. *cotecht* (conventus, aditus) Wb. 9^d. *cocéilsine* (gl. societas) Wb. 19^a. *cocrichthi* (gl. finitimae, gentes) Ml. 18^d. Item ante liquidas: *cororannam* (gl. coheredes; i. e. partiti sumus simul) Wb. 4^a. *comescatar* (commiscentur) Sg. 61^a.

COM ante vocales: *sech mochomáessa* (gl. supra coaetaneos meos; *comáes*) Wb. 18^c. *comairmíth* (gl. compos) Sg. 67^b. *comarbus* (cohereditas) Wb. 4^c. 9^a. *comarpi* (coheredes) Wb. 19^c. *comarde* (signum) Wb. 10^c. 21^a. 26^b. *comíthi* (gl. commensationes; i. e. comessiones) Wb. 20^b. *comocus* (gl. affinis) Sg. 6^a. *coméicnighther* (cogitur) Wb. 28^b. *comeit* (: *isfiu chomeit*, gl. omni acceptione dignus, sermo; cf. verb. *ét*, *éit*, ire, p. 492) Wb. 28^d, unde *cometid lammaccu* (gl. paedagogus) Wb. 19^c, *cometig* (: *inball nádchometig donchorp*, membrum quod non coit, non concordat cum corpore) Wb. 22^a, et *cometecht* (convenientia, concordantia) Wb. 11^c, pro quo est scriptio *comitecht* Wb. 6^c. 19^a. 20^b, *comaitect* Wb. 6^c, *coimthecht* (gl. coitus, solis in eadem constellatione) Cr. 32^a, rectius forsan *coimtecht*, *comitecht*. Sejungenda enim sunt *coimthecht* (societas, consuetudo) Wb. 16^d. Sg. 2^a. 208^b. *coimthechtid* (gl. comes) Sg. 66^a ob infectam *th*, et referenda ad verb. *comthiagu* (cf. *fortiagu*, subvenio, *imthiagu*, ambulo, *imthecht*, ambulatio, habitus, Wb.).

COM ante consonas: *comlabridi* (gl. ad eam dirigitur, personam) Sg. 204^b. *comnessam*, *comnesam* (proximus; cf. p. 257) Wb. Ml. Camarac. *comrama* (computationes) Wb. 30^d. *comrur*

(gl. capsae) Sg. 36^a. 92^a. *comrorcon* (error) Wb. 18^a. *comsuidigud* (compositio), *comsuidigthe* (compositus) Sg. fq. *comsreth* (constructio) Sg. 47^a. *bid comsrithi* (gl. conserenda, manus) Ml. 16^a. *incomscribndaiih* (gl. syngraphum, ostende) Sg. 24^a. *dechor comfogair* (gl. consonantis differentia), *ond nephchomfogur* (gl. litterarum inconsonantia) Sg. 6^b. 152^a. *combás* (mors communis; contra *cobás*) Wb. 24^b. *comdathaigthe* (gl. concolor) Sg. 65^a. *comdiúnnad*, *comdithnad* (solatium) Wb. 14^b. Sg. 90^a. *comdluthad* (gl. synaeresis) Sg. 117^b. 118^b. *comthóud*, *comthoud* (commutatio) Sg. 23^a. 23^b. *comchésad* (gl. compassio) Sg. 188^a. *comchétbuid* (consensus) Wb. 10^a. *comchlante* (gl. conseminatus) Sg. 24^a.

Loco *o* hujus particulae legitur interdum *u* vel infecta *ú*, e. gr. in *cutrummi* (similes), *cutrummus* (similitudo; cf. *étrumme*, dissimilis, *fortrumme*, opportunitas, Sg. Ml.) Wb. 3^d. 17^b. 17^a juxta *cotrummai* Sg. 9^b; *cuintgim* (quaero) Wb. 14^e juxta *condegar* (quaeritur) Wb. 8^d; *cuintgim* (gl. architector, gl. construo; in codice videtur esse *cunutgim*) Sg. 141^a juxta *conrótgatar* (extruxerunt) Sg. 32^b. Leguntur ita notata a diversis manibus in Sg. 65^a: *mani cumsciget tairmorcen ní cumsciget cenel* (gl. graeca tam in *as* quam in alias quascunque terminantia syllabas eadem servant genera apud nos, quae habent apud Graecos, si eandem servant terminationem etiam apud Latinos, quam habent apud illos), *conosciget chenel machonosciget tairmorcen* (gl. in multis enim videmus commutatione terminationis genera quoque esse conversa, Prisc. 5, 4), et in Sg. 191^a. 215^a *cumscugud* (gl. transmutatio, gl. confusio), in Ml. 19^a. Sg. 10^a *cumscaigthe* (gl. motus), *nephchumscaichthi* (gl. immutabiles) juxta *conroscaigissiu* (gl. summovisti) Ml. 21^d. Nonnisi *cum-* legitur in horum substantivis, in frequenter obvio *cumtach* (aedificatio, p. 777), ut in *aídhumtach* (reaedificatio) Wb. 26^a, in *cummasc* (commutatio; cf. gael. *cumasg*, turbatio, mixtio), gen. *cummisc* Sg. 2^a. Wb. 13^d. Eadem formatio videtur obtinere in *cuman* (: *ní cuman lim*, gl. nescio) Wb. 8^a, e quo *cúimnigedar* (gl. reminiscentis; a radice *men*) Wb. 16^b, dum in aliis, ut in *cumacht*, *cumacc*, *cumang* (potentia, posse), e quibus prodeunt formae *cúimsimnis* et ejusmodi, vix non statuenda est derivatio. Fortasse etiam addenda est vox originis obscurae *cuntubart*, *cundubart* (dubium) Wb. 3^a. 4^a. 13^a, *cuntubart* Sg. 99^a, accus. *cundubairt*, *cumtubairt* Wb. 13^b. Sg.

154^a, plur. *cen chuntubarta* (gl. sine haesitationibus) Wb. 23^c, unde adj. *cumddubartaig* (gl. ancipiti, terminant genitivo) Sg. 104^a.

• DI (de) alternans cum DE (saepius etiam *dí-, dé-*): *diall* (gl. diverticulum; alias solita vox pro lat. declinatio, cf. *diréllsat*, gl. deviarunt, Cr. 37^c) Sg. 53^b. *indilegthiith* (gl. exterminator) Cr. 43^b. *dilgud* (venia, remissio), *dilgaid*, *dilgid* (remittitis, veniam datis; pro *dilugud*, *dilugid*) Wb. fq. *dirruidiguth*, *diruidigud* (derivatio, cf. p. 63) Sg. 53^a. 188^a. *digbail* (deminutio), *digbthach* (deminutivum) Sg. 45^b. *dirogbad* (ablata est, desumpta est, vocalis) Sg. 9^b. *deróil* (penuria; oppositum *foróil*, abundantia) Wb. 18^a. *dinaib*, *déainm̄nichdechaib* (gl. de denominativis) Sg. 2^b. *dechoma*. (gl. decomposita) Sg. 73^b. Cf. privativum *dí-, dí-* supra (p. 832).

DO (rarius *du-*) idem significat quod supra memorata particula *ad-*: *dobriathar* (adverbium) Sg. fq. *dósuidigthi* (apposita) Sg. 63^a. *dogair* (gl. appellat) Ml. 29^c. *docuiriuir* (gl. ascisco) Sg. 16^b. *dorocheirsemar* (gl. adscivimus) Sg. 6^b. *coduaircemni* (gl. ut adferamus, exemplum) Ml. 35^b. Saepius minus continet hanc intellectum, magisque est particulae verbalis loco, fere ut *no: do-biur* (gl. do) Sg. 163^a. *dogniu* (facio; cf. *gnim*, factum) fq. *do-scéulaim* (gl. experior; subst. *scél*, notio, nuntius) Sg. 145^b. Proprium est hujus particulae, quod ante vocales et consonas emortuas rejecta vocali fieri solet T-: *tucu*, *tuccu* (intelligo; e *do-uccu*), *táirci* (efficit; in aliis locis adhuc *doáirci*), *tanicc* (venit; cum pronomine infixio *domanicc*), *tuidecht* (positio; = *doúsuidecht*) Wb. Frequentiora hujusmodi exempla infra sequentur inter decomposita.

ETAR, ETER (inter): *etarscarad* (separatio, separare), *eterascétar* (separantur), *eterrosca* (se separavit, secessit) Wb. 8^a. 9^b. 9^d. *itarscarthar* (gl. dirimitur) Cr. 31^b. *etargébál* (gl. intercapedo), *etargaib* (gl. intercipit) Sg. 14^b. 52^a. *etargne*, *etargne*, *etarcne*, *ætarcne* (cognitio, intellectus) Wb. fq. Sg. 188^a. *etarcert* (interpretatio), *etercerta*, *etarcerta* (interpretatur) Wb. Sg. fq.

FO (rarius *fa-, fu-*; sub): *foétsecht*, *foetsecht* (subintellectio) Sg. 27^b. 69^a. *foéitsider* (gl. subauditur) Ml. 34^d. *folínfeá* (supplebit) Wb. 12^d. *foróil*, *furóil* (abundantia) Wb. 10^d. 16^c. *fodail*, *fodíl* (divisio) Sg. 33^a. 188^a. *foditiu* (toleratio), *fodaimet* (tolerant) Wb. 1^c. 2^c. *fogbaidetu* (pro *fogaiðthetu*, usura) Wb. 9^d.

fagebhis (pro *fogaibhis*, caperent, haberent) Wb. 8^a. *fognam* (servitus) Wb. fq. *fogní* (servit), *foruigensid*, *foruigensat* (servivisti, serviverunt; pro *forogensat* a *fogniu*, compos. e *gniu*, unde *gnim*, factum, ut *dogniu*) Wb. 1^b. 3^b. 12^a. *focertam*, *fucertar* (submitimus, deponimus, demittitur) Wb. 15^b. 34^a.

Oritur hic quaestio, an, ut constans est *cum-*, in quibusdam non sit statuenda etiam constans *fu-*, e. gr. in *fulang* (tolerare), *fudumain* (profundus), annon solvenda igitur sint haec in composita, quae supra prolata sunt ut derivata (p. 739. 756. 757), et porro *tualang* solvendum in *do-fo-lang* vel aliam ejusmodi compositam formam. Pro solutione esse videtur *domnu* (profunditas) in Incant. Sg., nisi disjungendum est cum *domun* (mundus, i. e. profundum?) ab illo *fudumin*, pro quo non legi *fodomin*. Contraria vero sunt adj. cambr. *teihong*, et nomen vetustum Tylangii, Tulingi, non discernenda ab hibern. *tualang*.

FOR (super; rarius *foir-*, primitus, ut praep. locum vel tempus significans, inde tamen etiam in significationes abstractas transiens): *forloiscthe* (gl. igne exanimatus) Ml. 31^c. *forbanda* (secta) Wb. 7^c. 18^c. *forbart*, *forbbart* (gl. abolitio) Sg. 52^a. 67^b. 127^b. *forbartach* (gl. superadulta, luna) Cr. 41^d. *forbartai* (gl. exoletam, virginem) Sg. 173^a. *forbiur* (gl. redoleo) Sg. 173^a. *forrubart* (gl. inolevit) Ml. 33^c. *biid intinnscann and 7 ni forbarar* (gl. inceptus, optativus) Sg. 148^a. *arnafoirbret* (gl. ne insolescant) Ml. 27^c. *fortacht* (auxilium) Wb. 11^c. 14^c. 32^b. *fortachtid* (gl. fautor) Sg. 8^b. *fortactidi* (auxiliatores) Wb. 12^b. *cofordumthéidse* (gl. ut adjuvetis me; praes. *fortiagu*) Wb. 7^a. *fortéit*, *forthéit* (adit, adjuvat) Wb. 4^a. *fortét* (gl. juvat) Cr. 33^a. *indfortummae* (gl. opportunitas) Ml. 27^d. *aforcell forrogelsamni dúb* (gl. testimonium nostrum super vos) Wb. 25^d. *forcenn* (finis) Sg. 28^b. 169^a. *hi foirciunn* (in fine) Sg. 18^b. 203^b. 213^a. *forcetal*, *forcial* (doctrina) Wb. fq. *forchun*, *forchanim* (praecipio; cf. p. 195. 440) Wb. 8^c. 10^a.

FRI (adversus, versus) vix occurrit in compositione, cui conveniunt formae auctae FRIS, FRITH, quarum posterior inficiens tenuem gutturalem formis auctis *com-*, *rem-*, *tairm-* (p. 199) adnumeranda videtur.

FRIS (interdum *friss-*): *frisorcait* (gl. inficiunt veneno) Ml. 15^a. *afrisnoirc* (gl. infensus) Ml. 28^a. *frissorcar* (gl. offenditur)

Wb. 6^c. *frisbiur* (gl. obnitor) Sg. 22^a. *fristinfet* .i. *frisbrubdi* (gl. exsufflat, inimicos suos) Ml. 28^b. *fristait frisom* (gl. adversarii) Ml. 23^c. *fristait sochuide domsa and* (gl. adversarii multi, mihi sunt) Wb. 14^a.

FRITH (interdum *frid*-): *infrithorcuin* (gl. offensam) Ml. 22^a. *nophfrithortai inneuch* (gl. in nullo laesi) Ml. 19^c. *na frid-oirced nech dialailiu* (ne offendat aliquis alterum) Wb. 14^a. *acumachtae indfrithchathaigtho* (gl. manus conserenda; i. e. oppugnationis) Ml. 16^a. *frithchathaigthiu* (gl. rebelli animo) Ml. 25^b. *ifrithcheist* (in oppositione) Sg. 163^b. *hifrithcheist* (gl. si quis objecerit) Cr. 32^b. Infectio non notatur in tenui dentali: *nad frithasgat friusom* (gl. imperitos decipiunt; i. e. eos qui non adversantur eis) Ml. 17^c, cui addo decompos.: *inna frithuidechtae* (gl. contradictionis) Ml. 25^b. Servatur tamen in his forma *frith*-; cum sequente *t*, *th* coalescit contra in *t*, *tt* alibi: *frituidecht* (objectio) Sg. 21^a. 189^a. *dondfritobairt maill fritataibret na dorche donsoisi* (oppositione lenta, quam opponunt tenebrae luci) Sg. 183^b. *ni fritait mohiressa* (non contraria est fides mea; *frith-téit*, *contrait*) Wb. 31^a. His addendum est adj. decompos. *frecndairc* (praesens) Wb. Sg. fq., e *frith-con-dairc*, et subst. *frecre* (responsio) Wb. fq., ortum e *frithgare* eodem modo, ut est *éene* (cognitio) ex *aithgne*, *ithgne*.

IARN (*iar*-, post) simpliciter compositae unicum exemplum legi subst. *iarfigid* (inquisitio) Wb. 11^b. *iarfaigid* (gl. inquisitio) Ml. 20^c. 31^a. *inna iarfaigtho*, *inna iarfaichtheo* (gl. quaestionis, gl. inquisitionis) Ml. 24^b. 35^c. *honaib iarfaigthib* (gl. inquisitionibus) Ml. 15^c, et cum aucta forma *iarma*- verb. *iarmafoich* (inquiri) Sg. 198^b.

IMME, IMM (*im*-, interdum adhuc *imb*-): *immeráni* (delegavit), *coimmánad* (gl. ut delegaret) Cr. 39^d. *imaircide*, *immaircide*, *immircide* (versus, directus ad aliquem, amor, sermo, inscriptus, psalmus) Wb. 12^b. 12^d. Ml. 2^b. 22^c. *immomon* (timor) Wb. 8^b. *imbráti*, *imráti* (cogitationes), *imbrádud* (cogitatio), *immerádat*, *imrádat* (cogitant) Wb. fq. *imrera* (gl. solverat) Sg. 62^b. *imbressan*, *imbresna* (contentio, -iones) Wb. 11^c. 30^b. *imfresna*, *imbresnat* (contendit, oppugnant) 29^d. 30^c. *imgabáil* (vitatio), *imgabaid* (vitate) Wb. 9^d. *imthrenugud* (confirmatio, incalcatio) Wb. 18^c. 24^c. *imtrénigim* (gl. mando, -are) Sg. 146^b.

isimcasti (gl. considerandus) Ml. 18^d. *imcaistu* (gl. specimen) Sg. 54^a. *imchesti* (gl. contentiones; simplex *cesti* Wb. 30^b, idem significans), *imchainti* (gl. confictiones) Wb. 29^b.

Sunt differentiae quaedam in significatione hujus particulae compositae. In pluribus haud dubie significat idem quod praepositio separata, scilicet *circum*, lat. *amb-* in *ambire*, cambr. *am-*, e. gr. in Wb. 6^a: *bad sochrud arnimthecht hore isfride imtiagam* (gl. sicut in die honeste ambulemus; *imthiagu*, ambulo, *imthecht*, circuitus, vitae habitus), in Cr. 3^b: *imatredidiu* (gl. circumhabitato).

In aliis cum cambr. *ym-*, quod in verbis frequentissime mutuum actionem indicat, concordat, e. gr. in his decompositis: *imfognam*, *immognam* (constructio sententiae; i. e. mutuus servitus; *fognam*, servitus, e verb. *gniu*) Sg. fq. *isetarru biid immacaldaim* (gl. a quibus profertur et ad quos dirigitur loquela; i. e. inter eos est mutua loquela) Sg. 200^b. *immargal* (gl. lis; cf. *irgala*, gl. arma, Wb. 6^a) Sg. 67^b. *indimmarlaide 7 inchoidech bis forais oc imthuarcaín .i. inimargail* (gl. ille equorum sonus, cum naribus vicissim in lite positi animos suos flatibus ardere significant) Ml. 16^b, quibus adnumeranda sunt supra allata *imbressan*, *imchesti*, *imchainti*. Addendum forsitan etiam e Sg. 14^b *imchenda*, gl. anceps, i. e. biceps, duobus capitibus praeditus, compos. ut gr. ἀμφίβιος, bestia quasi anceps Cic., ex *ambo*, ἀμφω (uterque), haud dubie.

Actionis reflexivae significatae, ut fit saepius a cambr. *ym-*, etiam ab hibernica particula exemplum perspicuum non exstat. Pertinet fortasse huc verb. *imluadad* (gl. saltabat; i. e. se vertebat?) Ml. 33^b. *imluadís* (gl. exagitat) Ml. 33^d, et verbale subst.: *duntimluad* (gl. ad agitationem) Ml. 15^a, itemque e verbo ortum subst. *imchlóud*, *imchlóud* (inversio, generis in aliud) Sg. 31^b. 62^a.

In aliis denique particula videtur significationis intensivae, e. gr. in *imthréinigim*, *immomon* (cf. Ambigatus, nomen viri gallicum), vocabulis simpliciter compositis jam allatis.

IN (lat. *in-*) particula composita non sequitur regulas separatae, sed servat liquidam finalem: *inlínaigetar* (inretiunt) Ml. 32^a. *inmedóncha aili* (intestina alia), *inmedónchaib* (gl. pro intestinis) Wb. 12^b. Sg. 111^a. *inmedónchu* (gl. interior, gl. magis intra) Sg. 39^a. *inruifill* (gl. implicuit) Ml. 33^c. *insádaim* (gl. jacio) Pr. Cr.

57^a. *du insudighthisiu* (gl. statuta tua) Ml. 30^b. *infesmais* (gl. con-suevimus indicare) Ml. 17^d. *ingoistigther* (gl. inlaqueari; cf. Ml. 23^b *ho goistiu*, gl. suspensio) Ml. 28^c. *ingreim* (persecutio), *ingrentid* (persecutor; cf. p. 265) Wb. *ingrennat* (persequuntur), *inrograinn* (gl. persecutus) Ml. 26^a. 26^d. *intonnaigim* (gl. inundo) Sg. 144^a. *intursitib* (gl. inriguis) Ml. 15^b. Infectio nec in his animadvertitur, nec in infra sequentibus decompositis; occurrit tamen infecta *ch* in Sg.: *inchosc* (demonstratio, significatio), *inchoisget* (significant), *inchoisechar* (significatur) 30^b. 53^a. 197^a. 198^a, in Ml. 21^d: *inchosig* (significat), ut post *con-* in *conchoim-nucuir* Wb. 19^c.

Forma *in-* etiam invenitur ante vocales in decompositis infra sequentibus *inárbenim* (impello, adpello, -ere), *tinola* (colligit; *do-in-ola*), in adj. *inidil* (gl. clandestinus) Sg. 222^b, siquidem huc pertinet.

Significatio habilitatis, quae est in hodierna forma *ion-*, videtur jam latere in particula in substantivo *inrucus*, *inrucus* (dignitas, facultas) Wb. 29^a. Sg. 59^b. Intensiva significatio est in duplici compositione *int-* (= *in-do-*, mox infra).

IND (*int-*, *inn-*, *in-*; gall. vet. *ande-*, germ. *and-*, gr. *ἀντι-*) potest haberi forma plenior supra memoratae particulae *aith-*, *ed-*, *id-*, in significatione tamen magis concordat cum praep. *fri*, quae in sensum solius motionis vel directionis mitescit, tam ad aliquam rem quam etiam ab aliqua re, dum *aith-* significat tantum motionem ad aliquam rem vel personam.

Motionis *ab aliqua re* significatae exempla: *isanindarbae* (gl. in repulsam) Ml. 23^c. *tre indarpae .de. asinmascul* (gl. a fratribus Phaethontides; unde femininum Phaethontis, Prisc. 2, 6; i. e. per ablationem syllabae de a masculino) Sg. 31^b. *arenindarbae analchi ood* (ut abigat malefacta a se, homo) Camarac. *nachim-rindarpaise* (quod non me repulit), *arnachitrindarpither* (ne sis exheredatus, abactus) Wb. 5^a. 5^b. *cen indlach* (gl. sine disceptatione), *cen nach indlach* (gl. sine ulla interceptione) Wb. 28^b. Ml. 32^a. *tre indlach* (gl. per diaeresin) Sg. 207^a. *indlung* (gl. findo; andelangus, p. 837, ergo fissio, interceptio?) Sg. 15^a.

Motionis *ad aliquam rem vel personam** exempla: *indindi-*

* Nomen oppidi gallicum Anderitum (*rit*, vadum, germ. *furf*) inde facile esse potest significationis, cuius est germ. *Urfar* (i. e. überfahr) locorum quorundam.

rice (impetus in aliquem, vindicta, malum redditum; mox opponitur *indilgud*, venia, remissio) Wb. 25°. *iarsindindnidiu* (gl. secundum expectationem; nom. *indnide* cum articulo *ind-*, qui etiam antecedit in primo exemplo) Wb. 23°. *indnadad* (gl. expectet, unus alterum) Wb. 11^a. Idem sensus continetur in decomposito infra sequente *doindnaich*, *tindnagar* (tribuit, attribuitur).

His exemplis adnumerandam censeo, cum praep. *in* ne ante vocales quidem transiens in *ind-* appareat, ante *s* et *f* autem nec mutata nec inficiens inveniatur, formam INT, *d* mutata in *t* obsequentem *s* (p. 55) in subst. *intsamil*: *intsamil* (gl. instar) Sg. 64°. *tre intsamil*, *tre intsamail* (per imitationem) Wb. 16°. Sg. 6°, juxta scriptionem etiam obviam *indsamuil* Wb. 13°. Item in formis verbalibus: *inintsamlamarni* (gl. an aemulamur?), *duis inintamlitis* (an fortasse imitentur), *intamlid abéssu* (imitamini mores ejus; cf. adj. *cosmil* constructum cum praep. *fri*, p. 607, similis alicui, ad aliquem) Wb. 5^b. 11^b. Addi debet, si est hibernicae originis, non transsumtum lat. intellectus, subst. *intíslucht*: *rellair intintíslucht* (manifestatur sensus), *dindindliucht* (de intellectu) Sg. 53°. 201°. *inliucht* (gl. sensus) Wb. 5°.

Occurrunt porro formae assimilatione ortae INN, IN (cf. *find*, *fin*, albus, p. 74): *innarbar hires dam tri drochgnimu* (gl. fides peccatis obstruitur; i. e. abigitur, removetur, supra *indarba*) Ml. 14°. *insamlathar side mobésusa* (imitatur hic mores meos) Wb. 9°. *insnastis* (gl. exserere consuerunt, gladium; cf. *coatomassar*, gl. ut inserar, p. 475, ex *adnassar*) Ml. 26°. Item in decompositis: *innarbantar*, *inarbenim* (appelluntur, appello), *doinscann* (incipit, aggreditur), *intinnscann* (inceptio), *intinnscana* (incipit), *intinscanam* (incipimus; = *in-do-ind-*) infra sequentibus.

OL (super, ultra, p. 602) in dictione grammaticali *olfoirbthe* (plusquamperfectum) Sg. 151^b, juxta *sechmadachte foirbthe* (praeteritum perfectum).

SECH (ultra) raro occurrit in compositione: *sechmoella* (caret) Sg. 196^b. *nad sechmalla* (gl. non omittit, bona facere) Ml. 35^a. *sechmadachte* (praeteritum, tempus) Sg. fq.

TRI (per) item raro obvia: *trisgataim* (gl. foro; i. e. perfuro, et cf. gael. *gath*, aculeus?) Sg. 54^a.

UAD forma variata praep. *ó, ua* (a) in compositione: *íad-fialichthi* (gl. revelata, facie; i. e. velo exuti) Wb. 15^b. Coalescit ut *ád-* cum consona sequente: *conuobad* (gl. ut attolleret; = *uad-gabad*) Ml. 35^c. Decompos. *hiatuasailcthas* (gl. absolutum) Sg. 30^b pro *íad-t*.

REMI, REM forma composita praep. *ren, re* (ante, prae): *remiepor* (gl. praedico) Sg. 222^a. *remieperthe* (antedictus) Wb. Sg. fq. *remitaat* (gl. praesunt) Wb. 25^c. *remisuidigud* (praepositio) Sg. 27^a. 212^a. 215^a. *remisuidigddis* (praeponebant) Sg. 28^a. *irremfus* (in praesentia) Wb. 31^a. *remfoiride* (gl. praestitutorum, a deo) Ml. 26^c. *remfoiti* (gl. praemissa) Ml. 30^c. *remdedólte* (gl. antelucanus) Sg. 36^a. *indremdédénach* (gl. praepostere) Sg. 212^a. *remthechtas* (praecessio) Sg. 203^a. 215^a.

TAIRM (= *tarmi-*, pro quo legitur *tremi-, trimi-, trem-*) forma composita praep. *tar* (trans): *intairmchrutto isleib tabór* (gl. in eandem imaginem transformamur; i. e. transformationis in monte T.) Wb. 15^b. *tairmthecht, tairmthecht* (transgressio) Wb. fq. *tairmthecht* (transitus, literae in aliam literam) Sg. 14^a. 15^a. *nephtairmthechtid* (gl. intransitivus) Sg. 189^a. *tarsatharmthiagat* (gl. transgressis; i. e. trans quae transgrediuntur) Cr. 18^b. *tremthiagat* (transgrediuntur, praecepta) Wb. 25^d. *trimirothorndiussa indium* (gl. transfiguravi in me) Wb. 8^d: *tremiberar di suidiu* (transfertur ab hoc) Wb. 8^a. Quaeritur tamen, annon haec *trem-* interdum sit forma variata praep. *tre*, e. gr. in Sg. 190^a: *tremdirgedar* (in gl.: *ishinnon persan diatremdirgedar uerbum et part.*, gl. legens doceo pro lego et doceo; i. e. est eadem persona qua pervaditur verb. et part.), et in Ml. 21^d: *ni tremfeidligfet* (gl. non permanent, ante oculos tuos), *istremfeidligud suthin inchosig permaneo* (est perduratio longinqua quam significat permaneo; pergitur: non sic maneo; cf. *fedligedar*, gl. manet, Wb. 2^c). Videtur in his obtinere confusio praep. *tar* et *tre*. Inde est etiam intensiva haec forma: *rii trembethe* (gl. regi saeculorum immortalis deo, honor et gloria) Wb. 28^a.

Separanda ab his est formula decomposita *tair-*, vel cum immissa *n tairn-*, e. gr. in *tairngire* (promissio) Wb. fq., cuius compositio *do-air-* patet e formis praeteriti *durairngert, dorairngred* (promisit, promissum est) Wb. 2^c. 5^c.

D. Decomposita.

Sunt composita trium vel plurium vocum. Trium vocum gallica prisca decomposita, in quibus sunt nonnisi substantiva sive adjectiva, vel etiam particulae intermixtae, non adeo rara sunt inter nomina oppidorum vel virorum, e. gr. Epomanduodurum (in quo, ut in Augustodunum, Augustoritum, Juliobona, continetur viri nomen, Epomanduuus, cui conferenda sunt Veromandui, Cartismandua) Itin., Eporedorix, Indutiomarus Caes., Atepomarus, Ateporix Plut. Strab., Vertacomacori (Vocontiorum pagus) Plin., Venaxomodurum (oppid. Raet., leg. Verax.?) Notit. dign.

Nec rara sunt decomposita hibernica vetusta, praesertim in quibus intermixtae occurrunt particulae, e. gr. *ban-air-chinnech* (princeps femina), *cain-chom-arc* (benevolentia) Wb., *dag-im-rat* (bona cogitatio) Wb., *grien-t-air-issem* (gl. solstitium) Cr., *bant-er-ismid* (gl. obstetrix) Sg.

Multo frequentiora autem sunt decomposita, in quibus voces praecedentes sunt particulae, aut duae aut plures. Quae prae ceteris sunt notatu digna et diligentius enumeranda tam ob frequentiam suam, quam quod saepius coalescunt et in formas transeunt quae vix perspicuae sunt, nisi comparentur cum aliis. Sequor ordinem iterum alphabeti non discernens hic particulas separabiles et inseparabiles. Harum tamen plura decomposita exempla jam inter compositas inseparabiles ob formarum conspectum prolata sunt, maxime sub *an-*, *neb-*, *és-*, ut nominum et separabilium particularum decomposita nonnulla jam supra leguntur, ubi addere necesse erat ob eandem vel aliam causam.

I. Decomposita cum duabus particulis.

AD cum antecedentibus aliis. FO-AD: *foáobat* (gl. depouunt; — *fo-ad-gabat*) Cr. 18^b. *fo-trácbussa* (gl. reliqui te; *fo-tro-ad-gab.*) Wb. 31^b. *foacaním* (gl. succino) Sg. 167^a. Addenda his haud dubie: *foammamichte* (subditus) Wb. 13^c. *foammamugud* (servitus; subst. *mám*, jugum, dominium, Wb.) Ml. 26^a. 28^d. IMM-AD: *immatrebdiútu* (gl. circumhabitato) Cr. 36^a.

AIR. CON-AIR: *conairleicther* (gl. admittitur), *conrairleic* (gl. permisit) Ml. 32^c. 32^d. *comairle* (voluntas) Wb. fq. *icomairbirt* (in foedere) Wb. 3^c. DO-AIR, TAIR: *tairissem* (constantia), *tairismech* (constans) Wb. 5^b. 8^d. 14^c. *ón tairgiriú* (gl. pollicitatione) Ml. 33^d. *doaurchanim* (gl. sagio) Sg. 60^b. *doarchet*, *doairchet*, *tairchet* (praedictum est) Wb. fq. *tairchechuin*, *tairchecknatar* (praedixit, -erunt; cf. p. 468. 496) Wb. 4^d. 5^a. *tairchital* (prophetia) Wb. 5^a. Invenitur saepius ante *g* immissa *n* post hanc formulam: *tairngire* (promissio) Wb. fq. *duairngerthe* (promissum) Wb. 2^c. *durairngert*, *durairngred* (promisit, promissum est) Wb. 2^c. 5^c. IMM-AIR: *immargal* (gl. lis) Sg. 67^b. *inimmargail* (gl. in lite), *indimmarlaide* (mutuus furor) Ml. 16^b. IND-AIR: *inarbenim* (gl. jacio) Pr. Cr. 57^a. *inárbenim* (gl. appello, -ere) Sg. 146^b. *innárbantar* (gl. impelluntur; *ár* ob positionem? cf. p. 32. 33) Ml. 15^c.

AITH. DO-AITH, TAITH, TATH, TAID: *tatháir* (reprehensio; simpl. *dir*, *airid* Wb. 16^a) Wb. 8^d. *ataidlech* (gl. satisfactionem), *intaidlich* (gl. satisfactionis) Ml. 23^a. *ácaintaidlech* (gl. satisfactionem), *hochaintaidliuch* (gl. satisfactione) Ml. 32^c. 32^b. *taidmenadar*, *taithminedar*, *taidminedar* (significat, memorat) Wb. 9^c. Sg. 13^b. 22^a. *doadbat*, *tadbat* (demonstrat), *doadbadar*, *taidbadar* (demonstratur), *taidbse* (demonstratio) Wb. Sg. Ml. fq. *taidchur*, *taidchricc*, *taithchricc* (redemptio) Wb. fq. *dorradchiúir*, *dorrachchiúir* (redemit, praet.; i. e. *do-ro-aith-ch.*, cf. p. 414) Wb. 2^b. 32^d. FOR-AITH: *foraithmet* (memoria) Ml. 22^d. 23^a. *foraithminedar* 7 *foraithmentar* (memorat et memoratur) Ml. 17^b.

AS (*es-*, *é-*). DO-ES, TES, TE: *tesbuith* (deesse) Cr. 3^b. *tesarbæ*, *tesarbi* (defuit; = *do-es-robe?*) Wb. 17^d. 28^d. *testa* (deest) Cr. 18^d. *tesbanat* (deficiunt) Wb. 11^d. Pr. Cr. 62^a. *tecmang* (eventus; *do-é-cum.*, p. 831) Sg. fq. *ol donecmaing* (gl. quod accidit) Sg. 40^a. REM-AS: *remiérbart* (antedixit) Wb. 5^c. *remiérchóil* (gl. praedestinavit; cf. p. 841) Wb. 4^b.

CON. AD-CON: *accomol* (conjunctio) Sg. fq. *adcomalter* (adjungitur; cf. infra *tinol*, *do-in-ol*) Sg. 63^a. AITH-CON: *conaidchomarcaib cucisom* (cum quaestionibus ad eum, epistola) Wb. 9^d. Forsan etiam: *anadchodadossa trithorad mo precepte* (gl. obsequii mei oblatio, Rom. 15, 31) Wb. 7^a. AS-CON: *ascon-*

garar (gl. indicitur) Ml. 14^c. CON-CON: *ní conchoimnucuir rect firianugud* (non efficit lex justitiam) Wb. 19^c. DO-CON: *docoischifed* (punitura esset, poena) Wb. 10^a. ES-CON: *éicndairc, éicndirc* (absens) Wb. Sg. fq. *éicndarcus* (absentia; cf. p. 831) Wb. 19^d. FO-CON: *fochomalsid, fochomolsam* (sustulisti, toleravimus) Wb. 11^b. 14^b. *forchomnucuir, forcomnucuir, forcomnacuir* (factus est) Wb. Sg. fq., si est pro *fo-ro-chomn*. FOR-CON: *forcomet, forcométas* (observatio) Sg. 22^a. 112^b. 208^a. 214^a. *forcongrim* (mando, jubeo) Wb. fq. *forngarthid* (imperativus; = *forcong.*) Sg. 147^b. FRI-CON: *friscomartatar* (gl. offenderunt) Wb. 5^b. *frecndirc, frecndairc* (praesens; cf. p. 846) Sg. fq. IMM-CON: *imchomarc* (interrogatio), *imchomurc, imchomarcac, immechomarcac* (interrogo, interrogatur) Wb. Sg. fq.

DI. IMM-DI: *imdibenar* (gl. absciditur, caput) Sg. 143^b. *imdibe* (circumcisio) Wb. fq. ETAR-DI: *etirdibnet* (gl. perimunt) Ml. 15^b. *etardibe* (gl. interitus; cf. mox infra *tóbe* = *dofo-be*) Wb. 25^d.

DO. IN-DO transiens ante vocales in INT: *isdo intindugud indeircc* (gl. ad confirmanda corda vestra) Wb. 25^a. *ónd intólu* (gl. exundantia; cf. inversum *tinola* = *do-in-*) Cr. 39^a. Est significatio intensiva in his; item in composito, ut videtur, triplicis particulae: *intairbir adé* (gl. dorsum eorum semper curva, Rom. 11, 10) Wb. 5^b. Legitur etiam *ind-*: *indessid* (gl. insederat: error qui eis insederat) Ml. 20^a. *indatbendachub* (gl. benedicens benedicam te, Hebr. 6, 14; *-at-* pron. infixum 2. ps.) Wb. 33^d.

ETAR. DO-ETAR: *doetarcuirethar* (gl. interpellat, pro nobis) Wb. 4^b. *doretarnacht hondrosc* (gl. ejus acie comprehensum; i. e. comprehendit oculo, cf. *dorrindnacht*, p. 442) Ml. 33^c.

FO. DO-FO, transiens in TÚ, TU, TÓ, TO: *dofuaircc* (gl. bovi tritुरanti, i. e. qui triturat), *arisbés leosom indaim do thúarcuin* (gl. numquid de bobus cura est deo? i. e. nam mos eis, boves triturare) Wb. 10^d. *fer dénma bairgine tuarcain dofuairecitis inna grán la arsidí* (gl. pistor: a pinso pistum debet esse, unde pistor nomen verbale, Prisc. 10, 8; i. e. vir faciens panem conterendo, contriverunt grana apud veteres) Sg. 184^b. *tuarcun* (gl. tribulatio) Wb. 1^c. *dofuislim* (gl. labo) Sg. 146^b. *dofuisledur* (gl. possit elabi) Ml. 30^a. *tuisel* (casus; *do-fo-isel*, ex adj. *isel*,

inferus) Sg. fq. *tórand*, *tórant* (signum, forma, figura) Sg. 3^a, e quo verb. *tóiríndet*, *tofóiríndet* (significant; cf. *rind*, signum celeste) Sg. 25^a. 72^b, pro *do-fo-ríndet*. *tororansom* (gl. signavit; = *do-fo-ro-r*.) Ml. 29^b. *cadufobath* (gl. incideret), *cadufobúthor* (gl. ut succidatur) Ml. 2^a. 35^a. *tóbe* (decisio; = *do-fo-dó*) Wb. 2^c. 5^b. *nephthóbe*, *anebhóbe* (gl. praeputium) Wb. 1^d. 2^c. *tóchrechad* (gl. molimen) Sg. 54^a. *óataohrechad* (gl. magno molimine), *imna tochrechthu* (gl. bellorum machinas, admovent) Ml. 19^a, 26^d. *to-gairm* (vocatio), *togarthid* (vocativus) Wb. Sg. fq. Est interdum alternatio inter simplicem *do-* et duplicem *tó-*: *dogáithim* (gl. il-ludo) Sg. 24^a juxta *ruthógáitiam nech* (gl. circumvenimus, aliquem) Wb. 16^a. *domuinur*, *domoíunur* (puto) Sg. 209^b. Wb. 14^a juxta: *arnatomnathar* (ne cogitatur) Wb. 13^c, *toimíun* (cogitatio; = *dofomíun*) Wb. 23^a. *ducrechat* (gl. callide excogitant, gl. moliantur) Ml. 28^c. 30^b juxta *tóchrechad* ante memoratum. IMM-FO, IMMO: *imfognam*, *imognam*, *immognam* (constructio sententiae; i. e. mutua servitus) Sg. fq. *imotacht* (subsídium, utilitas; cf. *fortacht*, auxiliúm): *am. rumbói nephimotacht doibson tre amairis atá imotacht dunni trihiris* (gl. nobis nuntiatum est quemadmodum et illis, sed non profuit illis sermo auditus, Hebr. 4, 2) Wb. 33^b. Frequens est verb. *imfolung* (efficio), praesertim obvium in formis contractis: *imfoláigi*, *immesfoláigat*, *immfoláiget*, *imfoláigar* in Wb., *imfoláigai*, *immesfoláigai*, *immfoláigai*, *immfoláigáithor* in Sg. In praeterito cum immissa *r* particulae *ro*: *imforling*, *immesforling* (effecit), *imforlinged* (effectum est) Wb.

FOR. AIR-FOR: *arforchelta* (cunctatur, expectat) Wb. 4^c. DO-FOR, TÓR, TOR: *dofórmgat* (augent) Sg. 53^a. *dofórmgar*, *dofórmagar*, *dofórmagddar* (augetur, -entur) Sg. 28^b. 55^c. 188^a. *tormag* (auget) Sg. 41^a. *tórmach*, *tormach*, *tormag* (auctio) Sg. fq. *tórmachtaid* (gl. auctor) Sg. 65^a. *on torgabail* (gl. admissi peccati gravis, conscius) Ml. 22^b. *anastorgabthe* (gl. in nos admissa), *torgabthi* (gl. commissam, a me injustitiam; Ml. 23^c praet. *ma durogbusa*, gl. si admisi, ubi plenius esset *durogbusa*) Ml. 23^c. 27^c. Legitur in eodem 22^d: *ontargabail* (gl. admissione, tanti peccati), cum TAR, praeter quam formam etiam alternant TER, TUR, TUAR: *dofurgabtais* (gl. proferri debuit; i. e. proferre-bant), *dofurcábar tríit fessin* (gl. per se prolatum) Sg. 7^b. 43^c.

tercbál (prolatio), *tergabar* (profertur) Sg. 4^b. *oc terebáil* (in ortu, siderum), *turgabthi* (gl. exortiva, Galliae) Cr. 18^c. 36^b. *tuargab cenn indriúsin* (gl. nunc autem manifestum est, mysterium) Wb. 26^a. *tuargabad fornn aire fochide náid tuargabar nert* (gl. gravati sumus supra virtutem) Wb. 14^b. TAR-FOR: *tairmorcenn* (terminatio; = *tairmforcenn*, quod ultra finem) Sg.

IAR. DO-IAR, TIAR: *infern dodaiarmorat* (versus qui subsequitur) Sg. 136^a. *la .q. 7 lasingutai dodaiarmorat* (gl. u ante alteram vocalem: q propter nihil aliud scribenda videtur esse, nisi ut ostendat, sequens u ante alteram vocalem in eadem syllaba positam perdere vim literae in metro, Prisc. 1, 4; i. e. inter q et vocalem quae subsequitur) Sg. 6^b. *soirthiu de inlabrad diatairmthecht isinliúir comfograighi dodaiarmorat* (gl. corrumpto, irritato. Hanc mutationem sciendum naturali quadam fieri vocis ratione, propter celeriore motum linguæ laborumque ad vicinos facilius trans-euntium pulsus, Prisc. 1, 7) Sg. 15^a, in quibus *-d-*, *-da-* inter utramque particulam habendum est pronomen infixum 3. pers. sing. vel plur. Subst. *tiarmoracht*, *tiarmoracht* (consequentia) Wb. 30^a. Sg. 9^a. 16^a.

IMM. DO-IMM, TIMM: *ni timmorcar frislonn ninliuchta* (gl. quae a nullo proficiscitur affectu mentis, vox inarticulata), *nephthimorti frislonn ninliuchta* (gl. inarticulatae, literae) Sg. 3^a. *ind .e. timmorte* (e correpta, i. e. compressa) Sg. 12^a. *timmartaib* (gl. arctis, rebus) Ml. 27^a. *itimmaircuib* (in carceribus) Wb. 15^a. *timthastaib* (gl. fixis, labris) Sg. 6^a. *doimmthastar frislonn ninliuchta bis hisinnenmain* (gl. articulata vox est, quae coarctata, hoc est, copulata cum aliquo sensu mentis ejus qui loquitur, profertur, Prisc. 1, 1) Sg. 3^a. *timthirthidi* (ministri), *timthirect* (ministerium) Wb. 5^a. 8^c. CON-IMM: *comimmaircidi* (gl. competentis, hora) Cr. 39^c. IMM-IMM: *imimgabaim* (gl. vito) Sg. 50^b. *imgabthack ni fir imgabail iscosmail indi imaimgaib* (gl. vitabundus) Sg. 59^a. *immanimcab* (devita eum) Wb. 30^a. *imringab-sat* (gl. declinaverunt) Cr. 39^c.

IN. DO-IN, TIN: *doinola* (gl. adplicat) Ml. 25^b. *aratnola* (ut colligat; cf. *ad-com-ol*, supra) Camarac. *hóre doninfet anacoor donduini* (quia inflat voluntatem homini, spiritus), *ished tin-fetom* (hocce inflat ipse) Wb. 4^b. *tinphed* (gl. spiritus) Sg. 6^a. *tinfeith*, *tinfed* (aspiratio) Sg. 9^a. 214^a. *tinfesti* (gl. flatilem; Ml.

16^b: *ho sétfethchaib*, gl. flatibus, ardere) Sg. 17^b. *tintíúth*, *tintid* (interpretatio), *tintathig* (interpretes; cf. *túth*, p. 31) Wb. Sg. Ml. *dorencanas* (gl. perspectis; i. e. perspexit, *doincanim*) Ml. 33^c. FO-IN: *fointreb* (gl. supellex) Sg. 113^a.

IND. AS-IND: *asingaib* (excedit) Ml. Sg. DO-IND, TIND: *doindnaich* (gl. distribuit) Sg. 27^b. *dorrindnacht* (tribuit, praet.) Wb. 20^b. *tindnagtar* (praebentur) Wb. 15^c. *tindnacal*, *tindnacul* (communicatio) Wb. 1^a. 4^b. 9^b. 13^a. 15^a. Sg. 27^b. *doinscansom* (aggregitur, incipit; cf. mox infra *intinnscana*, incipit) Wb. 17^c.

O, OD (*d* expressa non legitur, sed animadvertitur in consona sequente dura). AIR-O: *arosailther* (gl. aperitur), *aransailcea* (gl. illum patere) Ml. 14^c. 36^b. DO-OD, DO-O transit (ut *doa*, praep. *do* cum pron. possess. *a*, fit *dia*, p. 598) in DIO, DIU, TIU: *doopir sens indiuít* (gl. privativum est, e in compositione ut enervus; i. e. privat sensum simplicis) Sg. 221^b. *dioiprid chách* (gl. fraudatis), *na tiubrad cách achéle* (gl. nolite fraudare invicem; i. e. privatis, ne privet) Wb. 9^c. 9^d. *diuparthe* (gl. privatam, substantiam) Sg. 28^b. *conaroib diupart neich lecele* (gl. ut fiat aequalitas, illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum, 2. Cor. 8, 14) Wb. 16^c. *oedupirt* (in decrescendo, de luna) Cr. 33^c. *nita cumacc do cháingnim condid diusgea inspirut nóib* (est impotens ad bonum opus, donec expergefaciatur spir: s.; = *diu-segea*, *diu-sechea*) Wb. 4^a. *ni diuschi fog.* (non excitat vocem) Sg. 6^b. *diuscartae* (gl. depositus) Ml. 32^d. *diuscartach* (gl. deprensus, verbum) Sg. 196^b. Videtur *o-*, *od-* etiam cum aliis quibusdam obtinere, e. gr. cum *ind-* in subst. *indoebál* (splendor circum sidera, gloria; = *ind-od-gabál*?) Cr. Wb. fq.; cum *ad-*, *aitb-* in *adobarar* (offertur) Wb. 10^c, *adopartar* (offeruntur) 10^b, *adropred* (oblatus est) 15^d, quamvis est subst. *edbart*, *idpart* (oblatio).

II. Decomposita cum pluribus particulis.

Frequentem duarum particularum compositionem exempla hactenus enumerata ostendunt. Non rara sunt etiam decomposita plurium particularum, e. gr. trium. Horum major pars oritur, si accedit amplius simplex particula ad compositum cum duplici, ut *tó-*, *tim-* etc., vel duplex ejusmodi frequentior ad compositum cum simplici.

IN-DO-AIR: *intairbir adé* (gl. dorsum eorum semper curva; cf. p. 853) Wb. 5^b.

FRI-DO-AITH: *fristacuirther* (gl. objicitur) Sg. 21^b.

DO-FO-AS: *lase dufuasailce* (gl. solvendo) Ml. 29^b. *tuasul-cud* (absolutio) Sg. 74^b. DO-FOR-AS: *tuarascbat* (proferunt; *do-for-as-gabat*) Sg. 7^a.

CON-AD-CON: *comacomol*, *comaccommol* (conjunctio) Sg. 221^b. 222^b. DO-AIR-CON: *donterchomruc noið*, *dontirchomruc noið* (gl. ecclesiae dei; nom. *terchomarc*) Wb. 14^b. 18^c. DO-AITH-CON: *doécomnacht*, *téicomnacht*, *tecomnacht* (praebuit, communicavit) Wb. fq. *teccomnocuir* (facit) Wb. 10^a. *doecmalla* (colligit), *tecmallid* (colligite), *tecmallad* (collectio) Wb. 9^d. 14^a. 16^c. DO-FO-CON: *doforchossol cách inrechtsin hoadam* (gl. peccati lex), *isaisniud pectho doforchosalsam ó adam* (gl. eramus natura filii irae; si subest rad. *sol*, *sal*) Wb. 13^d. 21^b. DO-IN-CON: *do bar tinchosc* (ad vestram institutionem; *do-in-cho-sech*) Wb. 16^a.

DO-FO-DO: *tódochidi* (futuræ, vitæ poena) Wb. 14^b. *issin-todochidiu* (in futuro) Wb. 12^a. *todoichfet* (futuri sunt; *doich*, *tic* = *do-ich*, p. 493) Ml. 28^b.

DO-AIR-FO: *ón terfochraic* (gl. oblatione; *t-er-fo-chur*., cf. p. 779) Ml. 14^a. AITH-DO-FO: *adrothoirndius* (gl. repunxi) Sg. 181^a. CON-DO-FO: *ní contustifea* (gl. non conelabetur, memoriae) Ml. 27^b. *comtuairc* (gl. contere) Ml. 29^b. *comthuarcon* (gl. contritio) Wb. 2^b. IM-DO-FO: *imthuarcon* (mutua tribulatio) Ml. 16^b. TAR-DO-FO: *trimirothorndiussa* (gl. transfiguravi; cf. p. 414. 415) Wb. 8^d.

CON-DO-FOR: *comthórnídedcha* (gl. his appendices orationis partes, Prisc. 11, 2) Sg. 189^a.

IM-DO-IM: *imtimcélfamni* (gl. cingemus, ex omni parte), *imtimcheltisni* (gl. nos cingebant, numerositate sua) Ml. 24^a. 32^a.

CON-DO-IN: *comthinól* (conventus, congregatio) Wb. 21^c. *ciall chomthinól and* (gl. *ὀὐν* copulativa) Sg. 222^a. DO-DO-IN: *dothinóol détig* (applicatio vestimenti) Wb. 12^b. FRI-DO-IN: *fristinfet* (gl. exsufflat) Ml. 28^b.

IN-DO-IND: *biid intinnscann and 7 ní forbarar* (gl. inceptus), *aicu bis and cen inthinnscann* (gl. non inceptus), *intinnscanta ní dechuid dochom forcinn anintinnscann* (gl. nec in-

ceptum nec finem habuit, Prisc. 8, 8) Sg. 148^a. 148^b. *intinscana*, *intinscanat* (incipit, -iunt) Sg. 136^a. 157^b. *intinscanam* (incipimus) Ml. 23^c. *do intinocitul ingnimo* (gl. ad arripiendum opus) Ml. 15^a.

DO-AIR-LA: *condid tarlasechas et couri alaiam* (ut consequatur et accipiat praemium suum, cursor) Wb. 24^a. Eadem formula est fortasse etiam in Wb. 29^c: *condid tarilba illau baiss* (gl. serves mandatum sine macula usque ad adventum domini; i. e. donec adest die mortis).

DO-DO-OD: *dodiusgadar* (expergefiat) Wb. 5^c. *am. dorodiusgad cr.* (gl. convivificavit nos Christo) Wb. 21^b.

Sunt denique etiam quatuor, immo quinque, particularum praemissarum decomposita. Congrediuntur e. gr. formulae duae duplices *to-* = *do-fo-* et *diu-* = *do-od-* in his: *todiusgad*, *todiuschud* (expergefactio) Wb. 5^c. *toddiusgat* (gl. movent) Sg. 7^a, juxta triplicem in *dodiusg.* et duplicem in *dofoiscod* (suscitabat, ad vitam) Hymn. S. Patr. 17. Admittit triplex *tuas-* = *do-fo-as* simplicem *od-* in *huatwasailthas* (gl. absolutum) Sg. 30^b; itemque triplex *técom-* = *do-air-com-* simplicem *fri-* in *fristécomnacht* (attribuit): *ced torbe frisatécomnacht* (gl. quid igitur lex? i. e. quae utilitas, quam contribuit? *a* pro *an*, relativum infixum) Wb. 19^c. Porro: *cotausbat* (gl. se attollunt, sidera), *cotaocbat* (gl. exsurgunt; = *con-do-fo-ad-gabat*) Cr. 18^b. 18^d. Quinque particularum: *comaterchomla* (gl. apud se ponat recondens, eleemosynam, 1. Cor. 16, 2) Wb. 14^a, e triplici *terchom-* = *do-air-com-* (cf. *terchomarc* supra, et *accomol*, *adcomlatar*, p. 466) et duplici *com-* = *com-ad-* (*a* pro *ad-*, ut in *atreba*).

II. Compositio britannica.

A. Nomina composita.

1. Substantiva cum substantivis. Canabrica exempla e libro Landav.: *dufuyrguyr* ("aquatici viri") 121. *mochros* ("locus parcorum interpretatur") 77. *hebaucmain* (lapides accipitris) 75. *cicbran* (corvus carnis) 150. E Mab.: *gywdhodym* (bestia sil-

vestris) 2, 226. *catuarch* (equus pugnae) 2, 10. *tylwoyth* (agmen, habitatores domus, familia) 2, 12. *maendy* (domus lapidibus constructa) 2, 234. Corn.: *denlath* (homicidium) Pass. 124, 2. Armor.: *leandi* (domus sanctimonialium, monasterium) Buh. 18, 15. 38, 4.

Sunt ita composita nomina virorum et feminarum vetusta plura. Cambrica: *Catqualatyr* (belli dux) Lib. Land. 124. *Catmuth* (pugnae ardor) 191. *Clotri* (germ. Chlodoricus, gloria insignis) 168. 169. *Ourdilat* ("puella, filia Cingual"; i. e. auro vestita; cf. *Croidylat*, nomen feminae comp. cum adj. *crey*, splendidus, in Mab. 2, 212, subst. masc. *dilat* verso in fem., ut gr. *πέπλος* in ἡ *χευσόπεπλος*) 260. Armorica: *Cathoiarn*, *Budhoiarn* (ferum pugnae, victoriae) etc. in chart. Rhed.

Cum eodem substantivo saepius obvio in priore loco vel posteriore posse obtinere compositionem, ut in quacunque lingua alia affini, vix est, quod moneatur; magis propria in his britannicae linguae notanda sunt. Idem substantivum in priori loco: *laubael* (gl. secularia; i. e. securis manualis) gl. Oxon. *llawuorynyon* (puellae a manibus, servae) Mab. fq. *morbran* (gl. merges; i. e. corvus marinus) gl. Oxon. *morhoch* (gl. delphinus; i. e. sus maris), *moruil* (gl. cetus; i. e. animal marinum, *-mil*), *mornader* (gl. murena; i. e. anguis m.) Vocab.

Interdum substantivum primum, quod a praecedente vice genitivi fungente plenius describitur vel definitur in solita compositione, non est loco posteriore, sed in priore: *tatmaethou* (patres alimenti) Mab. 3, 35. *mamaid* (gl. nutrix; i. e. *mammaeth*, mater nutritionis) Vocab. *rytychen* (vadum boum, angl. Oxenaford) Mab. 3, 303. *Mamouric* (= Mauricomagus, locus Mauricii) Lib. Land. 197. Praemittuntur etiam substantiva britannica, ut hibernica (p. 820), in compositione, quae in aliis linguis non nisi sunt apposita, e. gr. in cambricis: *pensaer* (faber princeps, primarius; *pean*, caput) Mab. 2, 243. *pennkynyd* (venator dux) 2, 7. 226. *pennllehmidyd* (inter salientes princeps, germ. hauptspringer) 2, 209. His adnumerari poterunt plurima nomina britannica locorum, in quibus praecedunt *din*, *caer* (oppidum, civitas), *treb*, *tref* (vicus), *lann* (area, ecclesia) etc. Proprie tamen omnium horum vix est compositio, sed potius consociatio primitus substantivi cum substantivo apposito, vel cum substantivo in genitivo.

Substantiva in posteriore loco compositi iterata. Cambr. *gwyd* (arbores, collect.): *ffawyd*, *ffenytydyd* (fagi, pini) Mab. 1, 7. 29. corn. *pren* (arbor, lignum), *les* (herba) in nominibus arborum vel herbarum in Vocab.: *pinbren* (pinus), *perbren* (pirus), *ficbren* (ficus), *guinbren* (vitis), *moyrbren* (morus), *oleubren* (olea), *boreles* (consolida) etc.

Magis digna, quae diligentius enumerentur, sunt britannica substantiva ea, quae sive sint obsoleta extra compositionem, sive adhuc existent, ob frequentiore usum in secundo loco compositorum sunt fere ut formulae derivationum. Sunt ejusmodi *ma*, *gued*, *bot*, *royd*, composita cum substantivis vel adjectivis, quae ob conspectum hoc uno loco consociantur. Etiam adjectiva quaedam ejusmodi composita, ut *eid*, *lit*, omnino in munus derivationis transeuntia, addere congruum videtur.

MA (locus, p. 5, 157; cambr. hod. -fa): *enarima* (gl. in agone; leg. *en airma*?) gl. Lxb. *digatma* (gl. area, gl. circus) gl. Oxon., plur. *airmaou* (gl. machide. .; i. e. loci pugnae, *air*, acies) gl. Lxb., *irdigatmaou* (gl. circi), *guaroimaou* (gl. theatra) gl. Oxon. In libro Landav.: *poguisma*, *pouisma* (locus quietis) 249, servata vetusta scriptio, sed etiam: *pouisua* 149. *aperua*, *discynua* (locus adplicandi naves) 113. 135. *nant i guolchitua*, *guolchetua* (nomen vallis) 240. E Mab.: *aerua* (locus proelii) 3, 102. 195. *helua* (locus venationis) 2, 7. *pebyllua* (locus figendi tentoria) 3, 272. Corn.: *tregva* (habitatio) Pass. 213, 2. Interdum est mere abstractae significationis et obtinere videtur pro -bot: *y llas lladuo uawr obobparth* (facta est magna caesio in utraque parte) Mab. 3, 195. corn. *olva* (lamentatio) Pass. 4, 2. *asethva* (sessio, cambr. hod. *eisteddfod*) 143, 4. *redegua* (gl. cursus) Vocab.

GUED (*gwed*, forma, modus, Mab. 2, 60. 3, 9. *yr un wed*, eodem modo, 1, 279; hod. *gwedd* fem.). Cambr.: *clutgwed* (gl. strues), *onguedou* (gl. exta) gl. Oxon. Inter easdem occurrit adderiv. plur. *ringuedaulion* (gl. arcana), in Mab. sing. *rinwedari* (*y dwuyr rinwedawl hwnnw*, aqua haec arcana) 3, 301, e subst. *rinwed* (virtus arcana) saepius ibidem obvio, hod. *rhinwedd*, ut *tarwedd* (fermentatio; cf. p. 823).

Corn.: *fynwoeth* (finis) Pass. 212, 4. Armor.: *finuez* (finis) Buh. 72, 14. 104, 5. 146, 5. *dezuez* (dies) 102, 18. *bloazuez* (annus) 204, 21. *damuez* (materia, copia) 166, 18. 172, 20. 204, 20.

Omnia haec videntur huc pertinere, non ad *guez* (= cambr. *gweith*, hibern. *fecht*), item adverbii loco obvium *guizuidiguez*, *guyzuyzigues* (aperto, publico modo) 46, 18. 148, 21, ni est derivatum in *-igez* = cambr. *-igaeth*.

BOT (esse, subst. et infin. verbi substantivi). Vetustius exemplum cambr.: *hep amgnaubot* (gl. sine mente) gl. Oxon. Hodiern.: *eisteddfod* (sessio, congressus).

RWYD (hod. *-rwydd* masc., extra compositionem nonnisi adj. *rhwydd*, aptus; cf. hibern. *-rad*, *-red*) e cambricis substantivis vel adjectivis facit abstracta: *unbenrwyd* (principatus, habitus, mores principis) Mab. 1, 246. *arbennicrwyd* (principatus) 1, 284. *diwallrwyd* (abundantia; adj. *diwall*) 2, 19. 29. *enbeitrwyd* (periculum; adj. *enbeit*, periculosus) 2, 24. *ysgavnrwyd* (hilaritas) 2, 34. *kyuartalrwyd* (decentia) 1, 246. *teleduwrwyd* (formositas) 2, 13. *gwastatrwyd* (oblectatio) 2, 34. *arderchocwrwyd* (amabilitas) 2, 6. *lluossogrwyd* (abundantia) 2, 52. 63. Differre omnino videtur *-ret*: *gweithret* (operatio; *gweith*, opus) Mab. 1, 11. *gweisret*, *gweythret* Leg. (p. 180).

EID (obsoletum adjectivum, significans lat. *proprius*; cf. p. 392 et hibern. vet. *ái*) est loco derivationis adjectivorum e substantivis: *pebreid*, *pybreid* (piperosus) Mab. 2, 201. 203. *brenhineid* (regius) 3, 100. *teyrneid* (dominicus; *mackwoy t.*, juvenis dominicus, auctoritate domini) 2, 9. *hebogeid* (proprius falconi; *llygeit h.*, oculi ut sunt falconis) 2, 385. Accedit etiam ad adjectiva: *bonhedigeid*, *anuonhedigeid* (nobilis, ignobilis; adj. *bonhedic*, nobilis, e subst. *bonhed*, hod. *bonedd*, genus, hibern. vet. *banad*, origo) Mab. 1, 260. 2, 385. Occurrit quoque *-ieid*: *milwryeid* (militaris, militi conveniens) Mab. 2, 24.

LIT (hod. *llyd*, fem. *lled*, naturam adjectivi adhuc servans, Dav. p. 77; videtur radix adj. *llydan*, latus) est loco derivationis lat. *-olentus* vel *-osus*: *gwaethyt* (sanguinolentus) Mab. 1, 295. Ita hodierna: *gwenwynllyd* (venenosus), *poerllyd* (salivosus).

Nolim adnumerare his obvia in compositione *-lawn*, *-uawr*, adjectiva usitata et affatim cognita.

Attamen tam substantiva quam adjectiva, ut hactenus enumerata, licebit suspicari etiam in aliis terminationibus, e. gr. in **TER**, **TRA** in substantivis masculinis (p. 797), quae num sit

eadem vox cum armor. fem. *tra* (res), quaeritur. Porro MAN concreditur cum substantivis et adjectivis eo fere modo, ut *-nid*, *-lit*, in nominibus cambricis virorum (p. 792), nec non in nominibus avium quibusdam, in quibus adjectivo *man* (parvae) vel *ban* (altus) non concedet locum aliquis: *tylluan* (ulula) Mab. 3, 214, *goluan* (passer), *berthuan* (parra) Vocab., in quorum prior loco facile dignoscuntur cambr. subst. *toll* (spelunca), adj. *gowl* (purus), *berth* (pulcher). Congruunt bene cum his nomina vetusta, quibus item adjectiva subsunt, Cenomani, Germani (p. 735), et quaedam inter nomina virorum cambrica, ut *Tecuan* Mab. 2, 208 ex adj. *tec* (formosus).

2. Substantiva cum adjectivis. Sunt non infrequentia cambrica ita composita. Vetustiora e glossis Oxon.: *bronn-breith* (pectore variegatus), *bleuporthetic* (gl. laniger). E Mab.: *bronnwoyn* (pectore, ventre albus, canis) 1, 274. *march mynggrych* (equus juba crispus) 1, 26. *gwas, gwor pengrych* (puer, vir capite crispus), *morwoyn benngrech* (puella caesarie crispa) 1, 3. 14. 281. 282. *marchawc pendrwom* (eques capite gravis, capite demisso) 2, 37. *march pennuchel* (equus capite elevato) 2, 388. *hynt ffrwyth-lawn glotuwor* (via fructuum plena gloriosa) 2, 26. *march clotuwor* (equus magnae gloriae) 2, 240.

3. Substantiva cum verbis. Exempla cambrica: *et-coilhaam* (gl. ab aspicio auspex; = avispicio, *eten*, avis) gl. Oxon. *ffrwynglymhu*, *ffrwynglymu* (frena nodare), *ffrwynglymawd* (nodavit) Mab. 2, 38. 39. 41.

4. Adjectiva cum substantivis. Sunt frequentia hujus compositionis exempla britannica, ut hibernica. Sufficient aliqua.

E. gr. cambrica adjectiva colores indicantia cum substantivis: *guenfrut* (albus amnis) Lib. Land. 148. *rudpull, glaspull* (rubra, glauca fossa) Lib. Land. 74. 148.

Adjectiva *hen* (senex, vetustus), *cam* (curvus) etc. cum substantivis: *hendat* (gl. avus), *henmam* (gl. avia) in glossis Oxon. E libro Landav.: *hennrit* 70. *hendreb* 71. *henalt* 75. *henford* 146. *hennpont, henpont* 199. E Mab.: *henllys, henneuad* (vetusta aula) 2, 13. 3, 372. *henwisc, hendillat* (vestis obsoleta) 1, 250. 2, 24. *henwrach* (vetula mulier) 2, 199. Porro: *camdubr* (curva aqua) Cod. Lichfeld. *camfrut* (curvus fluvius), *camguili* (curvus vicus) Lib. Land. 133.

Cornica ejusmodi e Vocab.: *hendat* (avus), *hengog* (abavus), *camniuet* (gl. arcus, iris; i. e. aula curva), *drocger* (infamia), *drochoberor* (maleficus), *hírgorn* (gl. tuba).

Substantiva vocum ita compositorum interdum transeunt in significationem adjectivorum: *march llydangarn* (equus lata ungula praeditus; *carn*, ungula) Mab. 2, 50. *Creidylat* (nom. pr. feminae; i. e. splendida veste induta, cf. p. 859) 2, 212.

5. Adjectiva cum adjectivis. Colores designantium compositorum (cf. hibern. vet. *dubglass*, gl. coeruleus, Sg.) exempla occurrunt plura cambrica, ut *gwr gwynllhoyt* (vir albobuscus, i. e. canescens) Mab. 1, 286. *gwas melyngoch* (puer flavoruber, i. e. flavo capillo, rubra facie) Mab. 2, 376. *palffrei gwineudu* (equus fusconiger) Mab. 1, 10. Color intensivus significatur praemisso adj. *glew* (penetrans, intensivus, fortis), et color purus non admixto alio praemisso *pur* (sincerus, simplex): *glewdu* (admodum niger, equus) Mab. 1, 285. *glewlhoyt* (nom. pr. viri; i. e. admodum fuscus) 4, 1. 2, 6. 202. *purgoch*, *purwynn*, *purdu* (mere ruber, albus, niger) Mab. 1, 10. 2, 372. 3, 380.

Addo his locos e narrationibus codicis rubri quosdam scaten-tes adjectivis compositis, praesertim cum substantivis et adjectivis, quae modo fere poetico post substantiva cumulata sunt et aegre transferuntur in aliam linguam: *dyrnaot goenwoyniclym toidrut miloryeidffyrif* 1, 268. *dyrnaot aghewaldost goenwoyniclym engiriawolchwerw* 2, 51. *dyrnaot tosthym athrugar angersaldrut* 2, 57. *dyrnaot eidiclym goenwoyniclost kadarnffyrif* 2, 60. *dyrnodeu kyfymedic toidrut kadarnchwerw* 2, 51. *dyrnodeu caletchwerw kyfymdrut* 2, 65. *gwymp aghewaldchwerw choyfediclost briwedicffyrif* 2, 49. *march mawr uchel ymdeithwastat hywedualch* 2, 49. *catuarch kadarn dew kerdetrut llydangarn bronehang* 2, 50. *catuarch ffroenuolldrut awyduawr esgyrnbraff* 2, 65. *pump marchawc awyddrut kadarnffyrif y ar gatwarch kadarn dew eskyrnbraf maswehynn ffroenvolldrut* 2, 40. *peleidyrr kadarnoras godeuawc* 1, 24. *breckan hwytkoch galetlom toll a llenlliein erastoll trychwaawc aruchaf y wreckan* 2, 374. *cymellyat kadarn drut gwrawl miloryeid* 2, 24. *diaspat athrugar aruchel didaweldost* 2, 58. Adjectiva adverbiorum loco: *ymlad awnaeth ar sarff yn llidyawodrut ffenedicualch* 1, 266. *ae kyrchawd yn llityawodrut engiryawolchwerw awyduawc* 1, 268. *yn*

lidiawcdrut gyfymwycyr greulawffyruf dyrchael y gledyf aoruc 2, 51. Et ejusmodi alibi alia.

6. Adjectivi compositi cum verbo vix occurrit exemplum. Numeralia cum substantivis componuntur saepius ut adjectiva; exempla sistit eorum caput. Notanda hoc loco est proprietates linguae cambricae, quae in his non solum genus, sed etiam numerum cum propria interdum forma distinguit, e. gr. : *teirbhwyd*, *pedeirbhwyd* (tres, quatuor anni; *bhwydyn*, fem., *teir*, *pedeir* formae femininae num. *tri*, *petwar*), *trineint*, *chwemeib*, *seithmeirch* (tres valles, sex filii, septem equi, *neint*, *meib*, *meirch*, plur., p. 296; cf. adj. hibern. vet. *il* compositum cum substantivis in numero plurali, p. 826). Juncta ejusmodi cum substantivis videntur adjectiva: *mab teirbhwyd* (puer triennis) Mab. 3, 32. *amos nawgoyf* (equus novem hiemes natus, novennis) Mab. 2, 215, sunt tamen habenda abstracta numeralia in genitivo (cf. p. 322). Eadem compositio in adj. *teirnoisic* (tres noctes natus; *nos* fem.) Mab. 2, 225. 232.

B. Pronomina et verba composita.

Minus copiosa sunt, quam cetera composita. Pronomina aut secum composita, e. gr. *miui*, *tidi*, *arall*, *lall*, aut cum substantivis vel numeralibus, e. gr. *alldut*, *yllpedwar*, jam memorata sunt (p. 375 sq. 404. 406).

Verborum cum substantivis compositorum exempla quaedam: *discynua y loggou* (locus exponendi e navibus) Lib. Land. 135. *esgynuaen* (lapis scandendi, ex quo scanditur in equum; *disgynnu*, *ysgynnu*) Mab. 1, 14. *yspeilty* (domus spoliandi, spelunca latronum) Mab. 1, 37.

C. Particulae compositae.

Aut inseparabiles aut separabiles, ut hibernicae, compositae occurrunt cum substantivis, adjectivis, verbis. Separabiles, quae separatae praepositiones sunt aut fuerunt quondam, in compositione interdum varias subeunt formas. Inseparabiles hic primum, dein separabiles particulae et eae quae praepositiones obsoletae sunt, enumerantur.

I. Particulae inseparabiles.

1. Privativae particulae britannicae: *an-* (*am-*), *eh-*, *di-* (*dis-*).

AN cambrica solita forma: *anutonou* (gl. perjuriam), *iran-sceth* (gl. pulverem nullum, excute) gl. Oxon. *anwastat* (iniquus, non planus) Mab. 2, 372. *antanguenedu* (facere expertem pacis, quietis) Mab. 2, 35. Post particulam *m* et *b* destitutae inveniuntur: *anuab* (persona liberis orba; *mab*) Leg. 1. 43. 12. *anveitrawl*, *anueitrawl* (immensus, sine mensura; hod. *meidyr*) Mab. fq. *anuon-hedigeid* (ignobilis; *bonhedio*) Mab. 1, 260. Contra mediae *d*, *g* et mutae infectione nasali arripi solent, cujus variae formae jam memoratae sunt (p. 138. 224). Mutarum infectarum exempla quaedam e Mab.: *amarch* (contemptio; = *an-parch*, *am-p.*, *am-m.*) 1, 276. *aghyngor* (dementia), *aghyghorus* (demens; *an-c.*) 2, 54. 55. Nonnisi in *m* mutata *n* ante *b*, *p* legitur in Leg.: *ambreinaul* (non privilegiatus; *an-br.*), *ampriodaur* (non possidens) 2. 11. 29; 32. In hodierna lingua manet forma *an-* etiam ante *b* et *m*, utramque destituens: *anfodd* (mala voluntas, indignatio; *bodd*), *anfad* (non bonus; *mad*); item ante *ll*, *rh*, non destituens: *anlles* (incommodum), *anrhith* (deformis).

AM (AF) forma praecedens ante *l* in Mab.: *afles* (infortunium, incommodum) Mab. 1, 6. 256. Ita et hodie ante liquidas excepta *m*: *afles* (juxta *anlles*), *afnaws* (impudens), *afrif* (innumerus).

Cornica e Vocab. concordant: *anauhel* (gl. procella; praecedit *auhel*, gl. aura), *aniach* (infirmus; *iach*, sanus), *ancredourmor* (gl. pirata), *anfur* (imprudens). Destituta *m* sequens: *anuabat* (gl. sterilitas); ante *l* forma *af-*: *mab aflauar* (gl. infans), *aflauar* (gl. mutus; hibern. vet. *amlabar*).

Armorice haec particula minus in usu est, ejusque locum tenet *di-*.

EH (= hibern. vet. *es-*, *e-*, gall. vet. *ex-*; cf. p. 147) certa in *ehofyn* (intrepidus; *ofyn*, *ouyn* = hibern. vet. *omun*, timor) eum derivatis, citato loco jam memoratis. Alia hujusmodi non legi; differt enim *e-* in quibusdam significationis intensivae.

DI privativa (destituens sequentes consonas) frequens est in
VOL. II.

dialectis britannicis, praesertim composita cum substantivis, quae vertuntur in significationem adjectivorum, vel cum adjectivis primitivis. Cambrica: *didaul* (gl. *expers*; *daul*, pars) in glossis Oxon. In Mab.: *dianaf* (sine macula; *anaf*) 2, 239. *dielwo* (deformis; *elwo*, an *delwo*?) 2, 17. *diboen* (impunis; *poen*) 2, 38. *diffroyth* (sine fructu) 2, 29. 3, 299. Cum adjectivis: *didraha* (timidus, non audax; adj. *traha*) Mab. 1, 236. *dipetrus* (non haesitans) 2, 64. Inter glossas Oxon.: *dihel* (gl. *deses*; adj. *hael*), et decomp. *guordiminnaul* (gl. *invitus*).

Quaeritur tamen, annon horum ea, quae cum substantivis composita sunt, ob congruentiam cum part. *sep. co-* sint referenda ad praep. *di-* (cf. p. 875).

Cornica: *diskient* (insipiens; *skient*, sapientia, scientia), *dicrest* (iners) Vocab. *dyveth* (impudicus) Pass. 191, 1. Occurrit etiam forma *dis-*: *dislaian* (infidelis; praecedit *laian*, fidelis), *dielis* (deformis; *liu*, color, forma) Vocab. *dyscomfortys* (sine viribus, debilitatus) Pass. 255, 1 juxta *dygonfortys* 58, 1. Forsan transumpta lat. *dis-*.

Armorica jam vetusta: *dicofrit*, *difosot*, *diwoharth* (ita dicuntur agri, quibus non inhaerent servitutes *cofrit* etc.) in chartis a. 824. 829 chartularii Rhedon. 1, 41. 42. Eadem particula substantiva vertens in adjectiva e Buh.: *dianc* (angustiae *expers*) 28, 21. *dinam* (sine macula, innocens, purus) fq. *dimalicc*, *dinalicc* (sine malitia, benignus) 70, 5. 152, 19. *dicarantez* (amoris *expers*, est *invidus*) 70, 15. *dipisticc* (infirmittatis *expers*) 194, 3. Invenitur etiam praemissa adjectivis et substantivis servantibus significationem suam: *diguir* (non verus, falsus) Buh. 86, 7. *dicooant* (ingratus) 70, 15. *e dieguy* (in indiligentiam) 72, 1. *gant dipoen* (cum facilitate) 124, 13.

2. Particula qualitatis inseparabilis britannica respondens hibernicae *su-*, *so-* non infrequens est. Contrariae DO vestigium adhuc superest in glossis Luxemb.: *tidoihinto* (gl. per avia), quod videtur legendum *troi doihintou*, e *hint*, via. Ex usu autem cedere debuit jam ob congruentiam cum invalescente *di-*, de qua modo dictum est.

Formae HU, HO, HE, HI, HY (destituentes sequentes consonas, ut patet e Mab. 1, 259. 286: *hygar*, comis, amicus, et 2, 5: *hygyrchaf lle*, locus optime accessibilis, e *car*, *cyrchus*; cf.

p. 223) jam memoratae sunt cum exemplis e tribus dialectis (p. 109. 110).

3. Particulae intensivae: *ro-* (*ry-*), *er-*, *dīr-*, *guor-* (*gor-*, *gur-*), quibus addi possunt *en-*, *e-*. Desinentes in *r* particulae *er-*, *dīr-* regulant memoratam frequentioris *guor-*, *gor-* (p. 212. 223), destituentis sequentes consonas, aspirantis tamen saepius tenues, sequi videntur, *en-* autem servare quasdam consonas primitivas et alias destituere. Ceteras generalem regulam particularum desinentium in vocales et destituentium sequi, vix monendum est.

RO, RY (= hibern. *ro-*). Illa vetustior forma cambrica occurrit in *rocredihan* (gl. *vigricat*; cf. *append.*) gl. *Lxb.*; haec recentior: *rygyghyrth* (admodum multo mane, nimis mane) *Mab.* 2, 33. *ryormod* (nimis amplus) 3, 203. RE armorica: *re auari-cius*, *re creminall* (nimis avarus, criminalis) *Buh.* 68, 7. 126, 5. In nominibus propriis virorum cambricis obvium *ri-* haec particula esse non potest, quia etiam armorice *ri-* scribitur in nomine *Rigol* in *Buh.* 162, 13. 15. 16. 19, atque postpositum etiam invenitur, sed est pro *rig* (p. 115).

ER rarius obvia particula. In cambricis vocabulis: *kalettir erdym* (terra dura valde compacta; adj. *trym*, compactus, gravis) *Mab.* 2, 50. Vix intensivae significationis est in subst. *erhyl* (venatio) *Mab.* 2, 242. Forma primitiva *er-* (ut *ver-* in compositis) statuenda est tam e vetusto nomine Hercyniae silvae, pro Ercynia (p. 56. 57), quam ex hodiernis compositis *erchynu* (elevare), *erchyniad* (elevatio; subst. *cwn*, altitudo, cf. p. 109) ob aspiratam sequentem tenuem. Addo hoc statim loco formulam particulae decompositae DYR (e *do-er-*, *dy-er-*), quae occurrit in frequente verbo *dyrchauel* (erigere; simpl. *cafel*) *Mab.* 2, 37. 385, e quo *dyrchaf*, *dyrchewoch*, *dyrchefit* 2, 219. 385.

DIR item in cambricis: *diruawr* (valde magnus; = hibern. vet. *dermár*) *Mab.* 2, 31. 3, 90. 300. 303. 304.

GUOR, GOR (*gur-*, *uur-*, *wor-*, raro *guer-*; = gall. vet. *cor-*). De formis variantibus et infectione sequentium consonarum disputatum est supra (p. 151. 153. 212). E nominibus virorum cambricis et armoricis vetustis compositis cum hac particula, ut sunt gallica vetusta cum *ver-* (p. 829), colligo ea primum, in quibus sequens tenuis servata est primitiva. Cambrica e libro *Lan-dav.*: *Gurtauan* 72. *Gurtauau* 155. 156. *Gurcant* 111. 125. *Gur-*

cenou, Gurbeneu, Guorcenu 141. 142. 143. *Gurcimanu* 233. 235. *Guorciubeith, Guorceiveith* 193. 198. *Gurcon, Guorcon* 130. 170. *Guorcu* 194. *Gurcuid, Guorcuudh* 177. 186. Armorica e chart. Rhedon.: *Vurtahou* Mor. 271. *Worcoet* 2, 30. *Worcomet* 1, 42. Mor. 265. *Worcomin* Mor. 273. *Vurcondelu* M. 309. His aspirata tenuis haud dubie convenit; sed neglecta videtur in compositione notatio aspirationis, quae post liquidam *r* in medio vocum non compositarum semper obtinet in vetustis codicibus, apud Nennium etiam in compositis nominibus *Guorthigirnus, Guorthigirnian, Guorthemir*, atque in Landavensi ipso in *Gurthevir* 243. *Gurthauan* (supra *Gurtauau, Gurttauau*) 148. Contra destituta tenuis legitur in armor. *Gurdiernus* Mor. 416, *Guorgomet* Rhed. 1, 8, cambr. *Gurdauan* Lib. Land. 153, et forsitan in *Guorgonusi* Lib. Land. 212, si est pro *Guorceneu*. Porro alia cum aliis consonis post particulam, quae item interdum destitutae leguntur; cambrica: *Guruan, Guoruan (-man)* Lib. Land. 69. 73. 74. 77. *Guermaet* 108. *Gurmoi* 115. *Gurniuet* 195. 202. *Gurhistr* 168. *Guorhoidil* 180. *Gurguare, Gurguarui* 154. 155. *Guruarui* 157. *Gurguistil* 137. *Gurberih* 140. *Gurbui, Guorbos, Guoruoe* 142. 153. 155. *Gurbud* 153. *Guorfrit* 205. Armorica (quaedam praeter enumerata supra, p. 153): *Wrmonoc, Wrmonoc* 1, 17. 2, 19. *Worhamoi* 1, 25. *Wrhoiarn, Gurhoiarn* 1, 3. 29. *Worhocar, Garhugar* 1, 4. 2, 31. *Worwoet* 1, 2. 22. *Worwoion* 1, 48. 2, 19. 25. *Worgoion* 2, 27. *Worgou, Riworgou* 2, 14. *Worgouan, Worguan* 2, 19. 25. 27. *Wrgen* 1, 24. *Gurgitan, Wrgitan* 1, 5. 16. *Wordoital* Mor. 266. *Wordantal* 2, 30. *Wrbudic* 1, 21. 47.

Addo significationis causa et compositionis cum variis orationis partibus recentiora quaedam. Cambr.: *gorfwoch, gorfwoch* (calix; *blwoch*, pyxis) Mab. 1, 27. 240. *gorsedua* (sedes alta, sublimis, mons) 2, 215. *goreureit* (omnino aureus) 1, 15. *gordu* (admodum niger), *gorwen, gorwenn* (fem. adj. *gwyn*, albus; = *perdu, purwen*, p. 863) 2, 224. 247. *gorderchu* (adamare, in conjugium petere) Mab. fq. Item verb. decomp. *gorchymynnwys* (jussit) Mab. 3, 297. Corn. *gurhemin ruif* (gl. edictum) Vocab. Armor. *gourchemen, gourhemen* (mandatum), *gourchemennaff* (jubeo), *gourhemenet* (jussus; simpl. *quemen, quemennet* Buh. 122, 13. 154, 1) Buh. 4, 4. 12, 11. 20, 15. 210, 4. 9.

EN, particula intensiva in recentiore lingua, quaeritur an sit

residua e vet. gall. *ande-* (hibern. *ind-, in-*; cf. *et- ex ate-, cet- ex cate-*). In cambricis vocibus: *enlip, enllybyau* (calumnia, calumniari; hod. *enllib*) Leg. 2. 1. 76. *enryued* (mirabilis), *enryuedu* (mirari), *enryuedodeu* (miracula; hod. *enrhyfedd*) Mab. 1, 239. 261. 278. 296. *enryded* (honor; hod. *enrhydedd*) Mab. 2, 10. Puto huc referendas etiam voces in glossis Oxon. *enmetiam* (gl. innuo), *enmeituou* (gl. nutus), atque legendum in Mab. 1, 19. 268 *enmeidaw* pro *emneidaw* (innuere), quia in codice rubro non exstat particula *em-*, sed *am-* vel *ym-*. Comparandum videtur subst. *medw* (mens, sensus). In his exemplis liquida primitiva servata est; sed leguntur destitutae aliae consonae, e. gr. in *enbeitroyd* (periculum; hod. *enbyd*, periculosus, e simpl. *pyd*) Mab. 2, 24, atque in hodiernis *enfaor, enwoyn, envoir* (valde magnus, albus, verus).

Cornica exempla: *enbit* (gl. cosmos), *enchinethel* (gl. gigas; pro *enc.*? p. 176) Vocab.

E- cambricis quibusdam vocibus praemissa primitus fuerit fortasse significationis intensivae; vix tamen differunt haec composita cum ea a simplicibus: *edrych* (videre; simpl. *drych* Mab. 2, 374, hibern. vet. *derc*) Mab. 2, 374. 376. 380. Porro viri nom. *Edyrn, Edeyrn* (*teyrn*, dominus) Mab. 2, 23. 27. Hodierna *efryd* et *bryd* (propositum, voluntas), *efreu* et *breu* (balare, mugire) etc. Quaeritur, num subsit his omnibus vetustius *eu-* (p. 97).

II. Particulae separabiles.

Particulae vel praepositiones ordine alphabetico: *ad-*, *am-* (*em-*, *ym-*), *ar-*, *at-* (*et-*), *co-* (*ce-*, *cy-*; *con-*; *cam-*, *cem-*, *cym-*; *cet-*, *cyt-*), *do-*, *di-*, *guo-* (*go-*), *guor-* (*gor-*), *gurth-*, *rac-*, *tra-*, *try-*, *ym-*.

AD (hibern. *ad*, ad) primitiva forma videtur praepositionis, quae separata est *at*, *att* (p. 639). In compositis his etiam confusio animadvertitur utriusque formae, nec non cum *at-* (hibern. *aith-*). Consonae enim sequentes inveniuntur modo destitutae modo aspiratae, e. gr. destitutae: *adfwynder* (urbanitas morum; *mwyn*, tenuis, gracilis) Mab. 1, 246. *adrythyll* (vividus; pro *ad-drythyll*, ut videtur, cum adj. *trythyll*) Mab. 1, 2, item in de-composito *goaduein* (subgracilis; adj. *mein*) Mab. 2, 42. Aspira-

tae: *dyrnawt athrugar*, *diaspat athrugar* (plaga, vociferatio miseranda, immensa; = *adtrugar*, *attrugar*) Mab. 2, 57. 58, in decomp. *goathrist* (subtristis, aliquantum tristis) Mab. 2, 23, juxta *goatcas* (vexatorius) Mab. 3, 201. Item hodiern. *athref* (mansio, possessio), *athrefig* (domesticus; = hibern. *adtreb*, p. 838), juxta adv. *atref*, *adref* (domum) Mab. 1, 20. 2, 231. Adnumerandum his est subst. *aper*, hod. *aber* (ostium fluvii), ortum ex *adber*, *atber* (p. 169). Forma primitiva etiam hodie servatur tam ante vocales quam ante consonas: *addoed* (tempus definitum, addictum), *addfoyn*, *addfoynnder* (urbanus, urbanitas).

AM (circum): *hep amgnaubot* (gl. sine mente; i. e. circumspeditione), *amlais* (gl. demissa; i. e. circumsoluta, vestis) gl. Oxon. *ystondard amhoc* (vexillum explicatum) Mab. 2, 385. In aliis varietatem, multitudinem, inde etiam intensionem significat: *amliw* (versicolor) Mab. 1, 278. *amdlaot* (egenus; cf. *didlaot*, dives, *dlodi*, paupertas) 2, 23. *amryfael* (numerosus, varius) 1, 246.

Forma variata hujus particulae est OM, ex qua EM, YM eodem modo ortae putari poterunt, ut *he-*, *hy-* e vetustiore *ho-*, *hu-* (p. 109. 110). Adesse tamen videtur tam forma *im-* quam *om-* jam inter glossas Luxemb.: *ómcobloent* (gl. apocant; i. e. calumniantur invicem? *cablu* Mab. 3, 267), *imrogaleu* (gl. orgiis; an conferendum *emreyn*, mutuus amplexus, coitus, Leg. 2. 1. 10. 19; 20, ex *emrogin*, aliter derivatum ex eadem radice?).

Ut hibernica *imm-* (p. 847) significatur etiam hac cambrica *em-*, *ym-* actio reciproca, i. e. mutua inter duos vel plures: *emdededuch* (colloquimini), *emdhihan* (collocutio) Leg. 2. 11. 14; 48. *ymlad* (pugna) Mab. 1, 235. *ymwelet* (videre invicem, visitare) Mab. 1, 20. 259. *ymdidanu* (colloqui) Mab. fq. *ymgaru* (amare invicem, amplecti) Mab. 1, 25. *ymgyrchu* (adoriri invicem) 1, 24. Item in decomp. *ymgedymdeithassu* (associari invicem; e subst. *kedymdeithas*, societas) 3, 149.

Juxta hanc obtinet significatio actionis in se, i. e. reflexiva: *ymrithaw aoruc mawo yn rith ederyn* (mutare se M. in formam avis) Mab. 2; 239. *ymdangos aoruc yuorwyn idaw* (monstrare se coepit puella ei) 1, 28. *arodi dwofyr y ymolchi aoruc y owois* (et dare aquam ad lavandum Oweno) 1, 15. *amynet ruthur y wrthas ac ymgudyaw* (et recedere ab eo et abscondi, coepit puella) 1, 27. *meint yd ymgerynt ac nyt ymganlynnassant* (valde se amabant,

sed non comitati sunt se invicem) 1, 285. *ymchoelut aoruc*, *ymchoelut aorugant* (verti coepit, coeperunt; pro *ymchw.*) Mab. fq. *Esset ita etiam: yd ymolcheis, yd ymolchaod* (lavavi me, lavavit se).

In cornica et armorica dialecto communis est particulae significatio reflexiva. Cornica exempla cum servata forma *om-*: *the nayllyth omwoethe un pres na geth na peghy pan omsettyas the demptye* (tu non potes salvare te aliquando, quominus pecces, cum proposuit sibi tentare te, Satanas) Pass. 20, 3. 4. *ragon ny war omwoethe* (a nobis non potest se liberare) 194, 3. *mar omwrelyth claff* (si tu te facis aegrotum) 155, 2. *mar sota del omwressys* (si es tu is, quem tu fecisti te) 191, 3. *mab du eff a omwora* (filium dei ipse se facit) 143, 2. *mighterne neb a omworelo, a omworello* (qui se regem fecerit, debet occidi) 121, 4. 146, 4. *Judas eth the omgregy* (Judas ivit ad se suspendendum) 105, 3. *omthyghtyn trussen an wlas* (recipiamus nos, fugiamus per terram) 246, 4. *peb a omdenas, Pedyr a omdenas* (quivis, Petrus se recepit, abiit) 33, 4. 86, 3. *the ves y a omdenas* (in campum, foras abierunt) 68, 2. *orth Jesus a omgamme* (ad Jesum versi sunt, Judaei) 196, 2.

Armorica forma *em* (cujus scriptio separata solita est): *ezof em laquet* (ego me devovi) Buh. 28, 6. *pan off em presantet* (cum me praesentavi) 194, 7. 196, 6. *na ehan quet eux ahanen da emtennet* (ne cuncteris, te recipere ex hoc loco) 4, 3. *me gourchemen ahanen em tennet* (jubeo te abire abhinc) 60, 6. *da pinigen em tennet* (ad poenitentiam vos recipite!) 66, 10. Interdum legitur duplicata particula: *dan ylis guen em em teniff* (ad ecclesiam albam me recipiam) 34, 14. *en hoz quenet emem hetaff* (in vestra formositate delector) 38, 8. *aman meurbet emem hetaff* (hic valde delector) 114, 10. *antentic em em aplicquet* (honeste vos applicate, vos praebatis honeste) 38, 3. *ahannen a mem teno* (exinde abibo; = *emem*?) 44, 2. Praecedunt saepius etiam pronomina personalia in forma infixorum; quod si fit, oriuntur etiam abnormes formationes e. gr. in 1. pers. *me mem, ma mem* (= *m-emem*), *me men*, quarum exempla hoc loco colligo obvia in Buh.: *me yel bed devy da mem recommant* (eo ad Davidem ad me commendandum) 196, 13. *me ya sider dam mem guelhy* (eo statim ad me lavandum) 106, 26. *da pinigen memem teno da guir roen sent a mem rento* (ad poenitentiam me convertam, vero regi sanctorum me reddam) 42, 10.

11. *me mem ro* (me offero) 20, 14. *me mem caffo dirac hoz drem* (invenio me, sum coram vobis) 206, 10. *ne gallen mury ma mem difen* (non poteram me amplius defendere) 42, 24. *eguit ma em descuez dezaff* (ut ego me ei monstrem; = *ma mem*?) 194, 15. *ahanen cren me men tenno* (inde me recipiam) 166, 22. *ma men ten dan offerennou* (ad oblationes adeam) 130, 23. *me men dre boas ma men croasaf* (ego volo secundum consuetudinem me cruce signare) 142, 19. 2. pers.: *an oll ez em collez* (omnem te perdis) 72, 2. *esem guifi sot* (tu te invenies stultum) 88, 20. Plur. 1. pers.: *da devy hon em supliomp* (ad Davidem commendabimus nos) 128, 3. 2. pers.: *hoz em quifti* (vos invenitis, adestis) 152, 2.

In hodierna lingua armorica semper apparet *en em*: *en em wiskann, me en em wisk* (vestio me), *en em wiskomp* (vestiamur), *en em garomp an eil egile* (amemus nos invicem). Quae formula videtur orta e duplicata particula *emem*.

AR (ad) in cambricis: *aruordir* (terra ad mare sita) Mab. 3, 204. *arwyd* (signum) Mab. fq. *y gur aarwoed y uaner* (signifer) Mab. 2, 389. *arbennic* (princeps) Mab. 1, 241. 253.

Servata est in compositione forma primitiva hujus praepositionis, quae cornice et armorice extra eam facta est *war, voar* (p. 635). Armorica composita: *aruoz* (signum) Buh. 156, 1. 3. *armory, armoric* (Armorica regio, aremoricus; p. 130). Hodie quoque *arwoez* (signum), *arvor* (terra ad mare sita), *arvorek* (aremoricus), *arvorad, arvorades* (accola maris vir, femina), *argaden* (incursus hostilis; *cad*, pugna). Corn. *turcheniad* (incantator) Vocab. est cambr. *gorcheiniad*, cum *gor-*.

AT (rarius *att-*, *ad-*, hibern. vet. *aith-*, *re-*) in cambricis: *atail* (gl. vicem referre) gl. Oxon. *atep, atteb* (responsio) Leg. 2. 6. 8. Mab. 2, 242. *atneuedu* (renovare) Leg. 2. 11. 48. *atnewydrys* (renovavit) Mab. 3, 297. *atueiryaw* (repellere; hod. *adfeiriac*) Mab. 1, 28. *atwaenat, adwaeney* (cognoscebat) 1, 28. Scriptio hodierna particulae obtinet *ad-* et *at-*.

Forma variata ET (hod. *ed-*): *etbinam* (gl. commuto locum; hod. *edfyn*, abire, recedere) gl. Oxon.

Cornica et armorica rudera particulae videntur residua in his: *attamye* (redimere) Pass. 153, 4. *eddre, edrege* (poeniten-

tia; hibern. vet. *aithirge*) 220, 1. 4. *atis* (consilium) Buh. 64, 10. 66, 17. 176, 7. *atfer* (dubium) 152, 7. 164, 17.

Praepositio britannica CANT (cum; infectione mutata *gant, gan*) in compositione formas variatas plures adeo produxit, quam hibernica *con*. Potest enim desinere non solum in vocalem *o* vel *a*, et inde deficientes *e, y*, sed etiam in *n, m* et *t*.

CO (*ca-, ce-, cy-*) videtur obtinere in cambr. vet. *cobrouol* (gl. verbalia; cf. cambr. hod. *breu*, vociferari, mugire, et hibern. vet. deriv. *briathar*, verbum) gl. Oxon. In recentioribus cambri- cis amat praecedere ante *w*: *kauversit* (pretium, idem valor; i. e. *kywerthit*) Leg. 2. 6. 16. *kyweirer, kyweirwoyt* (praeparatur, praeparatus est) Mab. 1, 253. *kyweithas* (societas) Mab. 1, 23. Ante *f, h*: *kyffredin* (communis) fq. *yn gyhyt* (in eadem longitudine; *kyhyt*) Mab. fq. *kehedet* (aequalitas) Leg. 2. 11. 28.

Cornice et armorice item: *cowethas, cowethe* (societas) Pass. 41, 2. 110, 2. 150, 2. 186, 4. *queffret* (simul) Buh. 102, 4. 120, 9. 124, 10. *queffridy* (communio) 204, 18. Ante *l*: *colenwoys* (impletus) Pass. 48, 2. *quelen* (instituere; cf. *goulen*) Buh. 12, 10. 18, 1. 52, 2. 78, 13.

CON ante consonas medias et tenues praesertim. Exemplum vetustum cambricum: *congrogu* (gl. congeho) gl. Lxb. Valde dubium est, an etiam possit addi in iisdem glossis bis obviuum *cuntullet* (gl. collegio), *cuntelletou* (gl. collegia), ob *u* quae est etiam in Vocab.: *cuntellet* (gl. congregatio, concio) et in Pass. 88, 4: *cantyllys* (congregatus; in lexicis hodiernae linguae *cynnullaid, a cynnull, cynnull*, colligere; *cynnhull* in Davies. Gramm. p. 147). In nominibus virorum vetustis multis licet videre quidem hanc particulam, e. gr. in *Concar* Lib. Land. 180. *Conteuit* 182. *Conquare* 133. *Congueithen* 179, ut est in priscis gallicis Convictolitanes, Condrusi, Consuanetes, sed certa non est ob congruentiam cum voce *cun, con* (p. 109), quae etiam secundum locum obtinet: *Elcon, Elcun, Britcon, Britcun* etc. In lingua cambrica recentiore sequentes consonae arripiuntur infectione nasali, cujus exempla iam enumerata sunt (p. 138. 224. 226). In hodierna armorica obtinet *ken-* ante vocales et consonas, quae destituuntur: *kenober* (cooperatio), *kenveva* (vivere una; *beva*), *kenvro, kenvroad* (compatriota, qui est ejusdem terrae; *ken-bro*, = cambr. *Cymro*, p. 226).

Haec utraque particulae forma *cy-, cyn-* potest praecedere

adjectiva cambrica aucta terminatione aequalitatis *-et* (p. 307) et inchoantia a quacunq̄ue consona, quae destituitur semper in hac connexionē: *cywynnhet*, *cynwynnhet* (aeque albus), *cyduet*, *cynduet* (aeque niger) Mab. 2, 377. 378. *kygochet*, *kyngochet* (aeque ruber) 2, 376. 378. Cornice in his est *kē-* sine nota addita adjectivo: *kepar* (aequali modo, cum sequente *ha* = cambr. *a*, *ac*) Pass. 39, 3. 40, 3. *kekyffris* (eodem modo, etiam) 124, 2. 138, 3. 169, 4.

COM (*cam-*, *cem-*, *cym-*, *caf-*, *cef-*, *cyf-*) videtur obtinere etiam ante tenuem in glossis Luxemb.: *comtoou* (gl. stemicamina, forsā male scriptum a scriptore plura modo barbarico reddente pro stamina, contexturae; cui conferendum videtur subst. *to*, agmen, copia, p. 163, an etiam in iisdem glossis obvium *hantertertuc*, gl. semigilatis?). Forma *cim-* legitur adhuc in nomine viri *Cimeilliauc* Lib. Land. 225. 227. 246. 253. *Cimelliauc* 240, *Cimeilliauc* 252, pro quo alibi legitur *Ciueilliauc* (cf. p. 136). Occurrit plerumque ante vocales et liquidas in vocibus cambricis: *kau-cos*, *kyfagos* (propinquitas, vicinitas) Leg. 1. 32. 6. Mab. 1, 236. *kyfaillt* (amicus) Mab. 1, 11. *kyfarch*, *cyuarch* (salutatio) Mab. fq. *cyfyeith* (qui est ejusdem linguae) Mab. 2, 231. *kefuc*, *keuc* (ejusdem altitudinis; = *kyfuch*) Leg. 1. 35. 7; 36. 8. *kyflawen* (crimen) Mab. 1, 267. *kyflawn* (impletus) Mab. 1, 17. *kefnesafyot* (proximi, cognati; sing. hod. *cyfnesaf*, proximus) Leg. 2. 1. 74. *kefran* (portio) Leg. 2. 11. 35. *kefreyth* (lex) Leg. fq. *kyfryw* (qui est ejusdem generis) Mab. 1, 237. Haec eadem forma necessaria est ante *m*, ut ante *b*, *p*. Cum inchoante *m* scripta interdum duplex *m* invenitur, saepius simplex (p. 132): *kammeint* (totidem, eadem magnitudo) Leg. 2. 6. 9, in aliis locis *comeint*, in Mab. *kymeint* fq. Labialium *b*, *p* infectione nasali post finientem *m* particulae evanescentium exempla cambrica jam prolata sunt (p. 226. 227).

Congruunt cornica et armorica exempla. Nomina vetusta virorum armorica *Comalton*, *Comaltoar*, *Comal*, *Cowal*, *Cowellic* (p. 136); porro voces vetustae *compot*, *kemper* pro *combat*, *camber* (p. 209). Recentiora cornica: *chefals* (gl. artus; = *cyf-ald*), *chemar* (gl. conjux; = cambr. *cymhar*, p. 227) Vocab. *kemmys*, *kymmys* (= cambr. *cymeint*) Pass. 9, 4. 16, 3. 58, 3. *kemaskis*, *kemyskis* (commixtio) 58, 4. 202, 2. 219, 1. *me a gemyn* (com-

mendo; cambr. *cymmyn*, *cymyn*) 204, 4. Armorica: *quemant* (idem, eadem magnitudo) Buh. fq. *quemen* (mandatum) 154, 1.

CET (*ced-*, *cyt-*, *cyd-*; gall. vet. *cate-*, ut *et* = *at* e gall. vet. *ate-*, p. 837) ante vocales et consonas: *kytunbynn* (conprincipes, qui sunt una pr.) Mab. 2, 389. *kytuarchoygon* (qui sunt una equites) 2, 30. *kytsynnyawd* (consensit) 3, 298. *kydleydyr* (conlatro), *kidtiriauc* (confinalis) Leg. 2. 4. 11; 11. 36. *kyttirogyon* (conterminales) Mab. 2, 29. *kytgerdet* (una ire) 1, 27. Scriptio *ked-* in decompositis *kedymdeith* (comes, socius) Mab. 2, 28. 389, *kedymdeithas* (consuetudo, familiaritas, hod. *cydymmaith*, *cydymmeithas*; cf. hibern. vet. *imthecht*) 1, 236. 285, juxta *kytymborth* (idem victus) 1, 27.

Cornicum hujus formae exemplum videtur *chetua* (gl. conventus) Vocab.

Ipsa denique forma primitiva praepositionis apparet in decompositis cambr. *kanhymdeith* (consuetudo; *kanh-* = *kann-*, *kant-*) Mab. 1, 27, *ymganlyno*, *ymkanlynnassant* (cf. form. *am-co*).

DI (hibern. vet. *di-*, de, ex) praesertim in verbis obvia, e. gr. cambricis: *diheurau* (exculpate) Leg. 2. 1. 27. *dianghaf* (mortem effugio, superstes ero; *angheu*, mors) Mab. 2, 12. 16. *dilyssu* (dimittere) Mab. 1, 34. *dispeilaw* (gladium denudare), *diflannu* (evanescere) Mab. 1, 13. 31.

In cornicis et armoricis: *dyskynna*, *deyskynna* (descendere) Pass. 4, 3. 5, 2. *disquen* (descendit) Buh. 94, 13. 116, 19. *dile-sell* (dimittere, sinere) 82, 6. *dibunet* (divisus) Buh. 170, 2. *di-prisonet* (e captivitate liberatus) 204, 25.

Sunt haec cum verbis tantum composita. Sed quaeritur, an non sint addenda illa cum substantivis in significationem adjectivorum mutatis (p. 866), cum idem faciat praep. *co-* in pluribus, e. gr. *cyfyeith*, *cymro* (homo qui est ejusdem linguae, ejusdem terrae) etc.

DO (*dy-*, *di-*, hibern. *do-*, ad) in glossis Luxemb.: *dodoce-tic* (gl. inlatam, i. e. adductus; verb. *duc*, p. 548), *dodipre*. . (gl. grasatur, pro crassatur? cf. corn. *dibbry*, p. 184, *diprim*, esus, in iisdem glossis). E Mab.: *dynessu*, *dynessau* (appropinquare) 1, 3. 261. 2, 29. *dygwydaw* (cadere; *owyd*.) fq.

Armor. *di-* e *do-* conjici potest in verb. *digacc* (mittere; simpl.

cacc, p. 222) Buh. fq. Est enim etiam in decompositis *diou-* e *doguo-*.

GUO (*go-*, *gu-*, *wo-*, *gou-*, p. 151. 153. 154, sub) in cambricis compositis vetustioribus: *guobri*, *guobriach* (gl. gravis, gl. sapientior), *guoguith* (gl. victus), *guodeimisauch* (sustulisti), *gubennid* (cervical) in glossis Oxon. E Mab.: *prenn goeer* (arbor subfrigida, umbrosa) 2, 53. *gohen* (vetulus) 2, 13. 24. *dim gohir* (spatium longius) 2, 12. *godlawt* (i. q. *amdlawt*, p. 870) 2, 24. *gogled* (septentrio; *clad*, sinister) 1, 235. *gowenu* (subridere) 1, 5. *yggouot y vhoodyn* (= *yngouot*, *go-bot*, subsistente, durante anno) 1, 241. *gostwng* (succumbere) 1, 239. *gostwng penneu* (submittere capita; hod. *ystwng*, demittere, = *stwng*) 1, 240.

In cornicis: *gothevell*, *gotheff*, *ef a wothevy* (tolerare, tolerat; cambr. vet. *guodeim*.) Pass. fq. *govynny*, *ef a woynny* (interrogare, interrogavit) Pass. 67, 1. 80, 2.

In armor. vetusto adj. *wobri* (gravis, sapiens) saepius obvio in nominibus virorum enumeratis supra (p. 116). In vocibus e Buh.: *golen*, *goulen* (mandare, cupere) 6, 9. 20, 16. 34, 2. *gouzaf* (tolerare; corn. *gotheff*) fq.

GUOR (*gor-*, hibern. vet. *for-*, super) induens eandem formam cum partieula intensiva. Praepositionis significatio in cambricis: *goresgynnu* (superscandere fines, invadere regionem, vastare) Mab. 1, 252. *goruot* (superare) 1, 25. Infectio aspirata etiam hodie: *gorchadw* (superinspicere), *gorphen* (finis, hibern. *foircenn*), *gorphenhaf* (finis aetatis, nomen mensis Julii cambricum); sed confer exempla jam prolata etiam infectionis destitutae (p. 212). In armoricis forsan e Buh.: *gorreif*, *gorreomp* (tollam, tollamus; cf. *dizreiff*, referre, redire) 42, 17. 54, 22. *gourtoet* (expectate), *gourtos* (vigilare) 22, 1. 26, 11.

GURTH (contra, re-) in cambricis compositis: *gurtheb* (respondere; = *atep*, *ateb*) Leg. 2. 11. 24. *gurtheb* (*awnaeth*, respondit; sequitur mox infra *atteb*) Mab. 2, 241. *gorthtong* (in eodem loco etiam *gurthuc*, *gurhtug*, pro *gorthtug*, jusjurandum oppositum; hod. *twng*, jusjurandum) Leg. 2. 6. 2. In cornicis: *wortheby* (respondere), *ef a worthebys* (respondit; minus bene 11, 3. 36, 4: *ef a wothebys*) Pass. 43, 1. 67, 3. 4. 92, 4.

RAC (prae) in subst. cambr. *racial* (frontale; *tal*, frons) Mab. 1, 239.

TRA (trans) in adv. cambr. *trachefyn* (retro, iterum), *tranoeth* (mane, post noctem) Mab. fq. Est intensivae significationis in adj. hod. *tragwio* (admodum dignus, excellens), *trathyn* (admodum tenuis, nitidus). Ad hanc vel sequentem particulam pertinet armor. *tremen* (transire) Buh. 90, 19. 92, 4. 5.

TRE (per), forma praep. *troi*, *trwy* in compositione: *treorgtim* (gl. perforo) in glossis Luxemb. In hodiernis cambricis compositis *try-*.

YN raro obvia est in compositione, e. gr. in verb. cambr. *ynpedoli* (p. 787). Hodiernum subst. *ynfer* (inlatio, i. e. influxus, ostium; = gael. *inbhir*, in nomine *Inbhirneis*, angl. *Interness*, oppidi principis Gaelorum ad ostium Nessae) significat idem quod cum aliis praepositionibus composita *aper* (= *ather*), *kemper* (= *cember*) jam memorata.

D. Decomposita.

Nominum trium vel quatuor compositorum exempla vix occurrunt, nisi sunt inter adjectiva cumulata illa (p. 863), e. gr. *catuarch ffroenuolldrwt*, *catueirch ffroenvolldrwt* Mab. 2, 40. 65. *yn lliidiawc drut gyflymiwoychyr greulawnffyrif* 2, 51. Frequentiora et multo gravioris momenti quam ejusmodi sunt, ut hibernica, etiam britannica, praesertim cambrica, composita, in quibus nomen vel verbum praecedunt duae vel plures particulae.

1. Decomposita cum duabus particulis.

AM, YM. (CO-YM (*cyt-ym-*, *ced-ym-*, *cann-ym-*) in supra allatis *kytymborth*, *kedymdeithas*, *kanhymdeith*. GUOR-YM: *gorymdeith* (processio, ambulatio) Mab. 1, 21. 27. DO-AM, transiens in DAM (= hibern. vet. *do-imm-*, *timm-*): *ae damgylochynwoys* (circumdedit eam) Mab. 3, 297. In lexicis item occurrunt formulae *dam-*, *dym-* (= *dy-am-*, *dy-ym-*) significantes idem quod simplices *am-*, *ym-*, contrarium tamen *di-am-*, *di-ym-* (e *di-*, *de*). Praeterea *ad-ym-*, *gwrth-ym-*: *adymlid* (iterum persequi), *adymwoled* (revisitare, iterum videre invicem), *gwrthymcladd* (opugnatio).

AR. CO-AR: *kyfarwyd* (dux, historicus) Mab. 2, 47. 214. 392. *kauarwydyt* (historia) 3, 297. *kyuaruot* (convenire, p. 545. 546). DO-AR, DAR (= hibern. vet. *do-air-, tair-*): *darmerth* (praeparatio alimenti, commeatus) Mab. 3, 299. *darparu* (praeparare) 1, 25. *darestwng* (projicere, devincere) 1, 37. *daruot* (finiri, p. 546). Separanda est formula DYR, orta e *do-er-, dy-er-*, de qua jam supra dictum est (p. 867).

AT. DO-AT, DAT (hibern. vet. *do-aith-, taith-*): *datrithaw* (reformare, remutare, i. e. in formam pristinam restituere) Mab. 2, 235. 3, 161. *datkanu* (recitare, revelare) 1, 35. 2, 19. 391. DI-AT, DIT: *didanuud* (gl. elicio) gl. Oxon. Sed transit in eandem formam haec cum praecedente, ut in hodierna lingua, etiam in Leg. 2. 1. 31: *dadanhuder* (detegitur, revelatur) et in Mab. 1, 238: *datlewygu* (ex animi deliquio restitui; pro *di-at-* cum verb. *lewygu*, linqui animo). Hodierna ejusmodi: *dadblanu* (transplantare, plantam e loco suo in alium plantare), *dadgarcharu* (e carcere liberare).

Ut *et-* pro *at-* occurrit etiam formula cambrica DET: *detwyd* (= *do-at-w.*, sapiens) Mab. 3, 299.

Cornicum exemplum formulae cambr. *dat-* videtur in Pass. 115, 4: *ef a dalvyth thys* (leg. *dato.*, *dasc.*? ipse reddet tibi). Armoricum vetustum adj. *detwid* obvium in nominibus virorum compositis in chart. Rhedon.: *Detwidhael* 1, 19. *Haeldetwid* 1, 14. 2, 17. *Jarndetwid* 1, 41. Recentiora e Buh.: *datcaffout* (relevare) 78, 26. *dascorch*, *dascorchas* (resuscita, resuscitavit) 12, 25. 128, 20. *dizreiff* (vertor, revertor?) 102, 20. Hodierna scriptio *das-*, *daz-*.

CO. AM-CO: *amgyffret mor* (mare circumfluit) Mab. 2, 204. *ymgyweiraw*, *ymgyweiryaw* (parare se) Mab. fq. *ymkanlyno*, *ymganlynnassant* (consuetudinem habuerit, societatem habuerunt, una iverunt) Mab. 1, 235. 285. AR-CO: *argyweddu* (vincere) Mab. 1, 265. *arganfot* (animadvertere, p. 545. 546). GUOR-CO: *gorchymynnoys* (jussit) Mab. 3, 297. Item corn. *gurhemis*, ar. mor. *gourchemen* jam memorata (p. 868).

GUO. AM-GUO, AMO (hibern. vet. *imm-fo-*, *immo-*): *Anguoloyt* (nom. propr. viri; adj. *loyt*, hod. *llwyd*, fuscus) Chron. cambr. in praef. edit. Leg. *amofyn* (quaerere) Mab. fq. Hodie etiam *ymofyn* (inquirere), *ymogwyddo* (labare; *cwyddo*) etc.

DO-GUO, DO-UO (hibern. vet. *do-fo-*, *tó-*) formula servata in glossis Oxon.: *doguomisuram* (mensuro), *doguohintiliat* (gl. inceduus; i. e. ambulator), ut in Luxemb.: *doguorennam* (gl. profundo), *douohinnom* (leg. *douorinnom*, gl. haustus), *douolouse* (gl. depromis), sed jam transiens in DI-GUO in gloss. Oxon. in voce *digulouichetic* (gl. proditus, i. e. ad lucem datus), in Lib. Landav. privil. p. 113 in *dyguadef* (*braut*, sufferre, accipere iudicium; = *doguodeim*). Ut in hodierna lingua, jam adest DYU (= *dy-go-*) in Mab.: *diodeueint*, *diodeiueint* (tolerantia; rectius *dyo-*) Mab. 1, 271. 272, hod. *dyoddef* (tolerare, sufferre). Armorice est *diou-* in verb. *diougani* (praestituere, praedicere; cf. adj. *diouguel*, manifestus, 44, 14, e *gouguel*, cambr. *gogel*, celatus, et privat. *di-*) Buh. fq., hodie quoque usitato.

GUOR. DO-GUOR: *diguormechis* (testatus est) gl. Oxon., ut supra *diguo-*. YM-OR: *ymordiwedawd* (definivit invicem, ad finem perduxit, devicit) Mab. 2, 23. 24. 239. 244. In lexicis etiam obvia: *amorchudd* (tegmen circum aliquid), *dyoresgynu* (subjugare), *dyorhcydd* (prosperari; *am-gor-*, *dy-gor-*) etc.

2. Decomposita cum pluribus particulis.

Trium particularum compositione consociatarum exempla cambrica: *ymgyuaruot* (convenire invicem, pugnare) Mab. 1, 265. *ymgedymdeithassu* (p. 870), *diosymdeith* (desuetudo, abstinentia a consuetudine; oppositum *kedymdeith*, consuetudo) 1, 283, si *dios-*, ut videtur, idem quod hibern. vet. *diu-*, *do-od-* (p. 856). Etiam in hodierna lingua non rarae sunt ejusmodi junctiones, si e. gr. ante duplices, ut *dam-*, *dym-*, *dar-*, *dad-*, antecedunt simplices particulae vel sequuntur post eas: *darymrithio* (se repraesentare, videri; *dy-ar-ym-*), *ymddadlewych* (reflexio mutua lucis, sui ipsius reflexio luminis; *ym-dy-at-*), *ymddadwreiddio* (eradicari; *ym-di-at-*).

Quadrupliciter porro compositae particulae sunt etiam hodie: *dadymoddef* (cessare tolerare simul), *dadymofidio* (cessare irasci, agitari de aliqua re; *di-at-ym-go-*), *dadymorchuddio* (se revelare, tegmine celante se liberare; *di-at-ym-gor-*).

LIBER SEXTUS.

DE CONSTRUCTIONE.

Monumenta literarum apud populos, qui eis utebantur, scripta sunt, ex quo exstant, aut in oratione communi, vel, ut dicunt, soluta, prosa oratione, aut in poëtica vel ligata. Invenitur haec differentia etiam celticae orationis, ex quo viri hujus linguae literis mandare sua coeperunt, fuitque vetustis temporibus, cum priscae gentis adolescentes disciplinae Druidum studiosi, teste Julio Caesare, magnum numerum versuum ediscebant, quos literis mandare fas esse non existimabant. Utriusque orationis proprietas et forma, constructio tam prosae orationis quam poëticae apud celticos populos, hujus libri duorum capitum argumenta sunt.

CAPUT PRIMUM.

De constructione prosae orationis.

Constructio prosae orationis est collocatio vocum vel partium orationis in sententias simplices, duplices vel multiplices secundum solitum linguae usum absque modis orationis ligatae. In hac prae omnibus aliis linguarum celticarum percipitur proprietas

ea, quod certis locis ponere solent in sententia quavis praecipuas partes orationis. Observandis de ordine vocum accedunt quae sunt propria constructionis ipsarum partium orationis praecipuarum, nominis vel pronominis et verbi, propria aut congruentiae aut regiminis aut usus. De particularum, adverbiorum vel praepositionum et conjunctionum, nec non numeralium constructione minus praecipua, quae hoc loco demum a quibusdam exponuntur, melius in capitibus de iis orationis partibus traduntur, ut sit in iisdem locis formarum et exemplorum unus conspectus. Quae porro in libris grammaticis hodiernae linguae in parte de syntaxi proferuntur de infectione consonarum inchoantium, eclipsi, articuli formis etc., pertinent ad doctrinam de sonis vel formis. Restant ergo hoc loco tractanda et exemplis e codicibus firmanda nonnisi haec: 1. ordo constructionis, 2. nominis et pronominis constructio, 3. verbi constructio. Harum divisionum regulae principales suis literis vel numeris inscriptae distinguuntur.

I. Constructio prosae hibernica.

1. Ordo constructionis.

Sententiae officium est asserere aliquid de persona vel re aliqua; quod asseritur, praedicatum, de quo asseritur, subjectum dici, notum est. Voces, quae asserunt vel praedicant, primi ergo momenti sunt in sententia; tacet qui asserere nescit. Sententia hibernice constructa voces praedicantes in primo loco ponit.

a. Vox ante alias praedicans verbum est. Primum inde locum in sententia hibernica obtinet verbum: *demnigid apollonius* (affirmat Apoll.) Sg. 158^b. *berid cách brith forarele* (fert quivis iudicium de proximo suo) Wb. 29^b. *dobérat huili acoibsená isindlaosin* (gl. omnis lingua confitebitur deo), *taiccéra cách daráchen fessin* (gl. unus quisque nostrum pro se rationem reddet deo) Wb. 6^b. *beoigidir inspirut incorp* (spiritus vivificat corpus) Wb. 13^d. *taibred cách airmitin dialailiu* (quivis honorem alteri dato) Wb. 5^d. Ita etiam frequentissime in narratione: *dulluid patricc o themuir hi crich laigen. . . aliss patricc dubthach. . . frisgart dub-*

thach. . . *asbert dubthach fri patrico*. . . *dubbert grad nepscóip foir*. . . 7 *dubbert patricc cumtach du fiacc* (Patricius Temoria versus est in fines Lageniorum. . . quaesivit P. Dubthachum. . . D. respondit. . . D. dixit ad P. . . contulit gradum episcópi ei. . . et capsam dedit P. Fiacco) Tirechan. ap. O'Don. p. 436. 437. *asbert side*. . . 7 *dognait h kirgi 7 luid ingrian foraculu* (dixit hic, . . et facit poenitentiam et cedit sol retro; cf. p. 312) Ml. 16^d.

Ita quoque in sententia negativa, vel interrogativa, praecedentibus nonnisi particulis: *nidénat firtu uili* (non omnes operantur virtutes), *nilabratar uili ó ilbérib* (non omnes loquuntur varias linguas) Wb. 12^b. *ni darscigem nech dialaiku* (non differimus unus ab altero) Wb. 2^a. *ni comóicnigedar na dhged insin* (gl. nulla ratione cogente; i. e. lex non cogit hoc; lege *andliged*) Sg. 61^a.

Est in his notanda terminationis verbi diversitas ea, quod post negationem jam ponitur forma brevior vel debilior cum vocali *a* vel *e*, ut in sententia dependente, dum in positione affirmativa absoluta pleniore illae in *-id*, *-idir*, *-it*, *-itir*, *-istir* cum vocali *i* (p. 432. 436. 445. 447. 448. 464) apparere solent.

b. Vox eodem modo asserens, ut verbum, est praedicatum proprie sic dictum, nomen scilicet, adjectivum praecipue, saepe etiam substantivum. Hoc quoque obtinet primum locum sententiae, cum deest verbum substantivum, in interrogatione vel negatione post particulam interrogandi vel negandi: *inmait h andubso* (num hoc atramentum bonum est?) Ml. 13^d. *ni coimtig duine cen chomrórcain* (non frequens homo sine errore) Sg. 90^a. *ni cóir in-fotha utmall* (non congruum est fundamentum mobile) Sg. 4^b. *ni fíu aserc ade* (gl. temporalia sunt; i. e. non est justus amor horum) Wb. 15^c. *ni gnáth choms. in ainmnidib* (non consueta est compositio in nominativis) Sg. 201^a. *ni corp intóin ball* (gl. corpus non est unum membrum) Wb. 12^a.

In sententia affirmativa verbum substantivum expressum, quod una cum praedicato proprio locum obtinet verbi communis, in britannicis linguis etiam post praedicatum occupat locum secundum; in hibernica tamen praecedit, ut omnia verba, et praedicato vel quod est praedicati loco secundum locum concedit: *issi-niu infer* (gl. Adam primus formatus est; i. e. vir senior est, muliere) Wb. 28^b. *isbeicc limsa abrig* (gl. mihi pro minimo est) S^a.

iseola side (ipse est sapiens, deus) 1^a. *isdered mbetho inso* (est finis mundi hic) 10^b. *isúaiþ fesein achenél* (gl. Epaphras est ex vobis) 27^d. *itdássactig indóini hisiu* (stulti sunt hi homines) 12^d. *itmaiþi aarilti friþ* (bona sunt ejus merita de vobis) 16^c. *itmóra na bretha* (sunt gravia judicia) 17^b. *bit goacha uili* (omnia, signa, sunt falsa) 26^a.

In sententia etiam negativa vel interrogativa idem ordo est post particulam praecedentem, si verbum substantivum adest, sive expressum, e. gr. formis *tá, ba*, sive residuum in consonis radicalibus et inclinatum: *nitat æcni huili* (non omnes sunt sapientes) Wb. 8^a. *nitat apstíl huili lucl inna æcolsa* (non sunt apostoli omnes homines ecclesiae), *nitat forcitlidi uili* (non omnes sunt praeceptores), *nitat sóir huili oc tintuith abétru innlaill* (non omnes sunt periti convertendi ex una lingua in aliam) Wb. 12^b. *nipsa tróm fornech* (gl. nulli onerosus fui) 17^c. *nipsa iudíde ó béssaib* (non Judaeus fui moribus) 10^d. *imba immalei do* (num simul ipse adest?) Wb. 4^b.

c. Ut in sententia simplici, etiam in sententiae duplicis vel multiplicis parte quacunq; verbi et praedicati memoratus ordo obtinet, quibus nonnisi conjunctiones vel aliae particulae in parte negativa, conditionali, relativa etc. praecedunt. Exempla: *nonanich dia dicachimniud. nonanich dia calléic* (gl. ecce vivimus ut tentati et non mortificati) Wb. 16^a. *dogéntar aidchumtach tempuil less et predchibid smactu rechto fetarlicce* (fiet reaedificatio templi per eum et praedicabit ritus legis vetustatis, Antichristus) Wb. 26^a. *o rofaillsig tra aingel na coemtechta do anmain adamnain na fisisea . . . ruc lais iarsin* (postquam angelus custos monstraverat animae Adamnani visiones has, . . . perrexit cum eo postea) Visio Adamnani ap. O'Donov. p. 440. *ciatbela indalanai ni epil alaill* (quamvis interit unum, non interit alterum) Sg. 30^a. *nitairmthecht rechto mani airgara recht* (non est transgressio legis, si non vetat lex) Wb. 2^c. *bid maiþ momenmese act rocloor forcáinscéilsí* (gl. ego bono animo sum cognitis his, bonis nuntiis de vobis) Wb. 23^d. *isole indindeirico ismaid indilgud* (mala est vindicta, bona remissio) Wb. 25^c. *itcorp inboillsin cit ili* (corpus sunt haec membra, quamvis sunt multa) Wb. 12^a. *roftem-marni bes sonirt forniressi isnaib fochidib* (scimus, quod est firma constantia vestra in tribulationibus) Wb. 14^b. *isfollus nandat foirbithi uili* (certum est, quod non sunt omnes firmi) Wb. 26^b.

ciasu airegdu infer arachuitsidi nirubi nechtar de cenalail (gl. veruntamen neque vir sine muliere etc., 1. Cor. 11, 11; i. e. quamvis praestantior est vir ratione hujus, divini, non fuerit unus sine altero) Wb. 11^a. *mad slaán inball iarnagalar isdidnad donab ballaib ailib* (si sanum est membrum post morbum suum, valetudo est aliis membris) Wb. 12^b. *rosuidigestar dia bin chorp diilballab conderna cech ball anastoisc dialaitiu* (posuit deus unum corpus e multis membris, ut faciat quodvis membrum, quod necessarium est alii) Wb. 12^a. *am. dotéit side dogabáil báiguil intan nádna-castar et nádforchluinter isamlid dorríga dia dobráth intain nád-tomnibther athichtu* (gl. dies domini sicut fur in nocte ita veniet) Wb. 25^b. *ma eterrosca friafer ní téit cofer náile act bed ingenas. mad cotecht di cofer badhé afer incétre* (gl. praecipio, quod si discesserit mulier, manere innuptam aut viro suo reconciliari, 1. Cor. 7, 11; i. e. si secesserit a viro suo, ne eat ad alium virum, sed sit in coelibatu; si est aditus ei ad virum, esto hic vir ejus prior; ubi prima pars inciperet: *ma eterrosca inben friafer* etc., si expressum esset subjectum) Wb. 9^a. *gaibit inna promoa. aitreb-thacha engraic anmæ dilis indaitrebthado arintan asinbears meus engraicigidir insin mo ainm díles 7 nómréla et nometargni-gedar. conaich deicen mo no. díles do eipert* (pronomina possessiva tenent locum nominis proprii possessoris, nam si dico meus, hoc loco est nominis mei proprii et me manifestat et notificat, ut nomen meum proprium non sit necesse dicere) Sg. 200^b.

d. Si in sententia simplici vox vel pars quaedam cum emphasi proferenda praemittitur in aliis linguis, constructio hibernica eam partem praemisso verbo substantivo solvit in propriam sententiam atque hanc praemittit: *isdothabirt diglae berid inclaidebsin* (gl. non sine causa gladium portat, potestas; i. e. ad dandam vindictam portat gladium hunc, ad verbum: est ad dandam vindictam, portat gladium) Wb. 6^a. *isdia rodordigestar* (gl. a deo ordinatae sunt, potestates; i. e. est deus qui eas ordinavit) 6^a, in quo esset simplex ordo sine emphasi: *rodordigestar dia* (eas ordinavit deus).

Frequens est ejusmodi solutio ad praeferendam vocem aliquam vel partem sententiae. Cum verbo substantivo in parte posteriore, ut in praemissa: *hires foirbthe 7 gnímaí sainemlae .i. ishires astoisech ishisuidib* (gl. alterum altero suppletur; i. e. fides

firma et facta praeclara, fides est praeminens in his) Ml. 14^c. *is-ed trede insin astoisechem do duiniu .i. bairgen rl.* (gl. haec tria primum obtinent locum) Ml. 20^d. *ismé asapstal geinte* (gl. ego sum gentium apostolus) Wb. 5^b. *biit sualchi and itfoisi* (gl. facta bona manifesta sunt, non alia; i. e. sunt bene facta, quae sunt manifesta) Wb. 29^a. *combadhé écrihdatusin nobed and* (gl. quidam nomen verbi hoc esse dicebant, verbum infinitum, Prisc. 8, §) Sg. 148^b. *combed hed nobed and* (ita ut hoc sit) Wb. 3^b. *am. bid emelides nobed and* (gl. Aemilianus Aemilii filius; i. e. acsi Aemelides esset) Sg. 33^a. *ni arindi bed leth ngotho nobed indibsem* (gl. semivocales; i. e. non ideo acsi dimidium vocis esset in eis) Sg. 5^a. *acht rop réforciunn robbé da* (si ante finem fuerit da, in dare, datus) Sg. 169^a. Cum verbo activo vel passivo in posteriore parte: *ismesse rophroidech doib* (ego praedicavi eis) Wb. 10^a. *ishé rofítir aurlatu et hiriss cáich* (ipse, deus, scit obedientiam et fidem cuiusvis) Wb. 7^c. *itboill immefoliget corp* (gl. corpus non est unum membrum, sed multa; i. e. sunt membra quae efficiunt corpus) Wb. 12^a. *ithé rogabsat airegas* (gl. primum apostolos posuit deus) Wb. 12^b. *am. bid fiadib nocrochthe* (acsi coram vobis crucifigeretur, descripta est passio Christi; ad verbum: acsi esset coram vobis, quod crucifigeretur) Wb. 19^b.

Pro *as, it* in initio secundae partis sententiae obvium est etiam *atá*, sive est singularis sive pluralis numerus subjecti: *ithé ata mundus tias* (gl. divitiae mundi, divitiae gentium; i. e. sunt hae, gentes, τὸ mundus supra, quod est mundus supra) Wb. 5^b. *isib ata chomarpi* (vos estis coheredes) Wb. 19^c.

Fit eadem constructio post negationem, sive deest verbum substantivum sive adest: *taccu nimé asbéo* (gl. vivo autem jam non ego, Gal. 2, 20) Wb. 19^a. *ni uáinn fesine ataam fortectiri* (non a nobis ipsis sumus vestri inspectores) Wb. 15^a. *ni sochude dáib ataat and* (gl. non multi nobiles) Wb. 8^a, in quibus esset affirmative *ismé, isuáinn, issochude*. Porro si adsunt verbi substantivi formae *tá, ba*: *nitat huili itmaicc tairngiri* (non omnes sunt filii. promissionis; constructio simplex: *nitat maicc tairngiri uilí*) Wb. 4^c. *ni pathé indii beta thuicsi* (non hi sunt electi) 4^c.

Sententiae duplicis partis utriusque solutae, duarum ergo partium in quatuor solutarum exempla sunt: *nití nodnai:: acht ishé notail* (gl. non tu radicem portas, sed radix te, Rom. 11, 18)

Wb. 5^b. *ciasu icolinn am béosa isiress cr. nombeoigedar* (quamvis in carne sum vivus, fides Christi me vivificat; ad verbum: quamvis est in carne, quod sum vivus, est fides Christi, quae me vivificat; ubi *su* in prima parte est loco verbi substantivi) Wb. 19^a. Item: *isdo iscoir indocbáal arishúad cach necne* (gl. soli sapienti deo gloria, Rom. 16, 27; i. e. ei est justa gloria, nam ex eo est omnis sapientia) Wb. 7^c, si posterior pars secundum priorem completur: *arishúad iscach necne*.

Atque adeo est solutio sententiae simplicis in tres partes; deest tamen verbum substantivum ante primam, ita ut haec appareat ut nominativus absolutus: *inspirut noib isheside aseola* (spiritus sanctus sapiens est; constructio simplex: *iseola inspirut noib*) Wb. 4^a. *na cumactte isdia rodordigestar* (gl. quae sunt, potestates, a deo ordinatae sunt) 6^a. *inchaingnimai aili isiarcein rofinnatar* (gl. quae aliter se habent abscondi non possunt, 1. Tim. 5, 25; i. e. alia benefacta postea noscuntur) 29^a. Item cum parte immixta relativa: *lann segar and issi ede dulchinne inmilti* (gl. unus accipit braveum; i. e. corona quae accipitur est remuneratio exercitii; ubi perfectius esset *issi ede asdulchinne*; et constructio simplex: *isdulchinne inmilti lann segar and*) Wb. 11^a. E codice Sg.: *inna teoir rannasa isóin rann fardíngrat* (gl. proprium est nominis substantiam et qualitatem significare, hoc habet etiam appellatio et vocabulum, ergo haec tria una pars est orationis, Prisc. 2, 4; ad verbum: haec tres partes, est una pars quam significant) 26^b. *indaiccend bias forsindainmnid isé bias forsnaib camthuis*. (gl. obliqui casus generalem accentuum regulam servant, Prisc. 13, 3; ad verbum: accentus qui est in nominativo, is est qui est in casibus obliquis; leg. *intaiccend* ob pron. masc. sequens é) 207^a.

Sunt hae regulae ordinis praecipuarum partium sententiae hibernicae communiter observatae. Nec tamen mirum, si interdum legitur exemplum minus stricte eas sequens, ut: *buih cen œcne fofera anfirinni* (esse sine cognitione profert injustitiam) Wb. 2^a. *fáilte cáich bad fáilte dúibsi, brón cáich bad brón dúibsi* (gaudium cujusvis sit gaudium vobis, cura cujusvis sit cura vobis) Wb. 5^d, quae essent secundum regulas: *buih cen œcne ised fofera anfirinni. bad fáilte dúibsi fáilte cáich etc.*

e. Locos primos sententiae sibi postulare verbum, dein praedicatum, ex iis quae tractata sunt hactenus patet. Locos post

eadem occupat plerumque subjectum cum vocibus dependentibus, si adsunt, post quod sequuntur dependentes a verbo vel praedicato et voces a dependentibus iterum dependentes, ut in Wb.: *isuisse lóg asaitíir dochách* (gl. dignus est operarius mercede sua; i. e. est justa merces laboris sui cuius) 29^a. *dorigeni dia corp duini ó ilballaib* (fecit deus corpus hominis e multis membris) 12^a, et in exemplo supra allato e Sg.: *gaiibit inna pro-noa. aittrethacha engrao anmæ dilis indaitrethudo*. Non tamen tam strictus est ordo in his locis posterioribus, ita ut e. gr. subjectum tam antecedit objectum verbi, ut in exemplis modo prolatis, quam sequatur, ut in his: *shuindíth folad indepert* (significat notionem vox) Sg. 25^b. *ní dénat firtu uili. ní tectat rath dénma ferte uili* (non omnes faciunt virtutes, non omnes habent gratiam faciendi virtutes) Wb. 12^b.

f. Extra ordinem sermonis communis procedere posse sermonem ligatum, ut fit in omnibus linguis, etiam in hibernica, vix est quod moneatur. Ita in versu carminis codicis Ml.

*Indalim ba brathír dam
mathíre amathírsem*

prius membrum in sermone pedestri esset *ba brathír dom indalim*.

2. Nomen et pronomen constructum.

a. Articulus hibernicus cum substantivo eodem modo construitur, ut in linguis, quae eo utuntur, e. gr. in graeca. Peculiaria, quibus differt hibernica, animadvertuntur haecce.

Si post substantivum sequitur substantivum in genitivo, articulum praecedere ante posterius, deesse autem ante prius, regula est, ut e pluribus exemplis patet, quae enumerata sunt in capite de articulo. Inveniuntur tamen ibidem quaedam etiam, in quibus articulus comitatur utrumque substantivum.

Ante nomina propria articulus deest communiter: *romuíl do-forsat incathraig ó eneas rocinnset indromain* (Romulus condidit civitatem, ab Aenea orti sunt Romani) Sg. 31^b. *arindi atreba bésu aristotíl* (gl. Aristotelicus), *atreba besu socráit* (gl. Socraticus) Sg. 33^a. *ishé apoíll insin* (gl. Latonae filius), *ishé romuíl* (gl. Iliae filius) Sg. 31^a. *istiamthe immeruidbed et ní xoimdíbel tit* (Timotheus circumcisus erat et non circumcisus Titus) Wb. 18^d. Legi-

tur tamen praemissus iis interdum: *inscip emelendae* (gl. Aemilianus Scipio), *incæsar octavienda* (gl. Octavianus Caesar) Sg. 31^a. *indróm fil hí constan.* (gl. urbs Roma constantinopolitana), *airechas inna rómæ* (principatus Romae) Sg. 174^a. *slíab nass* (mons Ossa) Sg. 63^a.

Gentilia item et patronymica modo cum articulo inveniuntur modo sine eo: *arrucestaigser frissinnebride* (gl. cum Ebraeo disputans) Ml. 2^d. *indromain* (Romani) Sg. 31^b. *intsabindai* (Sabini) Sg. 28^a. *inmarcelldai* (gl. Marcelli), *inchornaldai* (gl. Cornelii) Sg. 30^b. *indæneedai* (gl. Aeneadae), *romoldai* (gl. Romulidae) Sg. 31^b. *arindí atrebat romáin and. atrebat lait. and* (habitans Romani, Latini ibi) Sg. 33^a. *dosach cathrur di romanaib* (cuius civi e Romanis) Sg. 33^a. *irchre flatho román* (interitus imperii Romanorum), *tóiniud flatho ó rómanib* (secessio imperii a Romanis) Wb. 26^a. *la laitnori* (apud Latinos), *la grecu* (apud Graecos), *la atac* (apud Atticos) Sg. 5^b. 26^b. 147^a. *la iudeu* (apud Judaeos) Wb. 5^b.

Adest articulus interdum contra communem usum. Ante substantivum: *ishé intecttaire maith condaig indocbáil diathigerni* (is est bonus gubernator, qui quaerit gloriam domino suo) Wb. 8^d, ubi secundum solitam constructionem esset cum *as* pro *is*: *ishé astectire maith*. Ante adjectivum, si substantivum, quocum concordat, praecedit pronomen possessivum: *mad cotecht di cofer badhé afer incétne* (si aditus ei, mulieri separatae, ad virum, sit hic ejus vir prior) Wb. 9^d.

δ. Casus substantivi nominativus et accusativus ut in aliis linguis constructi inveniuntur, e. gr. accusativus post verbum activum et praepositiones.

Est etiam accusativus temporis hibernicus: *arromertuss buith and angainredsa* (gl. ad me Nicopolim, ibi enim constitui hiemare, Tit. 3, 12; i. e. esse hanc hiemem) Wb. 31^d. *itarcud indocbalæ domsa dia brátha* (gl. ad gloriam meam in die Christi) Wb. 23^c. *irláim do dul báis cachdia* (parati ad subeundam mortem quavis die) Wb. 16^a. *cech naidche* (quavis nocte, leg. *naidche*), *amedonlathe* (media die) Hymn. in S. Patr. 15. 23.

Genitivus substantivi ab alio substantivo dependere solet, cujus constructionis exempla frequentia in declinatione enumerata sunt. Rarior genitivi causa est adjectivum, e. gr. in his: *am tsulang ahetarcerta* (sum gnarus interpretandi eas, linguas) Wb. 12^d.

ammi tuailnge armbrethre (sumus gnari verbi nostri) 17^b. *ba coir cenachomalnithe ropredhad mór namri díib* (debet esse, etsi non impleretis quod praedicatum est, multum utilitatis vobis) 13^a. *imforlinged mór namri de* (factum inde multum utilitatis; *amre*) 15^a. *dorrigeni mór nuile frimsa* (fecit multum mali mihi) 30^a. Saepius enim adjectiva, quae in aliis linguis cum genitivo vel alio casu construuntur, hibernice praepositiones sibi assumunt: *lán di uisciu* (plenus aquae) Incant. Sg. *loor fricach réit* (contentus quacunque re) Wb. 24^b. Eodem modo etiam si non adest adjectivum, praepositione *di* tam nominis quam pronominis genitivus significatur: *ismó afius deitsiu andorigeni dimaith frimsa* (gl. quanta ministraverit melius tu nosti, i. e. quid boni fecerit mihi) Wb. 30^a. *bid íce disí tuistiu clainde* (gl. salvabitur per filiorum generationem; i. e. erit salus ejus, mulieris; *sí*, prón. fem.) 28^b.

Ante dativum praemittendae praepositioni *do* lingua hibernica jam omnino assueta est. Sunt paucae positiones, in quibus deest ea praepositio, sequentes.

1. In forma adverbiali adjectivorum et substantivorum dativi singularis, praemisso solo articulo. Item in forma adverbiali substantivorum pluralis numeri omisso etiam articulo. Exempla supra enumerata sunt (p. 562 sq.).

2. Post comparativum, cum omittuntur particulae comparationis *oldaas*, *oldate*, *indaas* (p. 681), eodem modo ut in lingua latina est ablativus pro constructione cum particula *quam*. Exempla: *isuidisliu cach céitbuid córe* (gl. pax superat omnem sensum; i. e. est nobilior omni sensu pax) Wb. 24^b. *ishuaisliu cech dail andorataid dondoinacht* (gl. omnem creaturam longe transgreditur) Ml. 25^a. *isferr cach réit són* (melior omni re haec, caritas) Wb. 27^a. *nidad ferrsi inchétnu* (non estis meliores quam primum; cf. p. 315) Wb. 8^c. *isarnaib grádib nemdib. et ní bo decming rombed imthanad hisuidib combad uáisliu cach grád alailiu* (gl. constituens ad dexteram suam in coelestibus supra omnem principatum et virtutem, Ephes. 1, 20; i. e. supra gradus coelestes, et non est possibile quod sit alternatio in his, ut sit nobilior quisque gradus altero) 21^a. *ní dilíu nech limm alailiu* (non carior mihi aliquis alio) 23^a. *ní ferr nech alailiu and* (non melior aliquis alio) 2^a. *ní mó brig cachhe alailiu* (non majoris auctoritatis quisque quam alter) 19^c.

Videntur esse in his vestigia proprii casus, ablativi scilicet, qui etiam terminationis diversae a terminatione dativi fuerit in quibusdam primitus, ut in lingua latina.

c. Adjectivorum congruentia cum substantivis in genere, numero et casu est eadem hibernica, ut in aliis linguis, atque locus in communi constructione post substantiva. Sunt tamen notanda quaedam propria hibernicae linguae in hac substantivi et adjectivi collocatione.

1. Adjectivum omnis flexionis expers saepius praemissum invenitur substantivo. Haec autem constructio est nonnisi compositio adjectivi cum substantivo, quam consuetam esse linguis celticis magis quam aliis, exempla plura jam enumerata (p. 825 et 862) docent. Compositio statuenda est, quamvis separata legitur utraque vox in codicibus interdum, e. gr. : *ni artu ni nim. . ar nóib briathraib rolabrastar cr.* (non altitudo non coelum supra sacra verba quae locutus est Christus) Incant. Sg., pro *ar nóib briathraib*. Compositionem comprobant infectionis consonae substantivi incipientis plura exempla (p. 198).

A communi regula postpositionis adjectivorum excipiuntur adjectiva pronominalia: *alaile* juxta *aile* postpositum, *uile* significans lat. *omnis*, *quivis*, juxta *uile* significans *totus*, quod postponitur ut mere adjectivum, item *cach*, *cach óen* (*quivis*), *nach* (*aliquis*); quorum omnium exempla inter pronomina prolata sunt (p. 363 sq.). Excipiuntur porro praeter numeralia cardinalia simplicia etiam ordinalia affinia magis adjectivis, quibuscum tamen omnino concordat *tánise* (*secundus*), interdum et *cétne* (*primus*), ut exempla item jam allata docent (p. 315. 316).

Adjectivi meri substantivo praepositi cum flexione unicum exemplum mihi occurrit hoc: *inna daercae fróich* (gl. *vaccinia*; i. e. *rubrae ericae*) Sg. 49^a.

2. Adjectiva post substantiva numeri dualis leguntur in forma pluralis numeri, hibernica ut cambrica. Exempla vetusta hibernica satis certa: *etir da nainmí cosmaili* (inter duo nomina similia) Sg. *da druith aegptacdi* (duo druidae aegyptiaci) Wb. jam supra memorata sunt (p. 278).

3. Adjectivum sine substantivo per se solum in forma generis neutrius loco substantivi esse potest: *duthraccarsa amaithsin* (opto bonum hoc) Wb. 14^b. *andubso* (nigrum hoc, i. e. *atramen-*

tum) Ml. 13^d. Forma adverbialis adjectivorum datus hujus positionis esse videtur (p. 562).

Frequentius per se solum occurrit in forma neutrius pluralis, eo plane modo, ut fit in lingua latina; eandemque formam etiam induit pronomen demonstrativum *é*. Exempla: *có osnada* (gl. usque ad superiora) Ml. 31^c. *fudumne* (gl. profunda, dei spiritus scrutatur) Wb. 8^b. *na cotarsnai* (gl. adversa, vobis) Ml. 20^o. *comrama et baqa poil frisnadedencha* (gl. cursum consummavi, 2. Timoth. 4, 8) Wb. 30^d. *innahii irrufollnastar siu* (ea quae explevit hic) Wb. 13^b. *madugneu innahii remiærburt. madudrignius ní dinaib remeperthib. madugneu inna remeperthi* (si facio ea quae dixi, si feci aliquid de antedictis, si facio antedicta) Ml. 23^o. 23^d.

d. Numeralium quae sunt propria in constructione et congruentia ob formarum conspectum in eorum capite jam tractata sunt. Praeter formam substantivi post numerum majorem (p. 314; cf. *tricha bliadan* Bened. Hib.) insignis est numeri majoris separati, si duplex numerus adest cum substantivo, postpositio in propria forma, e. gr. *déc*, quae alias est *deich*. Videntur minores numeri praedicati loco substantivo praemissi, majores absolute sequentes.

e. De pronominum congruentia vel usu peculiari haec notanda sunt.

1. Pronomen interrogativum congruit cum genere sequentis substantivi, masc. *cia*, fem. *cesi*, *cisi*, addito ad significandum perfectius genus pron. personali fem. *si*, neutr. *ced*, *cid* (p. 362). Etiam pronomen personale tertiae personae transiens in significationem demonstrativi, sing. masc. *é*, *hé*, fem. *st*, neutr. *ed*, *hed*, plur. *é*, *hé* trium generum, sequitur tam genus quam numerum sequentis substantivi.

Sing. masc.: *ishé inso innóibad* (gl. haec est sanctificatio vestra, ut abstineatis etc.) Wb. 25^b. *ishe besad felsub* (est hic mos philosophorum) Wb. 27^a. *ishe se incomdithnad* (gl. solatio mihi ipse esse possum, . . si quid etc., Prisc. 6, 1; i. e. hoc est solatium) Sg. 90^a. *isee arndiltuth dunn fanissin* (est haec abnegatio nostra ipsorum) Camarac.

Fem.: *issi inso fedb* (haecce est vidua) Wb. 28^d. *isi inso indrín inso* (hocce est mysterium) Wb. 13^d. *issi rún indforcillsin* (est hoc mysterium hujus doctrinae) Wb. 28^b. *issi indetarceirt inson*

grecde (est haec interpretatio vocum graecarum; leg. *inna son*) Sg. 207^b. *issi ticsál archruche duun* (est haec sumtio crucis nostrae) Camarac.

Neutr.: *ished inso anaithecc* (hoc est responsum) Wb. 9^d. *ished anoneste. insin. ished didiu anhonestum* (est hoc *tò* honeste, honestum) Wb. 10^b. 25^b.

Plur.: *ithé inso besi* (sunt hi mores), *ithæ besse inna fedb* (sunt hi mores viduarum) Wb. 28^d. 29^a. *ité inna noi* (haec sunt ea novem, pronomina) Sg. 197^b.

2. Sub fine sententiae si pronomem personale vel possessivum exprimendum est, fit id praepositione *do* cum pronominis ejus, quod significandum est, forma suffixa.

Pronomina personalia hoc modo significata: *nibad aóenur dó* (gl. rogavi eum veniret ad vos cum fratribus; i. e. ne esset solus ipse) Wb. 14^a. *imba immalei do* (gl. quis est qui condemnet? simul autem Jesus? Rom. 8, 33; i. e. num est simul ipse?) 4^b. *do inis maddoc dón .i. meisse 7 choirbbre* (ad insulam Matoci nos, ego et Coirpre) Sg. 194^a. *dichlaind thessei dóib. di grecaib dóib huili* (gl. Thesidae, Cecropidae id est Athenienses; i. e. de genere Thesei ii, de Graecis ii omnes) Sg. 31^b. *huare ní in óen diaithir doib* (gl. ab alio cuique centro absides suae exsurgunt ideoque diversos habent orbis motusque dissimiles, planetae, Beda de nat. rer. c. 14; i. e. quia non in uno centro ipsi) Cr. 18^c.

Pronomina possessiva eodem modo expressa, substantivo antecedente: *condib didnad domsa foirbthetu hirisse dúibsi* (gl. desidero consolari per fidem vestram; i. e. ut sit solatium mihi firmitas fidei vestrae) Wb. 1^b. *eter baullu coirp dunn* (inter membra corporis nostri) Wb. 12^b. Cum infinitivo loco substantivi: *ronf-tirni cach trechretim dúibsi* (gl. epistola nostra vos estis quae scitur et legitur ab omnibus hominibus manifesta; i. e. noscit nos quisvis per fidem vestram) Wb. 15^a. *ropad maith limsa labrad ílbelre dúibsi* (esset acceptum mihi vos loqui multas linguas, locutio vestra) 12^c. *combad éit leu buid domsa iniriss* (ut sit aemulatio eis esse me in fide) 5^b. *búith dúinni issintodochidiu* (gl. cum venerit quod perfectum est; i. e. esse nos in futuro) 12^c. *ba ferr limm ím búith dí inógi* (gl. beatior autem erit si sic permanserit, mulier, secundum meum consilium, 1. Cor. 7, 40), *búith dúibsi inógi* (gl. itaque dico fratres, 1. Cor. 7, 29; i. e. esse eam, esse vos in coe-

libatu, volo) 10^b. Praecedit pronomen possessivum etiam in supra memoratis exemplis e Camarac.: *isee arndiltuth dunn fanissin. issi ticsál arcruche duun.*

3. Formulae pronominis demonstrativi *in-so*, *in-sin* includentis non solum substantivum, sed etiam, si una cum eo ad-sunt, adjectiva, numeralia, exempla jam prolata sunt in pronomine (p. 354). Fit idem semper, etiam si adsunt aliae et plures voces a substantivo dependentes: *forsacénélæ metirsin* (gl. inter hendecasyllabos phalecios; i. e. hoc genus metri) Sg. 8^a. *araaric acenela fothaircthesin* (gl. ad balneas pallacinas, in ed. Palatinas, Prisc. 14, 3; i. e. nam invenit hoc genus balnei; praemittit glossator latine: *de nomine philosophi*) Sg. 217^a. *congaisetar inna trechenel martre so* (continentur haec tria genera martyrii) Camarac.

4. Pronominum interrogativorum, quae semper praecedunt, etiamsi adest praepositio, constructio jam supra memorata est (p. 362. 363).

5. Relationem hibernice significari non solum pronominis relativi formis absolutis vel infixis, sed etiam formis propriis verborum, patet ex iis quae jam luculentius tractata sunt de his (p. 348 sq. 456. 478. 486). Modus frequentior cambricus, quo relatio post praepositionem indicatur ponenda in fine relativae partis sententiae praepositione cum pronomine suffixo personali vel cum possessivo ante substantivum (p. 397), non invenitur hibernice, nisi est in Camarac.: *cach reet cari særcicesa ami na laubir noco* (res quaevis, in qua amas multas illecebras et voluptates).

3. Verbum constructum.

a. Praecipua verbi hibernici, ut britannici, proprietas est ejus constructio impersonalis, in qua sola tertiae personae numeri singularis forma obtinet, sive exprimenda est persona praeter tertiam alia numeri singularis sive etiam pluralis. Eam constructionem jam adoptant verbi substantivi formae *is*, *as*, *bid*, cum ob emphasin sententia simplex solvitur in duplicem (p. 885), idque cum pronomibus absolutis, dum aliis verbis, in quibus obtinet haec constructio, connectuntur nonnisi infixis. E. gr.: *ismé as-apstal geinte* (gl. ego sum gentium apostolus) Wb. 5^b. *asme mói-*

nur aridrochell (gl. egomet rapui, intelligimus ego et non alius; i. e. quod sum ego solus qui rapui) Sg. 202^a. *issniñi ata* (nos sumus . . ; cf. p. 333) Wb. 10^d. *am. bid me fein nothaised cucut* (gl. suscipe illum sicut me; i. e. acsi ego ipse venirem ad te) 32^a. Verbi substantivi tertia persona pluralis legitur in solo exemplo in Wb. 19^c: *itsib ata chomarpí* (vos estis coheredes), fortasse errore scriptoris pro *issib*. In his exemplis pronomem personale *me* vel *snisni* etc. videtur potius objectum regiminis latentis in verbo substantivo quam subjectum.

Ejusmodi saltem constructionem objecti ex actione latente in verbo impersonali (cf. germ. es gibt männer, menschen; acsi liceret latine dicere dat viros, dat feminas pro sunt viri, feminae) ostendit verbi substantivi forma *fil*, *feil* cum compositis, quae nunquam flexionem personalem induit et sequentem accusativum postulat. Exempla: *ni feil titlu remib ciasidoiamni titlu re cechoin salm* (gl. non sunt suprascripti psalmi quidam; i. e. non sunt tituli ante eos, quamvis videmus titulos ante quemvis psalmum) Ml. 2^b. *nifil aimsir nadindbed* (gl. rex constitutus ex tempore quod utique non coepit aliquando; i. e. non est tempus, a quo non sit; nom. *aimsir*) Ml. 17^a. *nifil chumtubairt ata nanman síd* (non est dubium, quin sint nomina haec; nom. *cumtubart*) Sg. 154^b. *ni confil nach rainn nád techtad cetnidetaid* (non est pars orationis, quae non habeat originem primitivam; nom. *rana*) Sg. 188^a. Inde et pronomina personarum trium infixae inter particulas et verbum hoc impersonale habenda sunt objecta, ut: *condumfeil* (ut sim), *cininfil* (quod non sumus), *condibfeil* (ut sitis), *nachibfel* (quod non estis), *cenodfil* (quamvis est), quorum exempla supra enumerata sunt (p. 479). In tertia persona praeter pronomem infixum obtinet etiam accusativus: *cenodfil chotarsnataith etarru* (gl. quamvis habeat aliquid contrarium; nom. *cotarsnata*) Sg. 29^b. *cinidfil chairi linn* (gl. nos alienos a culpa; i. e. quamvis non est culpa nobis; Ml. 28^c: *incairi*, gl. notam, nom. *caire*) Ml. 30^a.

Verbi substantivi forma *tú* quamvis servet adhuc flexionem personalem in vetusta lingua (p. 476. 477), adoptat tamen etiam impersonalem constructionem, immo constructionem cum accusativo ad instar formae *fil*, ut comprobant haec exempla: *nimthe luám* (non sum manus) Wb. 12^a. *nimtha firion arachuitsidi* (gl.

non in hoc justificatus sum) 8^d. *nintá airli armban* (non est nobis obedientia mulierum nostrarum) 31^c.

Proprium est linguae vetustae hibernicae, quod quamvis pluribus radicibus indicet verbum substantivum, etiam activa verba quaedam in eandem significationem convertit. Accidit hoc verbo *gaibim* (capio) in forma praeteriti: *am. bid déet linsa moort dogabál darmchenn céin rongabus icarcair* (gl. quidam ex contentione Christum adnuntiant, non sincere, Philipp. 1, 17; i. e. acsi esset contentio pro me missionem meam sumendi pro me, quamdiu sum in carcere) Wb. 23^b. *am. rongab indosa indrong briatharde pers. ta. in .as* (gl. conjugatio nominatur quod una eademque ratione declinationis plurima conjugantur verba, Prisc. 8, 17; i. e. ut est haec o vinculum verbale, persona secunda in as; sequitur enim mox ap. Prisc.: cum enim verba omnia, quae aequali regula declinantur, in o vel in or desinant, in o quidem terminantia, si primae sint conjugationis, in as efferunt secundam personam) Sg. 159^b. *am. rondgabóat in optit* (gl. tam participia quam infinita verba ad similitudinem optativorum, Prisc. 11, 4; i. e. ut sunt in optativo) Sg. 190^b. Ob infixum hic pronomen *d* 3. pers. sg. generis neutrius (*n* praecedens est relativum infixum postulatum a conjunctione nominali, quod solum adest in ceteris exemplis) licet suspicari in his loquendi modum per ellipsin hunc: incepti id, scilicet esse, i. e. sum. Verbi factitativi primitus *díxnigur* transeuntis item in eam significationem exempla supra prolata supt (p. 781, not.).

b. Activum verbi hibernici vetusti plenam adhuc personarum formationem habet, nescitque impersonalem constructionem, quae in recentiore lingua etiam hoc genus invasit, praesertim in gaelica, in qua e. gr. est praet. sing. 1. *do bhuaíl mi* (cececi), 2. *do bhuaíl thu*, 3. *do bhuaíl e* etc. Et fut. sing. *buailidh mi, tu, se*, plur. *buailidh sinn, sibh, siad* (caedam, -es etc.; -*idh*, vet. hibern. -*fid*) Hibernice hodie juxta personalem magis servatam usitata est etiam impersonalis, e. gr. praes. sing. *ceilidh mé* (celo), *tú, sé*, plur. *ceilidh sinn, sibh, siad*. In vetusta lingua constructio impersonalis ejusmodi raro observatur, e. gr. in verbis junctis impersonali constructioni verbi substantivi, ut supra in *aridrochell, notheised*, vel in loquendi formula cum accusativo, ut est post *fil*: *conricci innainsir hitaam* (gl. usque adhuc; i. e. donec

attingat tempus, attingatur tempus, quo sumus; *aimsir* accus.) Wb. 9^a.

In passivo defecit flexio personalis jam in vetusta lingua, cui nonnisi tertia persona utriusque numeri usitata est: *intain arallegthar aëpis*. (cum legitur ejus epistola) Wb. 18^a. *lase aralégatar* (cum leguntur, voces) Sg. 213^a. Ceteras personas, primam et secundam singularis et pluralis, modo impersonali exprimi, infigendis formis pronominum earum personarum inter formam verbi tertiae personae singularis et particulas verbales *no*, *ro* vel praepositiones in verbis compositis, proditum jam in systemate verbi (p. 412), patet ex ipsis in verbo enumeratis exemplis (p. 474).

Actio verbi reflexiva in linguis celticis propria forma non significatur. Hibernice significatae ejusdem particula praefixa *im-*, ut fit communiter britannice, vix unum vel alterum exemplum exstat (p. 847). Solita est infixio pronominis personae quae in se agit: *nommóidim* (glorior, i. e. laudo me) Wb. 14^a. *nonmóidemni* (gl. gloriamur) 2^a. *act ranglana* (gl. si emundaverit se) 30^b.

c. Temporum et modorum usus et constructio, simplex in omnibus linguis celticis, jam e systemate verbi et exemplis ad ostendendas verborum formas prolati affatim elucet.

Promiscuus usus praesentis et praeteriti secundarii, frequentior in cambrica constructione, jam animadvertitur interdum in vetusta hibernica: *atbélmis* (gl. sicut Sodoma facti essemus; i. e. interivissemus) Wb. 4^a, quod etiam significat *interivemus*. Oritur omissis particulis *no* et *ro*, quibus fit distinctio inter utrumque tempus, e. gr. in pass.: *noberríthe* (calvaretur), *roberríthe* (calvatus esset; cf. p. 453. 471).

d. Infinitivum hibernicum esse mere substantivum, patet tam ex ejus formis varie derivatis (p. 459 sq.), quam praecipue ex ejus constructione cum genitivo, cujus sunt exempla quaedam manifestiora: *tre fulang inna fochide* (tolerandis tribulationibus) Wb. 14^b. *imradud inna réte domunde. cen imradud nanemde* (cogitare res mundanas, sine cogitatione coelestium, est sapientia carnis) Wb. 3^a. *ni áil dún tabart testassa* (gl. non nobis necesse quicquam loqui, i. e. dare testimonium) 24^c. *octabairt ruín, octabirt coibsen* (in proferendis mysteriis, dandis rationibus) 12^b. 15^a. *gabál desimrechtó* (sumere exemplum) fq. Legitur tamen etiam frequenter infinitivi, qui est subjecti loco, constructio alia

variata, qua substantivum dependens ab infinitivo in ejus locum subrogatur et ipse cum praep. *do* postponitur: *istaschide timne dée dochomalnad* (necessarium est mandatum dei implere) Wb. 10^a. *ismaith intóis éula do accaldam* (est bonum sapientibus loqui) 3^e. *augtortás apstalachte inso tra aainm fessin dosuidigud itosoch na epistle* (gl. Paulus apostolus; i. e. auctoritas apostolatus hoc ergo suum ipsius nomen ponere in initio epistolae) 14^b. Versa haec in constructionem priorem cum genitivo sunt: *istaschide chomalnad timni dée. ismaith accaldam indóisa éula. isaugtortas apstalachte suidigud aanma fessin itosoch.*

Infinitivus cui praecedit praep. *oc* cum verbo substantivo constructus saepius est significationis participii praesentis: *biu ocirbáig, biususa ocirbáig* (sum glorians) Wb. 16^a. 20^a. *robóisom octatháir* (fuit vituperans) 23^a. *robá olegund* (fui legens) Sg. 148^a. Etiam hodie participium praes. gaelice eodem modo significatur, praepositione *ag* cum infinitivo. In vetusta hibernica tamen lingua, quae possidet formas relativas participiorum vice fungentes, non tam communis usus est ea constructio.

II. Constructio prosae britannica.

Vetustiores codices cambrici cum non sententiarum plenior constructionem, sed voces tantum singulas vel paucarum vocum glossas exhibeant, libri cornici et armorici ampliores autem oratione poética scripti sint, manent monumenta britannica prosae orationis fere sola narrationes codicis Hergestensis rubri cambricae, recentiores quidem, quae tamen constructionem in summa haud dubie congruentem adhuc cum vetusta hibernica, in singulis tantum propria jam adoptantem, exhibent. Debent haec esse pro ceteris et possunt, cum cambrica dialectus ceterarum britannicarum, cornicae et armoricae, semper sit dux et princeps.

1. Ordo constructionis.

a. Voces praedicantes ante alias in sententia cambrica priores locos sibi vindicant, ut in hibernica. Verbum ergo ante om-

nes praedicans primum etiam occupat locum sententiae, ratione non habita particulae verbalis, quae in sententia affirmativa absoluta semper est *yd, y* (p. 422), vel copulantis: *y dywedassant wynteu* (dixerunt eae, feminae) Mab. 1, 36. *ac y dywanot arthur* (et dixit A.) fq. *ac y daeth peredur yr lle* (ivit P. ad locum) 1, 266. *ac y bu ynkerdet ynyalwoch fforestyd* (et est profectus in solitudinem silvarum) 1, 238. Hic ordo quamvis coarctetur in sententia affirmativa simplici modis ordinis duobus, de quibus infra dicetur (sub *c.* et *e.*), obtinet semper non solum in sententiae multiplicis partibus affirmativis, sed etiam in simplici sententia negativa vel interrogativa: *nys atebawd yr iarllles* (comitissa non respondit) 1, 18. *nyt yspeihwys ynteu vi* (is non spoliavit me) 1, 10. *nyt adwaency neb or teulu euo* (nullus ex agmine eum cognoscebat) 1, 267. *adoy di y dangos ymi* (an tu ibis monstratum mihi?) 1, 293.

b. Locum verbi obtinet praedicatum, adjectivum sive substantivum (aut per se aut cum adjectivo), cum verbo substantivo. Hoc cum nonnisi una cum adjectivo praedicet, sit igitur pars praedicati, idque pars verbalis, quam dicunt copulam, minus gravis parte proprie praedicante, in constructione cambrica simplicis sententiae affirmantis etiam medium locum sibi sumit sine particula ulla verbali inter praedicatum, quod primum sibi vindicat, atque subjectum sequens: *llawen uu y iarllles* (laeta fuit comitissa) Mab. 1, 20. *llawen uu y uorwyn* (laeta fuit puella) 1, 239. *hir uu genyf y nos honno* (longa fuit mihi haec nox) 1, 6. *garw uu ynteu. llawen uu ynteu* (rudis, laetus fuit ipse) 1, 7. 28. *yspeihor uum i yma* (fui ego latro hic) 1, 37. *marw uydaf i or cleuyt honn* (moriar hoc morbo) 2, 198. *athewythyf wyf inneu* (et avunculus tuus sum ego) 1, 247. *gwir yw hynny* (verum est hoc) 1, 260. *truan yw hynny* (miserum est hoc) 1, 34. *gwr hagr yw ynteu* (vir deformis est ipse) 1, 6. *cennadeu ym ni* (sumus legati) 2, 28. *cewori ynt oll* (omnes sunt gigantes) 1, 264. *vn mab mam athat oedwn i* (unicus filius matris et patris eram) 1, 2. Est idem ordo, si subjectum non expressum est: *gwr prud adoeth oed* (erat vir prudens et sapiens) 3, 298. *gwr idaw vydaf* (ero ei vasallus) 1, 243.

Ita etiam armorice: *ret eo pep tu ez conduhet* (in quacunq[ue] parte eum, puerum, instituere necessarium est) Buh. 108, 14. *lamet eo an mez* (perditus est pudor) 80, 14. *carguet eo a ioa ma*

calon (cor meum plenum est gaudio) 76, 19. Etiam hodie solitus est idem ordo: *iaouank eo ar vaouez ze* (mulier haec juvenis est), *re uc'hel eo ann dud ze evidour* (nimis alti hi homines sunt mihi).

Est eadem positio praedicati, si loco verbi substantivi sunt verba *nominari, eligi* etc., quae praemittunt particulam *y*: *peredur uab efracoc ym gelwir i* (voco P. filius E.), *gwalchmei ym gelwir i* (G. voco) 1, 261. *iarlles y ffynnawon y gelwir* (comitissa fontanae vocatur) 1, 17. Post particulas negativas tantum, interrogativas aliasque, excepta copulativa, verbum substantivum praecedat ante praedicatum (ut fit in omnibus sententiis in hibernica lingua): *ny bu hir yr ymwan kei* (non diu pugnabat C.) 1, 23. *trau vyw hi* (quamdiu ipsa fuit viva) 1, 36. *yny oed gyflawon* (donec erat impletus) 1, 17. Item post adverbia praemissa (cf. p. 903).

c. Multum tamen abesse videtur, ut primum locum sententiae, ut hactenus demonstratum est, verbo vel praedicato semper concedant narrationes codicis rubri. In his enim saepissime obvium est in primo loco non solum subjectum, sed etiam objectum sententiae, post quod sequitur verbum praemissa particula *a*, e. gr.: *peredur a gychwynnwys raodaw. peredur a gyfodes. peredur a chymryt y varch* (P. perrexit, P. surrexit, P. sumsit equum suum) 1, 244. 245. 246. *seithmeib aoed idaw* (septem filii erant ei) 1, 235. In hoc ordine etiam supra memorata exempla constructa esse possint: *arthur a dywaot* (dixit A.), *mi a oedwn vn mab* (ego eram unicus filius). De hac autem constructione vix aliud perhibendum est, nisi esse in ea solutionem sententiae, qua vox aliqua cum emphasi proferenda e communi ordine vocum jam in vetusta hibernica lingua in initium transfertur cum verbo substantivo praemisso vel etiam sine eo in positione absoluta (p. 885. 886). Invaluit is ordo cambrice ita, ut obtineat etiam, cum minor est emphasis vel adeo nulla.

A regula communi praemittendae *a* in hac constructione excipitur verbum substantivum cum compositis suis, ante quod modo adest particula, modo deest: *arthur aoed ygkaerllion arwysc* 1, 282, sed 1, 1: *yr amherawodyr arthur oed ygkaerllion arwysc*. Item: *drws y pebyll aoed yn agoret. achadeir eureit oed yn agos yr drws* (porta tentorii erat aperta et sella aurea erat vicina portae) 1, 239. *efrawc iarll bioed iarllaeth y gogled* (E. comes possidebat comitatum septentrionis) 1, 235.

Praeter subjectum, ut in enumeratis exemplis, praemittitur etiam quod in communi constructione est objectum sententiae cum eadem particula *a* ante sequens verbum, quae juxta *yd*, *y* particulam affirmativam absolutam dicenda est relativa (p. 422): *karw a weleis yny forest* (cervum vidi in silva) 2, 7. *ae varch a gymerth y marchawc ar weirglod a gyrchwys* (et equum suum sumsit eques et pratum petiit) 1, 240.

Hujus generis est etiam frequentissima narrationis formula ea, in qua post infinitivum sequuntur verba auxiliaria activa *gorugum*, *gwneuthum* (feci, perfeci): *achyscu aoruc yr amherawdyr. agofyn aoruc kynon* (et dormire coepit imperator, quaerere coepit C.) 1, 2. *adnabot awnaeth y gwr* (animadvertere coepit vir) 1, 6. In his sine eo narrandi modo consueto esset communis vocum ordo: *y kyscwys yr amherawdyr, y gofynwys kynon*.

Non insolitum hunc usum cambricum praemittendi in initio sententiae substantivi in positione absoluta comprobant haec duo exempla, in quibus praecedunt notificanda prae aliis, nomen proprium in uno, substantivum cum appendice relativa in altero, ita absoluto modo, ut nec subjectum nec objectum quaeri possit in eis: *madawc uab maredud aoed idaw powys yny theruynau* (Mataco filio M. erat Powisia intra fines suos; ad verbum: Matacus filius M., erat ei Powisia) 2, 371. *yr ymdidan goreu a wcpom ninnu ni ae dywedwn itti* (ad verbum: narratio optima quam sciemus nos, nos eam narrabimus tibi) 1, 2.

d. In sententiae duplicis vel multiplicis quacunque parte primi loci, particularum ratione non habita, eodem modo occurrantur, ut hactenus traditum est: *val y gweleis y gwr gwynllwyf peredur yn dyuot kywodi aoruc tu ar gaer* (simulac vir canus vidit P. venientem, surgere coepit versus castrum) 1, 245. *adrythyll oedwn a mawr oed vy rywic* (vividus eram et vis mea erat magna) 1, 2. *agweddy y beym uedw y deuei y kythreul bieu yllys honn. ac y lladei an gwyr oll. ac y dygei an meirch ninnu ac an dillat* (cumque essemus mente captae, venit daemon possidens castrum hoc, et omnes viros nostros occidit, et equos nostros et vestes abstulit) 1, 36. *ahyspys oed gan owein na welsei ef ciryoet gwreic kymryt ahi. . . aphan velas ef ywreic ennynu awnaeth oe charyat yny oed gyflawn pob lle yndaw* (et certum erat Oweno, quod nunquam vidisset mulierem aequae gratiosam cum ea, et cum

viderat mulierem, captus est ejus amore donec esset plenus eo quocunque loco) 1, 17.

Duae vel plures sententiae si sunt constructione junctae, verbo affirmativae partis cujuscunque praegredienti secundum solitam structuram particula *y*, *yd* praemittitur, quando non adsunt conjunctiones primitivae *pei*, *cyn*, *cyt*, *can* etc., ut in multiplici sententia modo prolata: *y deuei — y lladei — y dygei —*; in duplicis hujus secunda parte: *pei gwyppei ymarchawc hynny ydeuei yth amdiffyn* (si sciret eques hoc, veniret te protectum) 1, 32. Non est alia constructio saepe, si altera pars cum priore est in relatione, ita ut inveniatur in cambrica lingua particula sententiae absolutae, ubi in aliis leguntur relativae: *hyspys yw gennyfi y deuy di ac ef* (persuasum est mihi, quod venies tu cum eo) 1, 259. *tebic yw gennyf i hagen y dygaf y marchawc gyd ami* (vero simile est mihi tamen, quod ducam equitem mecum; ubi etiam in parte priori verbum substantivum cum praedicato mutatum in activum verbum esse possit: *y tebigaf i hagen*, ad verbum: cogito tamen, abducam equitem) 1, 259. *brodoryon ym ni ar gwr y buost neihwyr yny ty* (cognati sumus cum viro, in cujus domo fuisti nocte praeterita; ad verbum: cognati sumus cum viro, fuisti praeterita nocte in ejus domo) 1, 247. Item in Leg.: *llety er egnat eu estauell ebrenyn er hon ebo en kescu endy* (domicilium judicis est cubiculum regis id in quo dormit) 1. 11. 4. *efeyryat eurenynes adely dyllat eurenynes er hun ypenytyo endau* (presbyter reginae debet habere vestimentum reginae id in quo fecerit poenitentiam) 1. 24. 6.

Non mirum tamen esse potest, non constantem esse hunc usum particulae absolutae *y* in sententia relativa. Leguntur e. gr. cum *a* alia exempla relativa in Mab.: *minneu avynnaf yr ymididan da aedewit y minneu heb y kei* (ego volo narrationem pulchram quae concessa est mihi, inquit C.), *gofyn aoruc kynon yr hynn aadawssei arthur udunt* (quaerere coepit C. id quod concesserat A. eis) 1, 2. *tegach yw yr hacraf onadunt hwyr nor vorwoyn deckaf aweleist ti eirytoet yn ynys prydein* (formosior est maxime de formis ex eis, quam puella formosissima, quam vidisti tu unquam in insula Britannia) 1, 4, in quibus ab exemplis memoratis non discordare videtur *yd edewit*, *yd adawssei*, *y gweleist ti*, et eis bene concordare cum pronomine personali (loco suffixi in *endau*, *endy*) *yd*

edewit ef, yd adanossei ef, y gwleleist ti hi. Sed solam *a* in parte relativa aut immissa in sententiam ampliolem aut subjuncta vel in constructione praemissi subjecti vel objecti exempla ostendunt plurima, tam ante modo allata, quam supra in capite de pronomine vel de particulis verbalibus (p. 397. 398. 423). In his cum etiam sententiae relativae immissae vel subjunctae incipiens *a* sit loco subjecti vel objecti, particula *y* tum tantum, cum in aliis linguis adest relativi casus obliquus a praepositione dependens vel genitivus vel cum deest omnino casus regimen, obtinere putanda est, quae partem cui praest, addito pronomine personali vel possessivo et abolito sensu relativo, fere solvit a reliqua sententia.

Conjicio inde etiam, si non adest praepositio, pro genitivo relativi (dativus enim dependet a praep. *y* = *dí, do*), cujus exemplum non legi, e. gr. in sententia latina: *mortuus est vir, cujus domum aedificavi*, eandem constructionem cambricam: *marw yw y gwr yd adeilieis y dy*, cum particula absoluta *yd* et pronomine possessivo *y*. Casus regimen deest in supra allatis primis sententiis relativis, quarum relatio generalis latine indicatur conjunctione *quod*.

Sensus relativus evanuit etiam post conjunctiones nominales vel formulas loquendi affines, post quas occurrit particula absoluta ob casum obliquum qui subest (genitivum post *mal, ual*, an alias et dativum a praep. *yn*?) vel ob defectum regiminis: *ual y mae, ual yd oed* (ut est, ut erat; cf. Mab. 1, 259: *mal doeth aphwyllic y dywedy di*, instar viri docti et prudentis dicis tu, et hibern. *amal* cum gen., p. 676) Mab. fq. *lle y gwelych eghwys kan dy pader wrthi* (quo loco videris ecclesiam, canas pater tuum eam versus) 1, 238. *gofyn aoruc ef ymi pale y mynnwn vynet* (quaerere coepit e me, quo ire vellem) 1, 7. *ny wys pa tu y mae* (incognitum, ubi sit) 2, 225. 226. *yr awr y kenych, yr awr y rodes unllaf arnaw* (ab hora, qua, ex quo cecineris, ex quo dedit unum sonitum eo, cornu) 2, 65. 66. Item post quasdam conjunctiones praepositionales, ut *gwedy*, si non construitur cum infinitivo: *gwedy y beym uedw* (cum essemus mente captae) 1, 36. Hic supplendum esse *gwedy hynn y beym* (p. 398), patet e constructione negativa cum particulae forma *na*, occupante locum utriusque particulae *a* et *y* sententiae relativae affirmativae: *gwedy na welont hwy dydi drwoc vyd gantunt* (cum non viderint te, aegrum erit

eis) 1, 14, quae obtinet etiam post alias ejusmodi conjunctiones: *am nat wyt* (quia non es), *am na wn* (quia nescio) 2, 10. 13. *wrth nat atwoenat* (quia non cognoscebat), *yr nas gwelsei* (quavis non viderat eam) 2, 12. 199. Conjunctiones tamen ejusdem originis *o*, *or*, *os* et *tra* construuntur ut primitivae sine particula verbali vel cum forma particulae negativae absoluta: *or chlyoy*, *or gwely* (cum audies, videbis) 1, 238. *os gallafi* (si possum) 1, 256. *offoy di* (si tu fugis), *ony cheffy di ofut* (si non ceperis angorem) 1, 8. *o dianghaf*, *or dianghaf*, *oni dianghaf inheu* (si periero, si non periero) 2, 12. 16. *tra gudyych ti* (quamdiu tu celaveris) 1, 14. Cum iis concordant *ymy* (donec), *pan* (quando). Contra etiam post primitivam *pei* conditionalem sequitur forma particulae negativae relativa *na*: *pei na bei*, *pei nam goganeuch* (p. 689), et post primitivas *a*, *ac* (et), *no*, *noc* (quam) conceditur locus particulae *y*, *yd*, fit igitur constructio, acsi non-adescent.

e. In locis posterioribus sententiae cambricae non certus et strictus est ordo, ut non est hibernicae. Solet tamen subjectum cum vocibus dependentibus praecedere objectum cum suis: *pan dywettei arthur yr ymadrawd teckaf wrthyf or aallei. y dywedwn ynneu yr ymadrawd hwnnw ynhastraf aallwn* (cum dicebat A. nuntium optimum mihi ut poterat, dicebam ego hunc nuntium pessime ut poteram) 2, 375.

Definitiones temporis et loci vel aliae circumstantiae in cambrica sententia positione magis libera utente sibi interdum locum sumunt post primum: *ac y bu deudyd a dwynnos yn kerdet ynyalwoch fforestyd* (et erat duos dies et duas noctes proficiscens in solitudine silvarum) 1, 238. Immo saepius praecedentes easdem ante primum locum exempla ostendunt: *ar bore drannoeth y bu barawt march owein* (et mane post noctem paratus erat equus O.) 1, 12. *ac ygyt ar dyd peredur aglywei diaspat* (et una cum die P. audiebat tumultum) 1, 256. *pan hambwyllont hwy or lleon y deuant wy yth gyrchudi* (cum consuluerint, e castro Legionum venient ipsi ad te quaerendum) 1, 14. *ac yr fforest yd aei y mab beunyid* (et ad silvam ibat puer quotidie) 1, 236. *ac ar ol y llu hwnnw y gwelai ef gureic velen* (et post hanc turbam ipse vidit mulierem flavam) 1, 17. Adverbia ideo tam simplicia quam composita frequentissime praecedunt locos primos sententiae: *ac yna ydeuth ef fford y lys. . . ac yno y gwelas ef gwaged* (et tunc ibat viam

ad aulam, et ibi vidit mulieres) 1, 36. *ac yno y clywei. . . ac uelly y bu ef yn hir yn yr agherdet hwnno . . . o dyna y cerdawd radaw* (ibi audiebat . . . et ita fuit longum tempus in regione hac invia. . . inde perrexit porro) 1, 266. 267. *ar hynny y dywot arthur* (tunc dixit A.) 1, 2. *ac ar hynny wynt a welynt yn dyuot ymywon morwyn* (et tunc videbant venientem intus puellam) 1, 282.

Contra participium praesentis activi circumscriptione formatum, ut formantur adverbia, in postremis sententiae locis reperitur: *ac ymperued llawr yr ystauell ydoed yr amherawdyr arthur yn eisted* (et in medio solo cubiculi erat imperator A. sedens) 1, 2. *ac ygkenawl llawr y neuad ydoed pedwar gwyr yn eisted ar lenn* (et in medio solo aulae erant quatuor viri sedentes in pulvynari) 1, 282. *ac ual ydoed owein diwarnawt yn bwytia ar y bord ygkaerllion ar wysc nachaf uorwgn yndyuot* (et cum erat O. aliquando coenans ad mensam in castro Legionum ad Iscam, ecce puella veniens) 1, 26.

2. Nomen et pronomen constructum.

a. Articulus deest, ut in hibernica constructione, ante substantivum, quod definitur ab alio in genitivo: *iarlles y ffynnawn* (comitissa fontanae) 1, 1. *presseb y march* (praesepe equi) 1, 33. *iarllaeth y gogledd* (comitatus septentrionis) 1, 235.

Ante nomina propria communiter deest articulus, e. gr.: *y dywawt arthur, y dywawt kei* (dixit A., C.) fq. Legitur tamen etiam in casibus obliquis: *yr beli mawr uab manogan y bu tri meib* (Belino magno filio Manogani fuerunt tres filii) 3, 297. *mwyhaf oe vrodwr y karei lud y lleulys* (maxime inter fratres suos amabat Ludius Leulisum) 3, 298, ubi necessarius videtur inter duo nomina propria juxta se posita. Legitur item in casu recto post verbum defectivum *heb* (inquit): *heb yr arthur, heb y gereint* (inquit A., G.) 2, 27. 29. 30, post quod articulus adeo praecedit pronomen personale: *heb yr wynt* (dixerunt ipsi) 3, 269.

Adjectivum etiam praecedit articulus cambricus, eodem modo ut hibernicus (p. 888), si ante substantivum cum eo constructum adest pronomen possessivum: *gwedy marw beli adygywdaw teyrnas ynys prydein ynllaw lud yuab yr hynaf* (mortuo Belino cecidit

dominium insulae Britanniae in manus Ludi filii ejus natu maximi) 3, 297; item si est in positione separata: *tegach yw yr hacrafomadunt* (formosior est maxime deformis ex eis) 1, 4. Pronomini demonstrativo etiam additus invenitur, significanti hibern. *intí, indí, aní*: masc. fem. *er hun, er hon* in Leg., neutr. *yr hynn* in Mab. (p. 398).

Articulum indefinitum *un* sumtum e numeralibus a dialecto cornica et armorica (p. 239), ignorat adhuc cambrica, quae substantivum non definiendum ponit nudum. Versi tamen in hunc usum numeralis, sed positi adhuc absolute exempla inveniuntur in Mab.: *pedweryt mab idaw un lleuelys* (quartus filius ei erat aliquis L.) 3, 297. *kymer dy uarch un* (sume tuum equum aliquem, unum equorum tuorum) 2, 53.

b. Substantivi casus nominativus et accusativus ut in aliis linguis construuntur. Statuendus est etiam accusativus temporis, quamvis ob defectum flexionis dignosci non potest: *deudyd a dwynnos* (per duos dies et duas noctes) 1, 238.

Genitivus occurrit in sola constructione cum substantivo praecedente sine ulla casus terminatione. Ad eundem significandum, ut jam in hibernica lingua vetusta (p. 889), etiam in cambrica interdum praep. *dí* (de) posita invenitur, e. gr. inter glossas Oxon.: *hin map dí iob* (gl. Jove dignus; i. e. ut filius Jovis), vel in Mab.: *yn gyuagos yr gaer, ar dryll arall yr march* (cf. p. 240).

Dativus cambricus ut cornicus et armoricus semper postulat praepositionem *di* (= hibern. *do*, corn. *the*, armor. *da*), quae in recentiore lingua fit *y*. Exempla vetusta in glossis Oxon.: *di litaú* (gl. Latio, addere), *dir arpeteticion ceintiru* (gl. miseris patruelibus). En his praepositionibus hibernicis et britannicis genitivum et dativum significatum eodem modo, ut in linguis romanis praepositionibus *de* et *à*.

Genitivum vel ablativum latinae vel aliarum linguarum tam post substantiva et adjectiva, praesertim materiam vel plenitudinem rei indicantia, quam etiam verba cambrica lingua praepositione *o* exprimere mavult quam alia. Exempla: *y rann vwyhaf or vhwodyn* (maxima pars anni) 3, 298. *y meint mwylhaf odrwoc* (magnitudo maxima, maximum mali) 2, 242. *kerwynet o dyfyr oer* (cupa aquae frigidae), *kerwoyneit or med goreu* (cupa mulsi optimi) 3, 302. *carreyt or hyt goreu* (carrata frumenti optimi)

Leg. 2. 1. 34. *arffedeit or us* (manipula paleae) Mab. 2, 373. *pei o vliant teneu* (tunica lini tenuis) 1, 259. *dwy dorth o vara can* (duo pista panis albi) 1, 239. *talym o uara gwynn* (frustum panis albi) 2, 14. *dwy gostrel yn llawn o win* (duae lagenae plene vino) 1, 239. *gwein yn llawn or dwofyr* (vagina plena aqua) 2, 246. *digawon o drwoc* (affatim mali) 2, 242. *cymedrolder o esmwythdra, kyflawnder o lewenyd* (abundantia hilaritatis, gaudii) 2, 32. 33. *amylder o amryuael anregyon, diwallualch o amryuael anregyon* (copia variorum donorum) 2, 20. 31. *diwallrwyd o bob peth* (sufficiencia omnis rei) 2, 29. *diwallu y march o wellt ac yt* (providere equo stramen et frumentum) 2, 13. *kynnal y kyfoeth o tihoryaeth ac arueu. kynnal o uarch ac arueu amihoryaeth* (servare dominium militia et armis, servare equo et armis et virtute) 1, 19. 21. Eadem constructio post numeralia, ut *deunawweis o weisson*, jam memorata est (p. 322).

Est cornica et armorica etiam haec constructio cum praep. a (= cambr. o). Cornica: *mab du a vear brys* (filius dei magnae auctoritatis) Pass. 14, 4. *box len a ylly* (capsa plena unguento) 35, 1. *du len a ras* (deus plenus gratia) 3, 4. *mear a beyn a wthevy* (multum doloris suffert) 54, 1. *glan off a woys* (purus sum a sanguine) 149, 2. *glan a bub fythye* (purus omnis immunditiae) 47, 2.

Armorica: *den a laes* (vir legis) Buh. 150, 1. *den bras den a choas hac a stat* (vir amplus, vir electionis et auctoritatis) 28, 23. *petra a mat a gra* (quid boni faciet?) 18, 20. *lin a dotin fnaff* (linum fili tenuissimi) 168, 18. *leun a squient, leun a graoc* (plenus scientia, gratia) 4, 7. 48, 4. *cals a hirder, cals a poanyou* (affatim longitudinis, dolorum) 12, 17. 20, 7. *oll mar bech huy e on opinion* (si estis omnes unius opinionis) 22, 9.

c. Adjectiva, communiter sequentia post substantiva, cum his congruunt ut in aliis linguis: *morwyn benngrech uelen* (puella crispa flava; masc. *penngrych melyn*, p. 289) Mab. 1, 14. *yn wiscedic o arueu trymyon* (indutus armis gravibus) 3, 304. *danned hi-ryon melynyon* (dentes longi flavi) 1, 283. Sunt tamen etiam britannicae, ut hibernicae, constructionis adjectivorum cum substantivis propria quaedam.

1. Praecedere etiam possunt adjectiva, sed eodem modo, ut in lingua hibernica, carentia omni flexione, in compositione sci-

licet cum substantivis, ut exempla jam supra prolata (p. 862) demonstrant. Itaque compositio est statuenda, quamvis separata inveniatur scriptio, e. gr. in glossis Oxon.: *a mein funiou* (gl. vitæ tenues; adj. hod. *main*, plur. *meinion*), *a hir etem* (gl. instituta longa). Interdum tamen in positione absoluta etiam antecedere posse adjectivum, colligere licet ex iisdem glossis: *creaticaul plant* (gl. genialis praeda puellae), *dir arpeteticion ceintiru* (gl. miseris patruelibus), ni forsā nimium ordini latinarum vocum adhaesit glossator, et e Mab. 2, 31. 3, 304: *amryuaelon gerdeu*, *amryuaelyon gerdeu* (varii cantus), juxta 2, 31: *amryuael anregyon* (varia dona).

Praecedunt etiam substantivum adjectiva pronominalia *neill*, *lleill*, quorum fortasse compositio statuenda est (p. 405), *paup* (quivis), *nep* (aliquis). Cum communi adjectivorum regula concordant tamen *arall* (alius), *oll* (omnis), quae postponuntur.

2. Post substantiva, quae sequuntur numerale II (p. 302) vel etiam alia numeralia in forma numeri singularis, adjectiva in forma pluralis apparent: *deu vaen rudgochyon* (duo lapides rubri) 2, 386. *deu vackwoy wineuon ieueinc* (duo pueri fuscī juvenes) 3, 265. *pedeir meillonon gwynnyon* (quatuor trifolia alba), *pedeir ystondard melynnyon* (quatuor vexilla flava) 1, 30. 2, 218.

3. Sunt contra adjectiva, quae post substantivum numeri pluralis formam pluralis omnino non induunt, e. gr., praeter simplicia quaedam, ut *mawr* (magnus), *tec* (formosus), et composita, praesertim derivata in *-ic*, *-awc*, *-awl* (quae esse possent, si adderetur flexio, *-igion*, *-ogyon*, *-olygon*), *-eid*, quibus accedunt terminationes gradationis. Exempla: *arueu trymyon estronawl* (arma gratia peregrina) 2, 386. *llygeit rudgochyon gwennwynic* (oculi rubri venefici) 2, 388. *llygeit mawr hebogeid* (oculi magni accipitrini) 2, 385. *dynyon tec awelsam ni* (viri formosi quos vidimus) 2, 203. *diagryyein gwyr aruawc* (clamor virorum armatorum) 2, 388. *deudec brenkin arhugeint oorenkined coronawc* (triginta duo reges coronati) 3, 263. *mein llywychedic gwyrthuawr*, *mein mawrwerthawc llywychedic* (lapides pellucidi magni pretii) 3, 265. *gweisson doethaf* (pueri prudentissimi) 3, 274. *ffuon cochaf* (rosae ruberrimae) 2, 218. *gwladoed teccaf a gwastuttaf* (regiones pulcherrimae et planissimae) 3, 264. Adjectiva composita persistentia in eadem forma post idem substantivum, sive est singularis numeri sive

pluralis, leguntur inter adjectiva cumulata post substantiva supra memorata (p. 863).

d. Numeraliū constructionis et usus propria eorum expositioni ipsi jam supra praemissa sunt (p. 321), vel in capite de compositione, cujus formam induere amant, tradita (p. 864).

e. Pronominum constructionis propria quaedam cambricae linguae et incognita aliis item jam proposita sunt, e. gr. relatio significata (p. 397), possessivum absolutum significatum vocibus *eid* et *ein* (p. 392. 393).

Pronominis demonstrativi distinguuntur adhuc tria genera, masc. *hwn*, *hwnnw* cum masculinis, fem. *hon*, *honno* cum femininis substantivis constructum, *hyn*, *hynny* sine substantivo loco neutrius abstracti: *gwir yw hynny* (verum est hoc) Mab. 1, 260. Hujus loco in hodierna lingua occurrit *hi* (Spurrell. gramm. p. 62): *y mae hi yn bwrw gwlaw* (pluit; ad verbum: est id ferens pluviam), *mae hi yn dywyll* (est obscurum). Nonnisi corruptum videtur hoc ex *hyn*.

Separatim positi a substantivo suo demonstrativi est etiam congruentia in genere, ut in hibernica lingua: *py gynnwryf yw hwnn* (qui tumultus est hic?) 1, 290. *py ryw ormes yw hwnnw* (quod genus infortunii est hoc? *ryw* masc., *gormes* fem.) 1, 293. *niuer kyhardet a hwnnw* (copia aequae comis atque haec) 1, 16. 17. *kerd kystal a honno* (cantus aequae dulcis atque hic) 1, 9.

3. Verbum constructum.

Constructio verbi impersonalis vel tertiae personae singularis positio pro aliis in activo nondum adoptata est a lingua cambrica. Sunt tamen quaedam, in quibus peculiaris hic verbi celtici usus etiam in activo cambrico vix dignosci potest: *gouyn idaw ae ef gyntaf bioed y llys yd oed yndi. mi ysgwir heb ef ae hadeilawd a mi bieiuu y dinas ar castell a weleist ti* (quaerere coepit ex eo, an ipse primum possederit aulam in qua esset. Ego revera, inquit, eam construxi et ego possedi oppidum et castellum quod vidisti) 2, 14. Hic *mi ae hadeilawd*, *mi bieiuu* vel *mi a bieiuu* eodem modo construuntur, ut est hibernice in Sg.: *ismé aridrochell* (ego id rapui). His adnumerari possunt ea, in quibus verbum in singulari numero constructum invenitur cum substantivo plurali: *gweisson doethaf or*

byt yw cymbrodyr i (pueri sagacissimi in mundo sunt fratres mei) 3, 274. *ar geireu hynny aeth hyt att erbin* (verba haec iverunt usque ad E.) 2, 34. In initio sententiae ita solet verbum in tertia persona singularis praecedere substantivum pluralis numeri: *arodes breenhined hinn ha thowysogion cymry* (et dederunt haec, privilegia, reges et principes Cambrorum) Lib. Land. privil. p. 113. *y pellaei y gwyr y wrthaw* (remoti erant viri ab eo; sed mox: *y nesseynt wynteu attaw*, appropinquabant ei) Mab. 2, 375. *yna y kerdwys y kennadeu* (tunc profecti sunt legati) 3, 268. *ac ual y diffykyei eu meirch* (et cum perierunt equi eorum) 3, 270. *yny dygwydawd y meirch ar eu glinyeu* (donec deciderunt equi in genua sua) 2, 51. *yny golles y taryaneu eu holl liw* (donec perdiderunt scuta omnem colorem suum) 2, 51. *mal y barno goreu gwyr y llys* (ut iudicaverint boni viri aulae) 2, 25. *sef awnaeth y weisson* (hoc fecerunt pueri) 3, 264. Contraria his tamen leguntur etiam exempla, in quibus verbum in tertia persona pluralis comitatur substantivum singularis numeri vel pronomen collectivum: *ac y kychwynyssont y llu mawr honnw bop bydin yny chyweir* (et progressus est exercitus magnus hic, quodvis agmen in suo ordine) 2, 379. *pawb a dybygynt* (quisque, omnes cogitabant) 2, 207.

De praevalente in dialecto cornica et armorica constructione impersonali in activo jam tractatum est in capite de verbi flexione (p. 530).

Praecipua constructionis cambricae impersonalis sedes est passivum, in quo una tertia persona singularis per varia tempora existat, qua ceterae personae significantur modo cognito. Exempla verbum passivum ipsum sistit.

Differunt dialecti britannicae ab aliis linguis formandis formis passivis verbi substantivi et auxiliarium quorundam, quae una cum constructione et usu item jam traditae sunt (p. 528).

Actio verbi reflexiva vel reciproca, qua aut unus in se aut plures inter se agunt, in dialectis britannicis sola particula *om-*, *im-*, *ym-* verbo praefixa, de qua latius tractatum est in capite de compositione (p. 870 sq.), significatur.

Temporum usum non semper in primitiva et certa distinctione servatum esse, comprobatur confusio praesentis et futuri primarii britannici. Etiam in temporibus secundariis animadvertitur eiusmodi alternatio, e. gr. praesens secundarium positum pro

praeterito secundario usus conditionalis (ut in hibernica lingua interdum, p. 896): *pei na bei drech noc ef nys dygei yntou y enei ef* (si non fuisset fortior eo, non abstulisset animam ejus; de actione jam perfecta, ad verbum: si non esset, non auferret) Mab. 1, 20. *aphei gwnelut ti vyghygor ny chyhyrdei agyhyrdawd o galedi athi* (si fecisses consilium meum, non accidisset quod accidit difficultatis tibi) 2, 61. *ot archei ereint idaw peidaw ar gware honno. ef abeidei vyth ynllawen ac ef* (si oravisset G. eum, ut desisteret a ludo hoc, ipse destitisset certe libenter ab eo) 2, 63. Utriusque temporis formae adeo promiscuae leguntur: *pei asgorchymmynassut nysgadwn* (si jussisses, non concessissem) 2, 48. Contra cornice formae praeteriti secundarii ponuntur in significatione praesentis secundarii trium modorum, ut exempla plura jam in verbo proposita ostendunt (p. 512).

Infinitivus etiam britannici verbi, ut hibernici, naturam praevalentem substantivi prae se fert praefixis frequenter praepositionibus, e. gr. *gwedy, heb, rac* etc. (cf. p. 642. 643. 699).

Cum certis quibusdam praepositionibus, e. gr. cambr. *yn*, corn. *ow*, armor. *ouz*, infinitivus transit in significationem participii praesentis (cf. hibern. *oc*, p. 897). Ob communem hunc usum in dialectis britannicis ejus exempla jam in capite de formis verbi enumerata sunt (p. 522).

CAPUT SECUNDUM.

De constructione poeticae orationis.

Non communi linguae habitu procedit poetica oratio, sed propria forma induta ut veste festiva. Differunt populi in exornanda hac, quia diversi sunt modi quibus ligatur oratio. Apud quosdam enim prodiit habitus orationis ligatae e quantitate syllabarum, apud alios e congruentia sonorum, dum alii nec hoc nec illo modo utentes contenti sunt pari syllabarum numero in versibus, ut Indi, vel sententiarum quadam aequalitate, quam dicunt parallelismum, ut Hebraei. Illi constituerunt orationem poeticam

certo numero et ordine syllabarum longarum vel brevium, quem dixerunt metrum, μέτρον, Graeci et Latini. Contra nationes septentrionales Europae, quae pertinent ad familiam indeuropaeam,* e. gr. tam Germanorum omnes gentes, cum constet de Scandinavis, Saxonibus terrae continentis et anglicis, Baivariis, quam gentes celticae, cum constet de Hibernis et Cambris vetustis, orationem ligatam construxerunt secundum sonos congruentes vocum, non solum incipientes sed etiam finientes.

Inter hos enim populos, si ita dicere licet, assonantes in construenda oratione ligata iterum differentia quaedam deprehenditur. Solos incipientes sonos observarunt aliqui, ut Germani, ita ut in sententia poëtica vel versu construerent duas saltem voces, melius tres vel plures ab eadem consona incipientes vel a vocalibus (hae omnes sibi assonant, nec necesse est esse easdem). Alii autem assonantiam quaesiverunt non solum in initio vocum, sed etiam in fine, immo in medio vocum. Hanc formam orationis poëticae jam monstrant vetusta Hibernorum et Cambrorum monumenta. Minus in medio vocum obtinere potest sonorum congruentia, quam in fine, ubi poëtae Hiberni et Cambri computant in duabus vel pluribus vocibus non solum eandem consonam, sed etiam eandem syllabam, i. e. tam eandem vocalem finientem, si vocalis tantum syllabam efficit, quam eandem consonam, cui praecedit eadem vocalis. Apud Cambros vetustos plenior haec congruentia, eadem vocalis eademque consona terminalis in duabus vel pluribus vocibus ejusdem vel plurium versuum, jam usitata invenitur, eamque communiter adhibent etiam Hiberni, vocales tamen adhuc diversas concedunt, ut assonent e. gr. *-us, -is, -es, -im, -am, -em*, et quidni, cum etiam vocales diversae ineuntes assonent? Immo propter hoc ipsum haec assonantia majorem vetustatem redolet et perhibenda est primigenia, quae deinceps in certiore formam et majorem ambitum processit. In ea assonantia origo prima assonantiae finalis est, cultae praesertim a populis recentioribus Europae, quam dicunt *rînum*. **

* Nescio an idem mos possit haberi proprius etiam aliis populis et diversae originis, e. gr. Tungusis, ob ea quae profert Gabelentius in grammatica dialecti ejus nationis (Éléments de la grammaire mandchoue, p. 149).

** Ex gr. ῥυθμός, lat. rhythmus, significante aliud aliquid, deducunt. Quamvis ea vox computationem poëticam indicans in vetustis libris nec hi-

Tractandum latius ergo deinceps est de proprietate, siqua est, assonantiae, e. gr. finalis, de cujuscunque assonantiae locatione in versibus, de versuum constructione in carminibus, tam apud Hibernos quam apud britannicos populos. Gallicae praeformae poëticae reliquiae, quae suspicandae sunt apud poëtas latine scribentes, diducantur etiam hic, ut in aliis capitibus de aliis argumentis factum est, juxta hibernica vetustiora poëtica.

bernicis nec britannicis occurrat, frequentissimi tamen usus est. Simplex hibern. subst. in Sg. 191^a: *dliged rime oairli kal.* (gl. de ratione: cum ei qui nos pupugit talionem, id est, vicem a nobis redditam ostendimus, repupugidicimus, quando vero de ratione vel calendario loquimur, repunxi [gl. *adroitindius*] dicimus, Prisc. 10, 5). Inde deriv. *rimire* (computator): *is asslasna rimairu* (est facilius computatoribus; cf. p. 312) Cr. 3^b. Frequens est verb. compos. cum *ad-* (computare, imputare, putare, aestimare, saepius idem indicans quod *áirmim*, numero, et cum eo alternans): *mad iaruaicniud adrimther* (si secundum naturam computatur) Cr. 3^b. *adciam ascenel cruche adrimther incoicsath. filus trechenela marre adrimther arcrusch* (videmus, quod genus crucis imputatur, aestimatur, compassio; sunt tria genera martyrii quae computantur pro cruce) Cam. *tichtin inna epistle adrimisom arathichtin fessin* (adventum epistolae aestimat pro suo ipsius adventu) Wb. 14^d. *donaid pechachaib ni áirmisom ón archumscugud arisabás imbás dosuidib comscugud in iustor. abás imbethith són adindrimisom* (gl. omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur; i. e. peccatoribus non numerat id, resurgere, pro immutatione, nam est e morte in mortem eis, immutationem autem justorum e morte in vitam id perhibet) Wb. 13^d. *adrimfiter, adrimfeter* (gl. sed haec postea reputentur; i. e. reputabuntur) Sg. 153^b. Pr. Cr. 60^b. *adrimed* (gl. imputare) Ml. 21^a. Quæritur inde, annon verb. *áirmim* (numero), *ársantar* (numerantur) Sg. 6^a. 205^a, subst. *áram* (numerus) fq. orta putari possint e forma affini *adramim, adram* (cf. *comrama poil* Wb. 30^d). Alia composita et decomposita: *dorimiub* (gl. sermone digessero) Ml. 26^e. *dorimther hi libur essaia áselso* (narratur in libro Isajae haec historia; cf. germ. *erzalen e sal*, numerus) Ml. 16^d. *iscomfuirmud forgnisa* (est collocatio formae, in mecum, non compositio) Sg. 203^a. *remfuirmedcha* (gl. praepositivae, conjunctiones; = *remforim.*, p. 33) Sg. 212^a. *atarimtis, ataruirmisiet* (adnumerabant, -arunt, p. 836) Sg. Hodie quoque est subst. cambr. *rhif* (= *rim*, numerus), e quo composita et derivata in Mab.: *cyfrif* (numeratio) 3, 155. *riuw* (numerare) 3, 26. *riuedi* (numerus) 3, 28.

I. Constructio poëtica hibernica.

Formam assonantiae finalis cum eadem vocali et consona primitivam monosyllabam relinquendi et transgrediendi in assonantiam bisyllabam, interdum etiam trium syllabarum, hibernici poëtae in sua lingua, ut latini imitantes eam formam, cognitam, ut conjicere licet, jam vetustis Gallis, in latina lingua, magis usi sunt occasione, quam cambrici, qui illam primitivam monosyllabam servarunt et raro bisyllabam terminationum grammaticalium, e. gr. *-ieu*, *-ion*, ostendunt. Apparet bisyllaba assonantia hibernica in vetustis sententiis hibernicis, quae videntur proverbialia, e. gr. in Wb. 16^a: *isgnáth do cobir cach lobir ifochidib* (gl. qui consolatur humiles deus; i. e. mos ei hic, adjuvat debilem quemvis in tribulationibus). Facile tam hanc assonantiam suppeditarunt vocabula composita cum *su-*, *du-*, *s-*, *d-* sibi contraria, ut *somme*, *domme* (dives, inops), *sóire*, *dóire* (salus, miseria), quam etiam trisyllabam assonantiam: *sochumacht no dochumacht*, *sualig dualig*, *sóinmiche dóinmiche*, *dí sóinmechib* 7 *dóinmechib* (p. 832).

Recentior poësis hibernica constructionis versuum cum certis syllabarum numeris in carminibus plura genera offert, propriis nominibus distincta. Differt ea poësis a poësi non solum ceterorum populorum recentioris Europae sed etiam affinium Cambrorum eo, quod dum finalis assonantia demum sola dominatur apud hos, hibernici poëtae magis initialem coluerunt, minus finalem. Hujus loco imitatio quaedam assonantiae, quam ob differentiam ab assonantia ejusdem vocalis ejusdemque consonae plena dicam deinceps dimidiam, invaluit, quam dicunt correspondentiam. Haec ejusdem vocalis solius assonantiam poscit, consonarum tantum ejusdem classis congruentiam, e. gr. mediarum, tenuium, aut omnino nullam (correspondentia perfecta et imperfecta vel fracta; cf. O'Donov. Gramm. p. 415. 416). Assonantia haec dimidia singularis est et propria poëtices hibernicae, antiqua tamen, jamque obtinet in vetustis carminibus juxta assonantiam plenam. Contraria huic est assonantia, quam primigeniam finalem suspicatumus, cum eadem consona tantum (p. 911).

Prima carminis construendi materia apud Hibernos vetustos

est versus duorum membrorum cum certo syllabarum numero, ut sint duo loci, e quibus assonantia disposita, una saltem, melius plures, sibi respondeat. Rarius occurrunt versus trium membrorum. In una linea scribuntur bina membra in codicibus.

In his versus membris assonantia quaevis disponitur, tam initialis, quam finalis, vel etiam intermedia, si adest, ob ornatum tantum interdum addita nec certum locum poscens. Initialis assonantia non solum in duobus versus membris, aut in initio cuiusvis posita aut in medio, disparata esse potest, quam dico contrapositam, sed etiam in duabus vocibus ejusdem membri subsequentibus collocata vel consociata. Rara est aut in ejusdem versus membris aut in duobus versibus copulatis alternans duarum consonarum, non rara contra cum ulata tam vocalium quam consonae per totum versum ejusdem seu in quovis membro diversae.

Finalis assonantiae certiores loci sunt aut finis membri cuiusvis ejusdem versus aut finis duorum versuum hac assonantia copulatorum. Potest ergo dici illa contraposita haec copulativa. Solita est simplex copulativa posita in fine posteriorum versuum membrorum; sed interdum accedit alia etiam in fine priorum membrorum, ita ut fiat copulativa duplex. Assonantia copulativa continuata per paucos versus apud Hibernos negari non potest, per plures in cambricis carminibus praecipue in usu est. Est etiam non infrequens in medio per membra ad ornatum majorem dispersa non eadem cum contraposita vel copulativa, in duabus interdum tribus vocibus obvia, quam dico lateralem.

Membra versuum carminis certum syllabarum numerum continent, e. gr. septenarum, octonarum, vel pauciorum vel plurium, nec tamen obtineat necesse est idem numerus syllabarum in utroque membro versus vel in omnibus versibus ejusdem carminis. Numerum syllabarum cujusque membri definire vel numerum versuum copulandorum, e. gr. duorum vel quatuor, ut fiant disticha vel strophae, vel etiam jungere versus sine certo numero in carmine, in arbitrio poetae est.

Quaeritur, an syllabarum majoris et minoris accentus in versuum membris alternantium certa fuerit regula. Conjici possunt e. gr. membri septem syllabarum frequentius usitati pro diversa

locatione accentus duo diversa schemata, scilicet schema incipientis majoris accentus :

┘ ◡ ┘ ◡ ┘ ◡ ┘ ◡,

et incipientis minoris :

◡ ┘ ◡ ┘ ◡ ┘ ◡.

Attamen nec in hoc membro nec in aliis plurium vel pauciorum syllabarum certus usus statuendus videtur, et alternatio potius inter hoc vel illud schema plus vel minus in arbitrio poetarum fuisse, saltem hibernicorum. Obtinet enim prius in carmine Mediolanensis codicis communiter, in carmine de passione Christi cornico semper, secundum schema in Benedictione Hiberniae; sed alternatio inter utrumque in aliis vix negari potest, e. gr. in membris jam primi versus Hymni in S. Patricium, cujus prius esse debet prioris schematis, ne major accentus ponatur in syllabis formativis aliquibus :

Génair pátraic i némthúr.

Secundum autem nonnisi secundi esse potest, quia majori accentu in syllabis principalibus, non formativis, posito nonnisi ita prodit :

ishéd adfét iscélaib.

An germanicus proferendi modus concedetur in hoc hibernico versu frequentiore ceteris et aequali fere germanico solito versui, ita ut sint in quovis membro duae tantum syllabae accentus praedominantis? Et ut possit pronuntiarī :

Génair pátraic i némthúr || ished adfét iscélaib.

Debet addi his, animadverti interdum duas syllabas minoris accentus, e. gr. articulum vel particulam duarum syllabarum, vel etiam nomina vocalis brevis radicalis, positas loco unius syllabae minoris accentus, ut voces *dona*, *acus*, *fíru* in his Benedictionis Hiberniae locis :

abréo óir dona déseb.

acus bíth bennách fíru míman.

Apud Hibernos vetustos et Cambros constructio poëticae orationis, ratione non habita quorundum quae sunt propria his vel illis, in genere est eadem. Facile inde statui poterit, cum morum priscorum semper tenacissimi fuerint celtici populi, etiam apud veteres Druidas et Bardos gallicos carminum constructionem non fuisse diversam. Horum quidem omnino nihil superest; sed

non nimium audere mihi videbor, si affirmavero, jam prima religionis christianae aetate in Gallia eam gallicam carminum formam in carmina christiana translata esse. Ut heroum bellatorum fortiter acta celebrabantur a Bardis Cambrorum carminibus ejus formae, quae exstant adhuc, et a Bardis Gallorum, vel caerimoniae a Druidis, celebrantur religionis christianae mysteria vel heroum christianorum, quos martyres dicebant, fortitudo hymnis ejus formae assonantis.

Tam hymnorum forma assonans quam aliorum carminum latinorum inde a temporibus labantis imperii Romani, sive in terra continente Europae sive in Hibernia sunt composita, proponenda est igitur, antequam licet progredi ad hibernica carmina.

1. Assonantia latina.

S. Ambrosius, episcopus Mediolanensis, in Gallia natus (a. 333, obiit a. 397), cultus divini publici hymnis, antiphonis etc. celebrandi primus auctor fuit, sicut ejus notarius Paulinus refert ad S. Augustinum (Append. ad opp. S. Ambros. ed. Bened., Paris. 1690, p. IV): "eo Ambrosii tempore primum antiphonae, hymni ac vigiliae in ecclesia Mediolanensi celebrari coeperunt, cujus celebritatis devotio usque in hodiernum diem non solum in eadem ecclesia, verum per omnes pene occidentis provincias manet."

Hymni S. Ambrosii tetrametro iambico* compositi sunt,

* De metro praeter structuram assonantem adhibito in iis hymnis Beda disputat in libello de arte metrica (ed. Basil. 1, 56): "Metrum iambicum tetrametrum recipit iambum locis omnibus, spondeum tantum locis imparibus, quo scriptus est hymnus Sedulii: A solis ortu cardine etc. Sed et Ambrosiani eo maxime currunt, . . in quibus pulcherrimo est decore compositus hymnus beatorum martyrum, cujus loca imparia spondeus, iambus tenet paria. Recipit hoc metrum aliquoties, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribrachyn." Assonantia adhibita juxta latinum metrum tam incipiens quam syllabarum finalium, interdum etiam mediarum, non aliena est a gallicis ejusdem aetatis poetis, e. gr. Ausonio, in epigr. 1:

Phoebe | potens numeris, | praeses Tritonia bellis,
 Tu quoque ab aërio | praepes Victoria lapsu,
 Come serenatam | duplici | diademate frontem
 Serta ferens, quae | dona togae, quae | praemia | pugnae.
 Bellandi fandique | potens Augustus, honorem
 Bis meret.

sed accedit forma assonans eodem modo, ut monosticha Colum-
bani Hiberni mox proferenda, hexametro latino composita, as-
sonantia etiam vetusta hibernica induta sunt. Solvo hic stropham
quatuor linearum secundum hibernicum collocationis modum in
versus duorum membrorum, quorum quodvis est octo syllabarum,
duos, et signo assonantiam lineolis in initio, literis cursivis in
fine, e. gr. in exordio hymni martyrum :

Aeterna Christi | munera || et | martyrum victorias,
| Laudes ferentes debitas, || | laetis canamus mentibus.
| Ecclesiarum principes, || belli triumphales duces,
Coelestis | aulae | milites, || et vera | mundi lumina,
Terrore victo | saeculi || | spretisque poenis corporis
Mortis | sacrae compendio || vitam beatam possident.

Nonnisi monosyllaba assonantia finalis, eaque lateralis et
dispersa tantum, vix contraposita, legitur in hoc hymno (octavo
editionis Bened. 2, p. 1222), sed jam bisyllaba etiam in sequentis
noni exordio :

| Somno refectis artubus || | spreto cubili | surgimus.
Nobis, | pater, canentibus || adesse te de|poscimus.
| Te lingua primum concinat, || | te mentis | ardor | ambiat,
Ut actuum | sequentium || tu, | sancte, sis exordium.

In ampliori distichi vel duorum hexametrorum ambitu assonantia initialis qui-
dem vix non adest, cum si non adsunt duo vel tria vocabula incipientia ab
eadem consona, adesse tamen possint totidem a vocalibus inchoantia ; quaer-
ritur tamen, nonne classici poëtae latini interdum, gnari structurae illius cel-
ticae, consulto eam frequentius posuerint, e. gr. Ovidius in Amor. 1, 5. 1. 2 :

Aestus erat, | mediamque dies exegerat horam,

Apposui | medio | membra levanda toro.

Et ibidem 9. 10 :

Ecce | Corinna venit, tunica velata re|cincta,

| Candida dividua | colla tegente | coma.

Vel Lucanus in exordio Pharsaliae :

Bella per Emathios plus quam | civilia | campos

Jusque datum sceleri | canimus, | populumque | potentem

In sua | victrici con|versum | viscera dextra,

Cognatasque acies, et | rupto foedere | regni

| Certatum totis | con|cussi viribus orbis

In | commune nefas, infestisque obvia | signis

; Signa, pares aquilas et | pila minantia | pilis.

Exordium et finem carminis poëtae tam hibernici quam cambrici vetusti ma-
gis exornare amant.

Assonantia est hic copulativa, eaque duplex, in prima stropha, contraposita in secunda. Assonantia finalis bisyllaba porro in aliis hymnis, quorum auctor vetustissimis testimoniis asseritur Ambrosius (cf. editorum admonitionem in hymnos), e. gr. in primi stropha sexta :

Gallo canente | spes re-dit, || aegris | salus refunditur,
 Mucro | latronis conditur, || | lapsis fides revertitur.

Immo trisyllabae assonantiae finientis nec non mediae sunt exempla vel vestigia, e. gr. in quarti secunda stropha :

Non ex virili | semine, || sed mystico | spiramine
 | Verbum dei | factum caro || | fructusque | ventris | floruit.

In quinti hymni sexta :

Sic | quinque millibus viris || dum | quinque panes dividis,
 Edentium sub dentibus || in ore | crescebat | cibus.

In septimi tertia et quarta stropha :

| Votis | vocemus et patrem, || | patrem | perennis gloriae,
 | Patrem | potentis gratiae, || culpam re|leget | lubricam.
 | Informet | actus strenuos, || dentes retundat invidi,
 Casus secundet asperos, || donet | gerendi | gratiam.

In his praeter formam externam incognitam poëtae classicae vetustatis et peregrinam certe, quae adest haud dubie, quamvis ut additicia plus vel minus observata, dominatur adhuc metrum latinum et syllabarum quantitas. Sed magis inauditam formam offert, novam quasi terram aperit novumque aevum annuntiat psalmus abecedarius S. Augustini episcopi Hipponensis in Africa (obiit a. 430), sed qui per plures annos Mediolani rhetoricam profitebatur. Contra Donatistas ipsius humillimi vulgi causa, ut ipse dicit, scriptus est psalmus. In hoc omne metrum et omnis quantitas desideratur, adest nonnisi assonantia cum certo syllabarum numero.* Quivis versus bina membra continet, quodvis membrum

* Syllabarum certus numerus per se jam apud Indos generalis forma poëtica est, quamvis in eorum vetusta lingua quantitatis vel vocalium brevium et longarum sit perfecta distinctio. Versum etiam apud hos duo membra constituunt, duo versus distichon, quod dicunt *slocum*. Versus epicus brevior ceteris et usitatissimus, quo carminum epicorum ingens moles decurrit, in quovis membro octo syllabas postulat; plures in aliis carminum generibus componere solent poëtae pro arbitrio suo plerumque, e. gr. Bhartriharis in

octonas syllabas. Assonantia finalis copulativa continuata e com-
monefacit assonantiae continuatae usitatissimae apud cambricos
poetas. Profero duas primas strophas (Opp. D. August., Lugd.
1586. 7, p. 3):

Abundantia peccatorum || solet fratres conturbare ;
Propter hoc dominus noster || voluit nos praemonere,
Comparans regnum coelorum || reticulo misso in mare,
Congreganti multos pisces, || omne genus hinc et inde.
Quos cum traxissent ad litus, || tunc coeperunt separare,
Bonos in vasa miserunt, || reliquos malos in mare.
Quisquis recolit evangelium, || recognoscat cum timore,
Videt reticulum ecclesiam, || videt hoc saeculum mare,
Genus autem mixtum piscis || justus est cum peccatore.
Saeculi finis est litus, || tunc est tempus separare,
Quando retia ruperunt, || multum dilexerunt mare.
Vasa sunt sedes sanctorum, || quo non possunt pervenire.

Bonus auditor fortasse || quaerit : qui ruperunt rete ?
Homines multum superbi, || qui justos se dicunt esse.
Sic fecerunt scissuram et || altare contra altare.
Diabolo se tradiderunt, || cum pugnant de traditione,
Et crimen quod commiserunt, || in alios volunt transferre.
Ipsi tradiderunt libros || et nos audent accusare,
Ut pejus committant scelus, || quam commiserunt et ante.
Quod possent causam librorum || excusare de timore,
Quod Petrus Christum negavit, || dum terreretur de morte,
Modo quo pacto excusabunt || factum altare contra altare ?
Et pace Christi conscissa || spem ponunt in homine ?
Quod persecutor non fecit, || ipsi fecerunt in pace.

sententiis suis incipiens a membris syllabarum septendecim et finiens membris
viginti duarum. Indos in quocunque fere scientiae vel artis genere bene ver-
satos rhythmum, i. e. certiozem syllabarum brevium et longarum ordinem in
quibusdam distichi locis adoptasse, vel etiam jam assonantiam finalem interdum
ad majorem ornatum addidisse, quis mirabitur? Ita in *Ghatakarpāro*,
cujus primum slocom profert Boppius in editione Nali (praef. p. VIII):

nīschitang kham upētya nradaih || priyahñāhrīdayāvanradaih
sālīair nihitan radschah kschtiau || rawitschandrāv api nōpalakschtiau.

En assonantiam finalem contrapositam bisyllabam, adeo trisyllabam, syllabas
in priori membro cujusque versus exacte decem, in posteriori undecim. Sed
unicum hoc exemplum assonantiae mihi cognitum est.

Sunt viginti ejusmodi strophae, quarum quaeque est duode-
 norum versuum, ab A usque ad V in toto psalmo, quibus epilo-
 gus triginta versuum succedit. Nolo videre assonantiam finalem
 bisyllabam copulativam *-are*, et ubi occurrit puto esse factum for-
 tuito, non consulto, quia etiam *o*, *e* cum *r* vel cum aliis consonis
 ante commune vinculum *e* antecedunt, vel potius in tanta copia
 vocum exeuntium in *e* non antecedere non possunt. Nescio an sit
 statuendum, etiam assonantiam initialem fuisse in consilio aucto-
 ris. Quamvis rarior est, non deest certe ejusmodi, e. gr. in prima
 stropha in *peccatorum propter praemonere, regnum reticulum,*
congreganti genus, miserunt malos mare, saeculi separare, retia
ruperunt, sedes sanctorum.

Animadvertuntur peculiaria quaedam. Elisio vocalium vel
 terminationum cum *m* ante vocales facta interdum: *reticulo mis-*
so-in mare 1, 3. *modo quo pacto-excusabunt factum-altare contra-*
altare 2, 10, sed alibi etiam omissa, e. gr. 2, 3: *sic fecerunt scis-*
suram et altare contra altare. Ante vocales *i* abolita vel prolata
 ut *j*: *abundantja, evangeljum, ecclesjam, djabolo, tradijone,*
aljos, nec tamen et hoc semper. Duae syllabae breves pro una
 sunt in 1, 7: *quisquis recolit evangelium, ni legendum est colit.*

Non differt constructio carminum ejusdem saeculi vel poste-
 riorum superstitem ex alia celticae nationis terra, in quam chris-
 tiana religio etiam literarum cultum intulit, ex Hibernia, sive sola
 assonantia cum certo syllabarum numero dominatur in his, sive
 praeter eam latinum quoque metrum adhibetur.

S. Patricii, Hibernorum apostoli (ab a. 433 usque ad a. 460),
 nepoti Secundino adscribitur hymnus alphabeticus in laudem Pa-
 tricij adhuc vivi (ap. Galland. 10, 183; cf. Vitam S. Patr. ap.
 Boll. Mart. 2, 276), cujus versus metri latini expertes et secun-
 dum syllabarum rationem, ut psalmus S. Augustini, compositi
 praeter assonantiam initialem et finalem copulativam, quae in
 duobus versibus saepius adest, non tamen semper, frequentius as-
 sonantiam finalem lateralem ostendunt. Sunt e. gr. stropha A et
 B cum assonantia finali plerumque monosyllaba:

| Audite, | omnes | amantes || deum, sancta merita
 Viri in Christo beati || Patrici | episcopi,
 Quomodo bonum ob | actum || similatur | angelis,
 Perfectamque propter vitam || | aequatur | apostolis.

Beata | Christi | custodit || mandata in omnibus,
 | Cujus | opera refulgent || | clara inter | homines,
 | Sanctumque | cuius | sequuntur || exemplum | mirificum,
 Unde et in coelis patrem || | magnificent dominum.

Sunt ita strophae usque ad Z cum versibus quatuor, in quibus membrum prius continet octo syllabas, posterius septem. In secundo versu primae strophae syllabarum ratio *Patrici* poscit pro *Patricii*; non enim solita est in his elisio vocalium.

Post stropham Z apud Muratorium (Anecd. Latin. IV) legitur amplius haec, ab alio haud dubie addita:

Patricius | episcopus || | oret pro nobis | omnibus,
 Ut deleantur | protinus || | peccata quae commisimus.
 Patrici laudes || | semper dicamus,
 Ut nos cum illo || | semper vivamus.

Adest enim etiam omnino diversus syllabarum numerus et assonantiae finalis modus. In duobus prioribus versibus junctis assonantia copulativa monosyllaba, sed duplici, quodvis membrum octo syllabas numerat, in posterioribus junctis assonantia simplici, sed bisyllaba, quodvis membrum quinque tantum.

Columbanus, hibernicus monachus, monasterii Bobiensiis fundator (obiit a. 614), etiam arte poëtica excelluit. Ejus monosticha quae exstant praeter formam hexametri latini assonantiam hibernicam prae se ferunt, paucis exceptis. Colligo ex eis magis digna quae proferantur secundum editionem in Gallandii *Bibl. patr.* (12, 355 sq.):

11. Omnibus est | mundi | melior sapientia gazis.
16. | Morbi causa | mali nimia est quaecunq;e voluptas.
26. Octonas studeas | vitiorum | vincere turmas.
28. | Lingua suos habeat frenos in corde | ligatos.
52. Inclita | perpetuam | praestat | patientia vitam.
54. Egregios faciet | mentis constantia | mores.
88. Quod tibi non | optas | aliis ne feceris | ulli.
100. | Disce sed a | doctis, | indoctos | ipse | doceto.
102. | Sermo datur multis, animi | sapientia paucis.
127. | Pax | precor alma | tuo | placeat | tibi semper in ore.
138. | Una dies quales fuerint | ostendit | amicos.
159. Alma | dies noctem sequitur, sic | dona labores.

165. Qui | modica spernit | minuit | majora per horas.
 170. | Cui. secreta quidem | credas | cautissimo | cerns. *

Aspirata *h* non est consonae loco, sed vocali aequalis habetur:

160. Tempora dum variant, | animus sit semper | honestus.
 179. | Aurum flamma probat, | homines tentatio justos.

Juxta externam utramque assonantiam non deest etiam interna:

49. Plurima discenti | semper | sapientia crescit.
 59. Tantum | verba | valent quantum mens sentiat illa.
 61. Non erit | antiquo novus | antefendus amicus.
 73. Vitam quippe | tuam | tota virtute | tuere.
 137. Sit | tibi cura | tuae | tota virtute salutis.

Assonant etiam in his, ut in hibernicis exemplis, consonae inchoantes radicem post particulas in compositis:

128. | Semper in ore tuo re|sonent bona verba | salutis.
 154. Corporis auxilium | medico per|mitte fideli.
 174. Ob|servat | sapiens | sibi tempus in ore loquendi,
 175. In|sapiens loquitur | spretum | sine tempore verbum.

In his omnibus assonantia finalis est monosyllaba; rarior est bisyllaba:

36. Non | opibus bona fama datur, sed moribus | almis.
 74. | Omnia pro vita sunt | amittenda tuenda.
 192. | Omnibus est | opibus | melior vir | mente fidelis.
 207. Diligit | hic natum, virga qui corrigit | illum.

Est etiam assonantia finalis copulativa una cum laterali, item media in versibus qui proemii loco sunt in monosticha, 1—5:

| Haec praecepta legat devotus et | impleat | actu,
 | Virtutum titulis | vitam qui quaerit honestam,
 Vel | homines inter cupiat praeclarus | haberi,
 Vel | morum | meritis coelestia regna | mereri,
 Atque deo Christo | socius | sine fine videri.

* In hac sententia, quae etiam Germanis proverbium est (trau schau wem!), si accurate inspicitur, quaeque vox assonantiam initialem offert. Licet enim etiam signare *se|creta*, ut e mox sequentibus exemplis patet, et *quidem* non differt a *cuidem*.

Magis progressa assonantia, frequentior incipiens et amplior finiens, etiam trisyllaba saepius, invenitur deinceps apud Anglo-saxones carmina latine scribentes, ad quos, cum primitus propria fuerit eis nonnisi initialis assonantia, ut ceteris Germanis,* ab Hibernis haec forma transgressa putanda est, ut transiit scriptura et ars pingendi codices et ornandi.**

Construit e. gr. Aldhelmus, Saxonum occidentalium episcopus (obiit a. 709), Opp. ed. Giles, Oxon. 1844, p. 111:

| Summi | satoris | *solia* || | sedit qui per cathralia,
| Alti | Olympi | *arcibus* || | obvallatus minacibus,
| Cuncta | cernens | *cacumine* || | coelorum summo lumine.

* Initialis assonantia cum sit sola copula utriusque membri, contrapositione debet apud Germanos. Sunt enim versus duo membra etiam (ob eandem assonantiae correspondentiam) apud hos, et duae syllabae praevalentes in quovis membro. Inter quatuor voces, quae in versu portant majorem accentum, dum syllabae earum vel vocum comitantium minoris accentus non numerantur, duae saltem contrapositione in duobus membris assonantia initiali ornatae sunt, melius tres, vel sunt omnes quatuor. Ea structura cum apud Scandinavos, Anglos et Germanos terrae continentis inveniatur, communis primitus fuisse necesse est et statuenda primitiva. Attamen in quibusdam locis carminis de Hildebrando etiam finalem assonantiam ostendit Lachmannus (Act. historico-philolog. Acad. Berolin. a. 1833, p. 131):

ia sus | hérémo mán || | *hrísti gíwínnan.*
der st doh nu | árgosto || | *óstarliuto.*
ínti im íro | líntun || | *líttílo wírtun.*

Sed cum hibernici monachi in plurimis Germaniae monasteriis adfuerint, num pauci illi versus imitatione hibernicae structurae facti sunt? Ibidem Lachmannus e carmine formae primitivae inscripto "*Muspilli*" affert duos versus cum assonantia item finali, quorum omnis structura hibernica cognoscitur:

diu marha íst faryprunnan, || *diu | sela | stot pídvungan,*
ni | weiz míl wíu puoze: || *sar verit sí za | wíze.*

Est quodvis membrum septem syllabarum, structura hibernica valde usitata; assonantia finalis bisyllaba dimidia contrapositione, initialis consociata in primo versu, contrapositione in secundo. Otfredi carmen, quod primum omne priscam formam relinquens assonantiam finalem adoptat, interdum ejusdem structurae disticha offert, dum in aliis liberior germanica persistit.

** Hujus hibernicam originem affirmat nunc etiam Waagenius, vir ejus artis in primis gnarus (Deutsch. Kunstblatt, 18. Mart. 1850). Concordant quae doctissime disserit de imaginibus et scripturis codicum hibernicorum Kellerus (Bilder u. Schriftzüge in den irischen Manuscripten der schweizerischen Bibliotheken. Zürich 1850).

Et p. 113:

| Vale, | vale, | *fidissime*, || | *phile Christi carissime*,
 Quem in | cordis | *cubiculo* || | cingo amoris *vinculo*.
 | Ave | Hova | *altissime*, || olim | sedes | *sanctissime*,
 | Salutatis | *supplicibus* || Ethelwaldi cum *vocibus*.
 | Te, | te herus in *omnibus* || | clarum | creavit *actibus*,
 | Forma et usu *virilem*, || . | facta et dicto *senilem*.
 Tuam | primum | pro | *paginem* || | per | profundam *indaginem*
 Curiose | *conjicere*, || mentis atque *inspicere*
 | Nullus | valet | *volucris* || summi coeli sub *nubibus*.

Assonantia finalis, quae est contraposita, animadvertitur interdum dimidia, quae in carminibus hibernice scriptis frequentior est, e. gr. in *arcibus minacibus, cubiculo vinculo, solis cathralia*. Versus cujusque quodvis membrum est octo syllabarum, ejusdem ambitus cujus est hymnorum Ambrosianorum quavis linea, sed differunt haec quod metrum latinum vel quantitas omnino deest.

Non aliter Anonymus ad Anonymam (Baldhardus, ut videtur, ad Berthgitham), in operibus S. Bonifacii, ed. Giles, Lond. 1844, p. 280 :

| Vale Christo | *virguncula*, || Christi nempe *tyruncula*,
 | Mihi *cara* | *magnopere* || atque *gnara* in *opere*,
 | Tibi laudes con | *texo* || atque | *grates* in | *gemino*,
 | Teque rogo cum | *tremore*, || | *agna Christi* pro | *amore*,
 Vota redde cum *fervore* || | *altissimo* in | *aethere*,
 Quae | *pepigimus* | *pariter*, || *memorare tenaciter*.

Eodemque modo Berthgitha ad Baldhardum, *ibid.* p. 273:

| Vale | *vivens feliciter*; || ut | sis | *sanctus* | *simpliciter*,
 Tibi | *salus* per | *saecula* || *tribuatur* per *culmina*.
 | *Vivamus* | *soli domino* || | *vitam* | *semper* in | *saeculo*.

Itemque eadem poëtria haud dubie (nomen in inscriptione non additur) ad Baldhardum in fine carminis p. 272:

Have | *care* | *crucicola*, || | *salutate a* | *sorore*,
 | *Fine* *tenuis* | *feliciter*, || | *famam* | *serva* | *simpliciter*.

Winfredi (S. Bonifacii) ipsius epistola poëtica ad Nidhardum, scripta circa a. 720, induta est eadem forma. Sunt primi versus (p. 30):

Vale, | frater, | florentibus || juventutis cum viribus,
 Ut | floreas cum domino || in | sempiterno | solio,
 Qua martyres in | cunæo || regem | canent aethereo,
 Prophetæ apostolicis || | consonabunt et laudibus.

Nonnisi bisyllaba assonantia finalis et frequentius monosyllaba legitur hic, quæ una cum initiali eam constructionem orationis ligatæ sistit, quæ in vetustis carminibus hibernice et cambrice scriptis primitus obtinet et communiter.

Hanc formam orationis poëticæ quis credat esse ortam primum apud poëtas christianos finientis imperii Romani et transiisse ad Bardos Cambrorum et in carmina gentilia Scandinavorum? Assonantia initialis autem si propria dicenda est formæ poëticæ Germanorum jam vetustis temporibus, jam tum cum "celebrabant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus erat," gentis suæ conditores, assonantia incipiens una cum finali nec non intermedia putanda est celticæ orationis ligatæ forma prisca culta jam a Bardis et Druidis. Apud Hibernos et Cambros poëtas junctus reperitur communiter strictior versuum ambitus et certus syllabarum numerus nec non certa versuum collocatio, dum latini poëtae imitantes sæpius latina metra supposuerunt; quis ejusmodi formas etiam Gallis cognita negarit?

Populi residui utriusque celtici exempla vetusta poëtica in sua propria lingua, sistentia assonantiam tam initialem, quam dicunt alliterationem, quam finalem, quam dicunt rimum, nec non internam, supersunt lustranda.

2. Assonantia hibernica.

Monumenta formæ poëticæ quæ exstant hibernica jam vetustissima assonantiam quamcunque prae se ferunt.

Venerandæ haud dubie vetustatis sunt formulæ incantationum servatæ in uno folio facile sæculi octavi (quod continetur hodie in codice Sangallensi n. 1395). * Tres sunt hibernicæ, qui-

* In tergo folii, in cujus fronte conspicitur imago sacra. De hac disserit Kellerus p. 75, ubi Monii de imagine relata referuntur, et p. 91. 92, ubi etiam incantationum textus typis impressus est, sed mendosissime.

bus intermixta est una latina, secundum regulam assonantiae hibernicae composita. En textum.

*Ní artu ní nim ní domau ní muir arnoib briathraib rolab-
rastar cr. assachr. diuscart dim andelg delg diuscoilt cri ceit
méim méinni bé ái béim nand dodath scenn toscen todaig rogar
fiss goibnen aird goibnenn renaird goibnenn ceingeth ass. — Fo-
certar indepaidse ininnad tét inuisce 7 fuslegar de immandelg
immeduáirt 7 nitét foranairrinde nachforanálath 7 manibé andelg
and dutóeth indalafacaíl airthir achinn. — Argalar fuail.*

*Dumesurcsa diangalar fuáilse dunesairc éu ét dunescarat
éum éolaithi admai ibdach. — Focertar inso dogrés imaigin hi-
tabair thual.*

*Caput xpi. oculus isaie frons nassium noe labia lingua sa-
lomonis collum temathe mens beniamin pectus pauli unctus io-
hannis fides abrahe scs. scs. scs. dns. ds. sabaoth. — Caur
anisiu cachdia imduchenn archengalar iarnagabáil dobir dasale
itbais 7 dabir imduda are* 7 fortchulatha 7 cani dupater foltri
lase 7 dobir cros ditsailiu forochtar dochinn 7 dogni atóirandsa
dam U. fortchiunn.*

*Tessurc. marb. biu. ardiring. argoth. sring. aratt. dichinn.
arfuilib. hiairn. arul. loscas. tene. arub. hithes. cú. rop acubri.
crinas. teoracnoe. crete. teoraféithi. fichte. benim agalar. arfuch
fuili. guil. fuil. nirubatt. rée. ropslán. forsáte. admuinur. insú-
nicid. foracab. dian. cecht. liamuntir coropslán. ani forsate. —
atanessam dolutain itbélaib. Focertar inso dogrés itbois lán di-
uisciu ocindlut 7 dabir itbéulu 7 imbir indamér cechtar ái áeth.*

Ex his quatuor formulis nobis magis perspicua latina facile
prodit affinitatem cum iis quae jam prolata sunt. Est, ut docent
quae hibernice in fine adduntur de caerimoniis adhibendis una
cum hoc oraculo, incantatio in dolorem capitis (*archengalar*).
Praeter initialem assonantiam animadvertitur interdum etiam me-
dia et finalis.

| *Caput* | *christi* || | *oculus* | *isaias* || | *frons* | *nassium* | *noe* || | *la-*
bia | *lingua salomonis* || | *collum temathe* || | *mens beniamin* || | *pectus*

* In linea legitur *imduchenn*, sed cum punctis subditis, delentibus scilicet, et suprascripto .i. *imduda are*, quod ergo ejus loco ponendum est.

| *pauhi* || | *unctus* | *iohannis* || | *fides* | *abrache* || | | *sanctus* | *sanctus*
| *sanctus* || | *dominus* | *deus* | *sabaoth*.

Singulas positiones discerno ut alibi singula membra versus signo ||. In positionibus *collum temathei* || *mens beniamin* praeter finalem *-um* nonnisi adest media assonantia incipiens inde a nomine *salomonis*, quae eadem etiam jam praecedit in *frons nasium*. Positio *fides abrache* per se singularis non habens assonantiam superflua videri possit, jungitur tamen ineunte vocali *a* nominis proprii et exeunte *-es* vocabuli *fides* cum praecedente et sequente assonantia initiali vocalium et finali *-is, -us*. *

Praecedens latinam formula brevior hibernica contra stranguriam (*argalar fuail*), ut docet inscriptio et subscriptio, assonantes habet vocales et *d*.

| *Dumesurcsa* | *diangalar f* | *udilse* | *dunesairc* | *éu* | *ét* | *dunescarat* | *éum* | *éolaiithi* | *admai* | *ibdach*.

In *fuailse* (aquae, urinae meae) *f* infecta, i. e. non legenda, videtur. Videtur etiam statuenda interna assonantia post praefixa *dum-*, *dun-*, in vocibus *dum* | *esurcsa*, *dun* | *esairc*, *dun* | *escarat*, ita ut sit assonantia vocalium per totam sententiam pergens, et aspersa tantum assonans *d* ut secundaria assonantia, cum sit nonnisi in syllabis praefixis.

Primae et postremae incantationis ipse nucleus non solum frequentiore incipientem assonantiam ostendit, sed etiam facilem animadversu in quibusdam locis finalem.

Praecedit in prima (contra dolorem effectum spina, ut videtur; *delg*, hod. *dealg*) prooemium quoddam quod pertinet usque ad voces *cr. assachr.*, quas lego *crist assachrist* et confero cum loquendi formula *móo assamóo* (p. 286). Sequitur deinceps oraculum ipsum:

| *díus* | *cart* | *dím an* | *delg* | *delg* | *díu* | *scoilt* || | *crú* | *céiti* || | *méim*
| *méinni* || | *bé ai* | *béim nand* || | *dodath* | *scenn to* | *scen todaig* || | *ro* | *garg*
fus | *goibnen aird* | *goibnenn renaird* | *goibnenn cein* | *geth ass*.

* Supra formulam hanc latinam conspicitur literarum linea mystica quasi capitalium latinarum $\epsilon\mu\mu$ immixtis graecis una cum forma grammaticali graeca, ut videtur: PCHNITΦCANΩMNYBVC. KNAATYONIBVC. *Finit*. Per P in dextera capitis parte lineola ducta est; lego inde: *prechnitosan omnybus knaatyonibus*, i. e. praedicent omnibus nationibus.

In postremae prooemio incantator in plura mala invehit, quorum nomina ipsa non sine assonantia esse videntur: *ar díring* (in phthisin? cf. gael. *reangadh*, marcescere, macilentum fieri), *ar gothsring*, *ar | att díchinn*, *ar | fuilib híairn*, *ar | ul losca tene*, *ar | ub híthes cú*, cujus postrema vox *cú* amplius assonantia finali juncta est sequenti *rop acubrí* (sit eorum, malorum, conglomeratio quae etc., ob formam relativam sequentis *crinas*; si *cubrí* est pro *cobrí*, compos. cum *brú*, venter, glomus). Quod autem post incantationem totam minori scriptura, ejusdem tamen aetatis, additur, indicat proximum remedium pro vulnere labiorum (*ata-nessam dolutain íbélaiib*; mox *lut*, hibern. hod. gael. *lot*, vulnus). Non tamen hic prooemium tam stricto modo separandum est, ut in ante dicta incantatione, ob primam personam primi verbi *tessurc*; pergit enim deinceps incantator in prima etiam persona loquens, ut incepit, per sequentia (*benim, admuinur*). Est satis aperta in sequentibus assonantia:

*rop a|cubrí | crinas | teora | cnoe || | crete | teora | féthi | fichte |
benim agalar ar | fuch | fuili || guil fuil ni | rubatt | rée || rop | slán
for|sate || ad|muinur in | slánicid foracab díancecht lia|muntir || corop
| slán ani for|sate.*

Sunt haec cum assonantia quidem quacunq̄ prolata, sed sine metro (ita utar hac voce deinceps etiam), id est, sine certa constructione versus vel carminis.

Hanc tamen constructionem in lingua vernacula cognitam Hibernis vetustis jam facile comprobant ea quae addam hic e codice Prisciani Sangallensi, scripta in variis locis in margine majoribus literis quam sunt literae glossarum, quamvis non sint scripta in solita versuum collocatione.

In superiore margine paginae 112 late per eam leguntur haec: *ISacher ingáith innocht fufuasna faircæ* sindfolt ni ágor reim-mora minn dondlaechraidlainn oaloth lind.*

In inferiore margine p. 203 per paginam omnem item: *Dom-farcaí fídbaidæ féil fomchain lóid luin luad nad céil huas molebrán*

* In linea scriptum est *faircæ*, sed *c* cum puncto infra scripto et supra scriptis *gg* (cf. p. 71, not.). In *oaloth* supra primam *o* lineola semicircularis conspicitur, qua puto indicatam esse *o, oa* praepositionem transeuntem in *ae*.

indlínech fomchain trírech inna nén. Vox *fidbaidæ* cum signo indicante, quo pertineat, legitur infra lineam, in lineâ tertia dein separata: *maraiþ sercc céin mardda aithne a máeletán.* Vocis *aithne* literae mediae *ith* non satis sunt certae ob ductus insolitos.

Item in inferiore margine p. 204 e regione scripturae modo dictae ad dexteram: *Fomchain cói menn medair mass himbrot glass de dindgnaib doss. debrath nomchoimdiu cóima cáinscribaim foroid::::*

In superiore margine paginae 229 literis paullo minoribus quam in aliis his marginalibus: *Gaib dochuil isincharcair ni rois chluim na colcaid Truag insin amail bachal rotgiuil indsrathar dodcaid.*

Sunt enim in his sequentes versus:

*Isacher ingdith innocht || fu | fuasna | fairca sind | folt
ni dgor reim | mora | minn || dond | lae chraidlainn oa|loth|find.*

Membrum quodvis est septem syllabarum, cum tam di-phthongi quam vocales infectae vel longae solutae, e. gr. *ái, ei, ua, uái, ia*, unam tantum syllabam sistant. * Assonantia finalis contrapositione dimidia est in utroque versu, in primo in *nocht, folt*, in secundo in *minn, lind*; initialis assonantia fere cumulata. Porro:

*Dom|farcas | fidbaidæ | féil | fomchain || | léid | luin | hiad nad céil
huas mo | lebrán
indlínech fomchain trírech inna nén. || | maraiþ sercc céin | mardda
aithne a | máeletán.*

Duo item versus cum novem syllabis in membris, excepto postremo, quod excedit huic numerum. In antecedente membro ejusdem versus articulus *inna* est loco unius syllabae minoris accentus. Assonantia finalis copulativa duplex est; initialis cumulata in primo versu, in secundo nonnisi secundum membrum occupat, dum in priori invenitur assonantia desinens lateralis in vocibus *línech, trírech*. Ex iis quae sequuntur prodit versus:

Fomchain cói | menn | medair | mass || himbrot glass de dindgnaib doss.

Sunt syllabae septem cujusvis membri. Assonantia initialis

* Hoc pro regula est. Invenitur tamen etiam contrarium, e. gr. *bliadan* (annus) trium syllabarum locum implens.

in priori membro consociata obtinet in tribus vocibus finalis contrapposita est cum laterali in *glass*. Reliquae voces, quarum ultima est mutilata, haud dubie versum ejusdem structurae constituunt.

Versus quoque cum septem syllabis in membris, cum assonantia finali bisyllaba copulativa dimidia, sunt hi:

Gaib dochuil isincharcair || ní róis chluim na colcaid
Truag insin amail bachal || rotgiuil indsrathar dodcaid.

Exstat porro monumentum orationis poëticae hibernicum in codicis Mediolanensis prima pagina, sed dolendum quod est ob colorem vetustate fuscum hujus paginae et locos plures detritos difficillimum lectu. Etiam longius intuenti manebunt plures difficultates. Otium ejusmodi ego quamvis non habuerim et festinantius descripserim carmen, offeram tamen cum lacunis suis, primum ut legitur in codice, divisum in has positiones non secundum versus.

Adco[nd]arc¹ alaiil innocht ba ingrad līm etarport :ra:facla
:::ba. dubuith frigidlannida. Dalim rugenair iarsin cennaitis²
anathargein. teuir oenaidchicc fobrii ba cunda::: imm:::ga

Gabsusa iarf::mnert fentinaith forasliuchtairrecht macsin
asdailf::numtha dochuindchid al:rama

INdalim ba brathir dam. mathir[se ama]³thir sem. mu noidenan meinnan mais ní dúthrais abith ingrais.

Huar hirógénair amne. nichelt :inacc sochuide. nitentrichet
:::rm imbá ocdetsin azamnada

Ba lán ortain ortain indalmin. armacc :::brigach barrfind.
ba mian :::ningen et ban. ba mormelda acaldam

Ariced gor cáich lasin ba amer [du anchortib. cia]⁴ ba noideán araes nil:::li landinu⁵ :ngaes

Amal batoich adé bí bantacoathir⁶ [omtridi. ba ortan]⁷ mar
cid inmacc. ducach oen sar ba sordaro

Fortacht ihu. līmsa tra oracle⁸ [inchomburta]⁹ ismá súidic
act consla slon dodneich adchondarcsa

1 *nd* detritum, sed facile restituendum. 2 Post *cenn* lectio incerta est.
 3 Inclusa inferius scripta sunt. 4 Inclusa supra scripta sunt. 5 Incerta utraque vox detrita. 6 Locus valde detritus. 7 Inclusa item supra scripta.
 8 Incerta lectio. 9 Supra lineam.

*Tegdais adcondarc indiu [condarc]¹⁰ badacrichidiu. Cruch
arralo ::reil agne. nithucai nach ::eraige*

*Mauc aluad linaið¹¹ [suibos anoinar]¹² dáin cenid cultech
ndemin dianaig lesrugnieh archiunn amech gres*

*Cethor flessa formnigil. rulatha dia f:::mnin. Teuir cleithna
:::fir ararolad*

*Greunan ::::caram im::: [scang]¹³ atháir a::: su nocht¹⁴
inaldu de nifera cid oenbamie*

*Arcidaua dicachsín atrubthirsín. ní roar indiuise¹⁵ frinasnigi
na snechtæ*

*Sgalar thegdais tormrochlos írna fil act ben doros istech ndag-
p^r dathatchí intdichoim adossidi.*

*Denuas dotiagar hisatech¹⁶ indichet¹⁷ tegde doichlech. síis
iarsuidiu tegde chludo tiagar ass immurgu*

*ISEilt¹⁸ insin amnin. níméte inthormassid. Ecosc nam-
nin.¹⁹ Ammhiat tegdassa adchondarcsa.*

Prodeunt ex his sequentia disticha cum membris septem syl-
labarum et assonantia finali contrapposita tam plena quam dimidia.
Sisto versus et membra tantum.

*Adcondarc alaill innocht || ba ingrad limm etarport
::: facla ::: ba || dubuith frigidlannida.*

*Dalim rugenair iarsin || cennathis anathargein
teuir oenaidehicc fobrii ba || cunda::: imm:::ga.*

*Gabsusa iarf:::mnert || fentinaith forasliuchtairecht
maccsin asdailf:::numtha || dochuindchid alirama.*

*Indalim ba brathir dam || mathirse amathirse
mu noidenan meinnan mais || ní dúthrais abith ingrais.*

*Huar hirogénair amne || nichelt :inacc sochuide
ní téntrichet :::rm imbt || oedsicsin azamnada.*

*Ba lán ortain indalmin || armacc :::brigach barrfind
ba mian :::ningen et ban || ba mormeldu acaldam.*

*Ariced gor cáich lasin || ba amer du anchortib
ciaba noidenan araes || nil:::li landinu :ngaes.*

10 Item supra scriptum. 11 Detritum. 12 Supra lineam scripta et incerta detrita. 13 Supra scriptum. 14 Incipitur hac voce secunda columna paginae. 15 Literae *iu* incertae sunt. 16 Adscribit alia manus in margine: *ubi fortiter denisne fere.* 17 Primae duae literae incertae sunt. 18 Postremae literae incertae. 19 Incerta lectio.

Amal batoich adé bi || bantacoathir omtridi
ba ortan mar cid inmacc || du cach oen sar ba sordarc.
Fortacht iesu limsa tra || oracle inchomburtsa
ismá suidiu act consla || slon dodneich adchondarcsa.
Tegdais adcondarc indiu || condarc badacriehidiu
cruch arralo ::reil agne || nithucai nach ::eraige.
Mauc aluad linaib ddin || cenid cultech indemin
dianaig lesrugnieh || archiunn amech gres.
Cethor flessa formnigil || rulatha dia f:::mnin
teuir cleithna ::: fir || ararolad
Greunan::: caram im::::: athdir a::::su
. . . . nocht inaldu de || nifera cid oenbamie.¹
Arcidaua dicachsin || ni roar atrubthirsin
indiuise frinasnigi || na snechtæ²
Sgalar thegdais tormrochlos || irna fil act den doros
istech ndagper dathatchi || intdichoim adossidi.
Dotiagar hisatech || indichet tegde doichlech
iarsuidiu tegde chludo || tiagar ass immurgu.³
Ise ilt insin amnin || niméte inthormassid
ecosc namnin ammhiat || tegdassa adchondarcsa.

Penitius inquirendi in ea quae hactenus prolata sunt, in formulas incantandi obscuras vel versus mutilatos, spatium hic concessum non est et debet sufficere formam exposuisse externam, quae tantummodo hujus capituli proprium argumentum est. Consulto oracula ejusmodi, e. gr. etiam germanica vetusta, lingua

1 Locus maxime saucius. Deest in praecedente disticho finis. Hujus distichi prior versus nimium laesus construi non potest; in posteriore ante *nocht*, vocem quae incipit secundam columnam in codice, desunt duae syllabae, num *ba in*, cum primae columnae primam lineam etiam finiant, his sumendae? An hae duae lineae primae utriusque columnae jungendae: *alaill innocht ba innocht inaldu*, ut sit in his inferioribus adeo major defectus, et ut supra sint versus duo trium membrorum? Sed deest in primo versu assonantia finalis primi membri, in secundo secundi rectus syllabarum numerus, si fieret haec dispositio:

Adcondarc alaill innocht || ba innocht inaldu de || nifera cid oenbamie
Grad līm etar port:::ra || fiacla:::ba || dubuith frigudlannida.

2 Deest item finis secundi versus; in primo fit assonantia duabus vocibus transpositis. 3 Metri causa eliminandum est praemisum in codice versu primo *denuas* (desuper) et secundo *sis* (infra). Quid sibi velint hae voces, nescio.

am obscura composita sunt, ut sensum eorum assequi difficillimum sit et interdum id perfecte vix fieri queat.* Attamen ut sint non solum formae sed etiam linguae poëticae specimina, in sensum quoque vel vocum formas inquiretur in sequentibus carminibus perspicuis et integre servatis.

Certi syllabarum numeri in quovis membro versus adhibendi regula generalis etiam communiter observata invenitur. Non desunt tamen carmina, quae dum servant regulam, simul in singulis membris vel etiam in pluribus versibus usum sibi liberiores quoque sumunt; horum praesertim est sequens.

Potest inscribi *Mochris* (cingulum meum) vocibus per totum carmen repetitis. Servatum est in codice Claustro-neoburgensi saeculi undecimi vel duodecimi (qui inscriptus est "codex regularum," formae majoris, membranaceus, in folio ejus antepenultimo). Ibi invenit id Hauptius, V. Cl., et descriptum mecum humanissime communicavit. Sunt octo lineae, dispositae ut hic refero secundum apographum, quod sequor quoad fieri potest typis, redens signum aspirationis super *t* et *c* (p. 81) et lineolam super vocales quasdam, ut debent reddi, solitis *th*, *ch* et *n*.

*Cris fúndáin dúmimdegáil imum imacúáirt. nar amtaírthea innsét tim-
cellas intuáith*

Raucthí léin induléán mubronn. lúrech dé dúmimdegáil otamind gombonn.

Cris fimieáin muchris argalar arches aruptáib banínbeth afraech adamles.

Cris eoin muchris ralég súidi nglan. daid ferga fer soid upta mban.

Cris nathrach muchris nathair imátá náramgonat fir naramillet mná.

durennáib romóra fomóir imátá

Fobrut muridam fosarabi inrí. fotrochlánib fothochlan mubi.

*Mucholmóc ramcharastar arfégad arfis. isairai ramcharastar uair isfend
mochris.***

* Velim Hiberni nativi ipsi his enucleandis operam dent, sed cautius, sensim, rem non obiter peragentes et modo interpretandi nimium prompto. Eo modo et Toddus, vir bene meritis de literis hibernicis, non inveniens sibi difficultatem in illo ultimo oraculo ("present no difficulty," ut refert ad Kellerum in libri supra laudati p. 93), vertit "a preservation" jam primum vocabulum *lessure* (nec aliter alia). Sed est verbum hoc pro *doessure* (p. 440. 852; i. e. concutio, commoveo mortuum, vivum), primae personae ut alia sequentia *benim agalar* (ferio morbum), *admuinur inslánicid* (volo eam sanationem quam praebuit Diancecht, medicus peritissimus, suis).

** Poëta illud it pristinis suis superstitionibus inductus in meliorem et fir-

“Cingulum Finnani ad me circumsepiendum circum me circumcirca, ne me sollicitent bona quae me circumdant in mundo. Assequenda plenitudo omnis valetudinis corporis mei, lorica dei ad me circumsepiendum, si sunt caprae ad fundum meum.

miorem persuasionem. Vir, qui induxit et rex nominatur, est *Mucholmoe*, an *Mocholmoe* ille sanctus hibernicus, monasterii Liathmorensis fundator saeculo septimo (Boll. Mart. 2, 280)? Fuerint tamen etiam alii abbates ejus nominis, et poeta ipse putari poterit monachus hibernicus, qui explosis cingulorum fascinantium generibus vel amuletis suis quondam nimium cultis in fine carminis opponit firmum cingulum, aliud certe et diversum, causam melioris sui incepti, fortasse cingulum monachi vel vitam arotam monachicam.

Conveniunt cum aetate codicis formae plurium vocum recentiores. Jam animadvertitur interdum flexionis et terminationis defectus, e. gr. in *láin*, *uair*, *induléan* pro *láine*, *uaire*, *induiliano* vetustioris linguae, item consonarum destitutio, in *ralég*, *gombón* pro *roléc*, *combon*, ut *gen chréidm* in codice Mariani Scoti pro vet. *cen chréim*, in *ri*, *ri* pro *rig*, *bi* pro *báth*. Adest jam *nar*, *nár* pro vetustiori *arná*, *arnach* (ne), et pro *e* in particula *ro* nuda vel juncta pronomini personali infixio solita est *a*. Peculiaris est forma vocum *brónn*, *bónn*, *mind*, *tend* cum *nd* pro *nn* solita etiam vetustiorum codicum, dum in media voce est *nn* in *dhurrenaib* (ad stellas), quae *nd* est primitiva quidem interdum, e. gr. in *bónn*, *bonu* (= lat. fundus), interdum tamen etiam dialectice pro *nn* primitiva, ut in *ceintheáth* (gl. calvus), quod e codice Juvenci Cantabrigiensis affert Pryce, cum *ceinthe* pro *eenn*, cambr. *penn* (cf. jugum Penninum). Sunt notandae voces praecipuae vel difficiliores. *Cris* (balteum, cingulum): *criss firinne immib* (gl. state succincti lumbos vestros in veritate) Wb. 22^d. *finndán*, gen. nominis proprii *finndán*, viri a quo cinguli genus nominatum videtur. *dumindegail*, i. e. *du-m-indegail*. Simpliciter *degail* formato ut *gabail*, *gabál*, in carmine ap. O'Flan. p. 190 significatur separatio; composito cum *im-* (p. 847) circumseparatio, i. e. circumseptio. *imacuidirt*, *immacuidirt* Incant. Sg. (p. 32). *nar amtairthea*, vel junctum *naramtairthea* ut infra *náramgonat*, *naramillet*, continet partes *naram* (ne me) et *tairthea*. Ob aspiratam *th* solvenda est haec in *tair-* = *do-air-* (p. 852) et *tea*, conj. verbi *ti* (p. 493): ne me invadat, sollicitet. Modus idem in Ml. 3^a: *cofotheasa* (gl. ut mordeam; i. e. invadam). *insét* in codice cum lineola supra *i*, ergo *insét*, vet. *sét* cum articulo, hod. *sead* masc., thesaurus, item bona. *timcellas*, forma relativa, *do-im-cellas* (p. 855; cf. *intimcel*. p. 857). *intudáth*, in cod. *itudáth* cum lineola supra *i*, ut in codice Mariani Scoti in *insechás*, *insechám* pro vetustiore forma *it. ic. tudáth*, populus, in Wb. *ster tudáth*, inter populum, i. e. inter homines, extra familiam, in mundo, versari. *raucthi* part. pass. fut. verbi alternantis *roucu*, *roicu*, *tuccu* (asequor, p. 437). *láim* pro *láine* (plenitudo), ut *uair* infra pro *uaire*. *induléan* in apographo, sed cum accentus saepius remotus a sua vocali inveniatur in codd., lego *induléan*, *indulé-an*. Occurrit in Wb. plur. masc. *ána* (divitiae): *únanane* 29^c. *donáib* *ánib* 27^b. *imforking anu* 16^c. Vetustior forma genitivi sing. esset *indulé-áno*, omnis opulentiae, vel valetudinis, eum de corpore hio dicatur. *brónn* gen. subst. *brú*, venter, cambr. *bronn*, pectus, poetice corpus. *otamind*:

Cingulum viminis cingulum meum contra morbum et curam; contra
fascinationes mulierum erica fert mihi commodum.

Cingulum avis cingulum meum, permisit sedem puram; malae viro-
rum irae, bonae mulierum fascinationes.

ota, si est, *ta* (de forma sing. *ta*, *ata* ante plur. cf. p. 885) cum conj. *o*: *mind*, plur. a *mend*, hod. *meann*, hoedi, puto pelles hoedi, substratae. Gael. *meannt*, mentha, supponere hic, vel supra *finnain* gael. *flonan*, vitis, non audeo. *fmieain* gen. subst. hod. *feamain*, *feamuinn*, fucus, alga. Campus *Fenin* in Hibernia frequenter memoratur in actis sanctorum hibernicorum. *galar*, morbus; *ces*, hod. *ceas*, cura, tristitia. *upta*, *uptaib*, plur., fascinationes; ap. O'R. sing. *upta*, fascinatio. *bannibeth* mira compositio assonantiae initialis consociandae causa; est enim *ben*, *ban*, mulier, itemque *beth*, hod. *be*, sed *beth* in comp. et deriv. *betheigneachadh* (vet. — *éinigud*), stuprum violentum, *betheach*, effeminatus. *afraech*, *fraech* cum artic. gen. neutr., *fróich* Sg. (p. 890), hod. *fraoch*, erica vulgaris. *adamles*, jurat me, cum pron. infixio *-am-*, si verbum fuit *adles*; sed frequens est subst. *les* (p. 438), hod. *leas*, commodum, an junctum hic cum verbo substantivo *ata*, *ada*? *eoín*, avis, gen. subst. *én* (p. 24). *raléy*, permisit, i. e. paravit, effecit, sedem puram ab insidiis virorum et mulierum: malae irae virorum, bonae illecebrae feminarum, credo addendum sunt, non me tangunt. *siúdi*, nom. *suide*, sedes. *daíd*, *soíd*, i. e. *daíd*, *said* vel *daíd*, *soíd*, sibi opposita (p. 832), hod. hibern. adj. *saói*, bonus, subst. *daói*, fera, ferus homo, sed gael. *saoidh*, *daoidh*, bonus, malus. *ferga* plur., hod. *fearg*, ira, in Wb. *ferc*, *ferce* = *fergg*. *nathair*, *nathrach* (p. 275). *imátá* juxta *imacuáirt* pro *imaatá*, circum est. *úramgonat* est in apogr., sed postulat *náramgonat*, ne me vulnerent, tenore sententiae. *fair* in apogr. cum puncto delente super *a*, ergo *fir* plur. *naramillet* pro *narammillet*, *nar-am-millet*, a *millim*, perdo, ruino. *romóra* item pro *ro-m-móra*. In aliis etiam *m* pronominis infixi suffocata videtur, ut in *timcellas* supra et in *imátá*. *fomóir unátá* in apogr. lego item *imátá*; *fomóir* adv. adj. *mór* cum *fo*, ut in *fodí*, *fothrí* (p. 315), pro quo alias est *in* vel *con* (p. 562. 563). *brut*, momentum, unde *brotte*, momentaneus (p. 765). *fosarabi* pro vet. *fo-s-ro-bi*, praet. verbi *fobnim*, *fuidnim*, succido (p. 430), amissa *n* ut in *doérbí* (gl. concidit) Sg. 60^b, in *tóbe*, *imidibe*, *imidibed* (p. 853. 854). *ri*, *ri*, quae scriptio etiam in uno loco Wb. 25^a: *rii trembethe* (p. 850) adesse videtur, pro *rig* (p. 25. 250); ita etiam, et assonantiae causa, putandum est *mubi* positum loco *mubith* (ut hod. *be*, mulier, pro *beth*), mundus meus; magni enim aestimaverat res illas, quae cum ad stellas sublimarunt. *fo-trochlanib*, in apogr. *fo-trochlaib* cum linea super *a*. Apud O'R. adj. *trochladh*, putridus, *trochlughadh*, profanatio; conjiciendum ex his subst. *trochlan*. *fococlan* mox est in apogr. cum signo aspirationis in utraque *c*, quarum priorem tamen non haesito mutare in *t*, cum valde similes sint hae literae in codicibus et existat nonnisi verb. *tochailim*, fodio, ex quo praes. secund. *fothochlan*, suffodiebam, cum *-an* pro vetusto *-in*. *Mucholmóc* in apogr. quaeritur an sit mutandum in *Muchoemóc*: "ejus nomen primum *Coemgin*, dein per dictionem *Mochoemóc*, quod latine dicitur *meus pulcher juvenis*." Vita S.

Cingulum serpentis cingulum meum, serpens circumest, ne me vulnerent viri, ne me perdant mulieres, ad stellas me sublimavit, potenter circumest.

Illico meus rex etiam ea abscedit rex; in profanis locis suffodiebam mundum meum.

Mucholmoc me duxit ad meditationem, ad scientiam; ideo me duxit quia est firmum cingulum meum.²⁹

Sunt versus septem, quibus duorum membrorum, excepto quinto, qui tria membra continet. Numerus syllabarum certus est nonnisi in primo versu et ultimo, in quibus quodvis membrum exacte per duodecim syllabas decurrit. Versuum intermediorum membra autem variant numero inter octo et duodecim.

Assonantia finalis est monosyllaba contrapositione, plena in omnibus, excepto primo versu, ubi est dimidia in *imacuáirt* et *intuáith*.

Lineas discernentes membra et indicantes assonantiam initialem omisi, ne nimia multitudine deturpent poematum formosum. Est enim etiam initiali assonantia nec non intermedia bene ornatum. Initialis contrapositione obtinet in secundo versu in | *láiin* et | *lurech*, consociata in sequentibus in | *bann|beth*, | *ferga|fer*, *naramillet* | *mná*, *ro|móra fo|móir*. Primus autem versus et duo ultimi quacunque assonantia fere cumulata nitent; primus ludens liquidis, repetens *m* cum vocalibus variantibus in initio et medio in vocibus *dumimdegail* | *imum* | *imacuáirt*, *naramlairthea*, *timcellas*, et subjungens assonantiam liquidae *n* in *finnáin*, *innsét*, *intuáith*. Penultimus versus praeter quater incipientem *fo* etiam initialem assonantiam consonarum *b* et *r* alternantem una cum

Moch. Boll. Mart. 2, 282, compos. *mo-choem-moc* (*mug*, gen. *moga*, puer), ut nomina *Mochumbe*, *Mofecta* in eadem Vita p. 287. *Colmanus* ibid. p. 296 videtur idem quod *Columbanus* (cf. *colum*, p. 752); est tamen etiam adj. *cóil* (tenuis, macer; p. 41), quod supponi possit nomini *Mucholmoc*. *ramcharastar*, vetustius *romchuirestar*, praet. verbi *cuirur*, e quo comp. *docuirur* (gl. ascisco, p. 844), *docuirethar*, *dorochuirsemar* (adsciscit, adscivimus, p. 445. 448). Comparandum est gael. subst. *car*, gen. *cuir*, conversio, unde denom. *carraich*, vertere, movere. *fégad*, visio. *airai*, vet. *airi*, ideo. *tend*, hod. hibern. gael. *teann*, firmus, arctus, mutare in *and*, ibi, in ea (in meditatione et sapientia, est cingulum meum) non audeo, quia clara est illa scriptio in apographo, haud dubie etiam in codice.

finali *i* in latere offert in *brut mu|ri, fosara|bi in|ri*, et insuper internam in *fotrochlanib fothochlan*; ultimus cumulatam initialem, contrapositam *ch* et consociatam *f*, ita: *Mu|cholmoc ram|charastar ar|fégad ar|fis. isairi ram|charastar uair istend mo|chris*.

Constructionis versuum in certa forma et certo numero syllabarum usitatius genus fuit id, quo duo versus, quorum utrumque membrum septem syllabis constat, in distichon junguntur cum assonantia finali aut copulativa, ut in hymno in laudem S. Patricii hibernico, aut contraposita, ut in carmine codicis Mediolanensis et in disticho primo allato e codice Sangallensi. Et ita modo hac modo illa forma composita sunt plura alia carmina servata in codicibus minus vetustis.* Subsunt eadem formae etiam gaelicorum Bardorum carminibus, quae dicuntur Ossianica, indutis quidem recentioris linguae habitu sed non differentibus in structura poetica nisi majori libertate in numero syllabarum praesertim minoris accentus et in usu assonantiae.

Pervetustus haud dubie est hymnus in S. Patricium, sed non in vetustioribus codicibus servatus in orthographiam recentiorem transscriptus nec incorruptus in formis grammaticalibus legitur.**

* Alternant inter utramque e. gr. omnia carmina satis numerosa et ampla inserta narrationi vetustae hibernicae, quae prodiit a. 1808 Dublini sub titulo: "*Deirdri, or the lamentable fate of the sons of Usnach, an ancient dramatic irish tale, one of the three tragic stories of Eirin; literally translated into english from an original gaelic manuscript, with notes and observations. By Theophilus O'Flanagan.*" Est ejusdem historiae narratio duplex. Plura prioris carmina ostendunt contrapositam assonantiam (p. 42. 56. 60. 64. 78), copulativam duo in fine (p. 108. 116). In posterioris narrationis carminibus invenitur assonantia contraposita item (p. 150. 166), copulativa in carminibus additis ab editore in fine libri, quorum unius auctor dicitur abbas Columba (hibern. *Colum cille*, angl. Columkill), alterius Ossianus (hibern. *Oisín*), tertii Talcus filius Treni (hibern. *Talc mac Treoin*). Sunt haud dubie haec antiqua carmina, et narrationis ipsius lingua vetusta est; attamen nec scriptio nec formae grammaticales sunt purae illae et genuinae nostrorum codicum vetustiorum. Dispositio versuum in editione ea est, ut quodvis membrum ut versus appareat, sint ergo strophae quatuor linearum, dum vetustior distinctio bina membra ut unum versum in una linea, disticha ergo pro strophis exhibet. Rara in omnibus his est assonantia finalis bisyllaba, communis monosyllaba, frequenter dimidia; nec desunt loci in quibus omnino desideratur assonantia finalis. Magis inde congruum est, ex hymno in S. Patricium producere exempla, jam ob varietatem assonantiae multo majorem.

** Editus in opere Colganii (cujus nimium rari nondum mihi copia facta

Ex eo quae profero exempla ad demonstrandam structuram versus vetusti hibernici in scriptionem vetustiore[m] codicum muto.

Assonantia initialis, in eodem versu contrap[os]ita vel conso-
ciata, communiter occurrit, interdum per duos versus pergit ejus-
dem consonae vel duobus consonis alternans, interdum negligitur
omnino in uno versu. Major cura est finalis assonantiae. Ut in
aliis etiam in hoc carmine plena finalis frequentioris usus est.
Monosyllaba rarior est, e. gr. in disticho 27:

Anais tasach diaaes || intan do'bert comain dó
*as|bert mosnicfed pátraic || | briathar tassaig nirbu gó.**

“Quievit spiritus in perpetuum, postquam dederat revelationem ei;
dixit quod venturus esset Patricius, verbum spiritus non fuit falsum.”

Ita etiam disticha 29. 31. Bisyllaba solita est. Sufficient
exempli causa disticha 15—18. In horum tertio notanda est etiam
interna assonantia in vocibus *luscu*, *trusca*, *dosfuisced*.

Hi slán | tsuith bennabairehe || niasaibel | tart na lia
| canad | céit psalm | cech naidchi || dorig angel fognia.
Féid for | léic | luim iarum || ocus cuilce fiuch imme
ba | coirte arithadart || ni léic a|corp itimme.
Pridhad soscéla dochách || dognith | mórfertha i;lethu
iccid | luscu la trusca || | mairb dosfuisced do bethu.
| Pátraic | pridchis do scotuib || roches mórseth illethu
*immi cotisat do | bráth || incách dosfusc do | bethu.***

est), item O'Conoris, ab Hibernis tribuitur S. Patricii discipulo Fieco. Nec
ante a. 540 nec post saeculum octavum scriptum esse censet Leo in “Comm.
de carmine vetusto hibernico in S. Patricii laudem” Halis Sax. 1845, p. 4. 5,
ratione non improbabili, quod Temoria caput Hiberniae aetate S. Patricii, sed
orbata regno a. 540, jam desolata dicitur in carmine, et saeculo octavo Nor-
mannorum invasiones illum literarum florem hibernicum delere coeperunt.

* Leguntur hi versus post annuntiationem mortis S. Patricii et rubo ar-
dente factam ab angelo, et ante narrationem de ipsa ejus morte. Voce ob-
scura et alibi non obvia *tassach* ideo nihil aliud significatum esse potest quam
spiritus, angelus; num sit affinitas cum subst. *dásacht* (insania, p. 771), nescio.
diaaes, in aevum suum, perpetuo, obvium etiam in dist. 4. *comain* puto esse
ejusdem significationis cum lat. communicatio. *asbert mosnicfed*, dixit quod
venturus esset (p. 419), i. e. quod moriturus esset P., hoc enim continetur
verbis angeli et rubo antecedentibus. *briathar* pro *briathra* posui ob sequen-
tem sing. *nirbu*.

** Sunt haec quaedam, quae poeta de factis sancti in Hibernia narrat.

“Slani regionis B. non capiebat sitim vel famem,
 canebat centum psalmos quavis nocte, regi angelorum serviebat.
 Dormivit in lapide nudo dein, et arundines madidae circum eum,
 fuit cortex ejus lectus, non posuit suum corpus in calore.
 Praedicabat evangelium cuivis; faciebat magna miracula late,
 sanabat claudos jejuniis, mortuos suscitabat ad vitam.
 Patricius praedicavit Scotis, curavit magnopere late,
 secum ut venirent ad iudicium, quos suscitavit ad vitam.”

Etiam trisyllaba plena adest in distichis 7 et 24:

Dochum nérend dod | fetis || aingil dé hi | fithisi
*menic itchitki i | fsib || dosnicfet arithisi.**

Slán nomen loci in regione populi mox nominati. *niogabad* vel rectius *niogaid*, cum pronomine infixo referendo, ut videtur, ad sequentia substantiva, cum *s* in genere masc. non occurrat. *fognia*, alias *fogni*, propter quod rectius videtur *fogniad*, praes. secund. ut *canad*, cum assonantia dimidia. *fóid* pro *roftóid*, ut semper fere, si praeteritum ponit, particulam verbalem omittit poeta. *léic*, dat. a *liac*, lapis; *lúim* a nom. *lemm* (gl. nudus) Wb. 13^c. *coirte*, hod. hibern. gael. *coirt*, *cairt*, cortex. *arishadart* pro *afrihadart*, ejus pulvinar contrapositum, suppositum, *adart* comp. cum *frith*. *ni léic itimme*, non sivit, non posuit, in calore, i. e. lecto, leeti calore non fructus est. *timme*, hod. *time*. *soscéla* pro *soscéle* non tango, quia terminatio *-a* pro *-e* solita est in hoc hymno. *dognith*, *dognid mórferta*, in Wb. *dénom fertó*, *denum ferte* (facere virtutes, miracula, p. 461. 462), *dénatar ferte* (sunt miracula, p. 683). *ilethu*, *illethu*, in latitudine, unde *lethit* (p. 770) et adj. *lethan*, latus. *búscu a losc*, quod idem est quod *bacach*, claudus, in gloss. Corm. ap. O'R. sub v. *lesc*. *trusca*, pro *trusce*, jejuniis, gael. *trasg*. *mairb dosfuisced*, ad verbum: mortui eos suscitabat, constructio objecti absolute praemissi (p. 886); accusativus est enim *marbu*. Si cui nimia videtur haec poetae relatio de mortuis resuscitatis, comparet Vitam S. Mochoemoci vetustam auctoris hibernici, quae pie narrat, eum plures mortuos revocasse in vitam, immo vivos, filiam et equum comitis ejusdam, fecisse mori et postea resuscitasse. *dosfuisced* praes. sec., in sequente disticho *dosfuce* praet. prim. verbi *tosgim*, *dosfóegim*, compos. cum *do-fó-*, dum in aliis ejusdem verbi exemplis occurrit *todiu* = *do-fó-do-od*, vel *dodiu* = *do-do-od* (p. 856). *roches* differre videtur a *rochéa*, *rochéas* (pertulit, p. 434), ut *ces* in carmine codicis Neob., hod. *ceas*, cura, tristitia, a *céasad* (passio). Hoc modo sequens *mórseth* est adverbii loco, significans lat. *admodum*, *magnopere*, pro *immórseth*, cum *seth*, hod. *seadh*, causa, ratio, intellectus. *immi*, circum eum, i. e. cum eo, ut in dist. 26 *immut. cotásat*, ut venirent (p. 62. 495). Notanda est hic constructio pluralis verbi et pronominis infixi *s* in *dosfuce* juxta sing. *incách*.

* Haec de sancto ante ejus aditum ad Hiberniam. *Dochum* (p. 620). *dodfetis*, *do-d-f.*, pro *dodfeithis*, cujus radicis etiam videtur sequens *fithise*,

“Ad Hiberniam eum exspectabant angeli dei in desiderio, multis visi sunt in visionibus, quod ventura essent eis ejus subsidia.”

*Do | faith fodes co | uictor || ba hé aridralastar
lassais immuine imbai || asintenad galastar. **

“Processit ad meridiem ad Victorem, hic eum accessivit, arsit rubus in quo fuit, ex igne locutus est.”

Assonantiae dimidiae, item monosyllabae vel bisyllabae, sequentia disticha sint exempla, 10. 26. 30 monosyllabae, in qua saepius consonae ratio omnino non habetur.

*Tuata | hérend tairchantais || do[n]icfed sithlaa núa
meraid co | tí amartche || [ocus] bid fás | tír | temrach. ***

derivatum ut *semise* (p. 750). *menic itchithi*, frequenter visi sunt, i. e. multis; est etiam in sequenti verbo pronomen personale infixum numeri pluralis. *do[n]icfet*, *doicfet* (p. 495) cum pron. inf. *-en-* loco dativi. *arithisi* pro *afritisi* ejusdem formae cum *aithis*, *aithiss* (oppositio, contradictio) Wb. 13^b. 15^a, pl. *inna aithissi* (gl. impropria) Wb. 6^c, unde *aithisigud* (: *robd occanaithisigud*, gl. fui contumeliosus, eis) Wb. 28^a. Videtur statuenda compositio cum *es*, ut in *aires*, *ires*, gen. *irisse* (instantia, fides), ergo *aithess* (obstantia), et huc contrarium *fritness* (adstantia, opitulatio, subsidium).

* Narratur hic miraculum annuntiationis mortis S. Patricii per Victorem ejus angelum custodem, inde a dist. 23, quod incipit: *pátraic diamboi illobra* (P. cum fuit in infirmitate). *do[fa]ith*, profectus est, pro quo rectius videtur *ro[fa]id*; apud O'R. locus profertur etiam ex hymno in S. Brigitam: *ro[fa]id aspirut dochum nime* (profectus est spiritus ejus ad coelum). *ro[fo]ided* (missus est, p. 360) differt fortasse. *aridralastar*, *galastar* formae praet. verborum *aralur*, *galur* obsoletorum. Ex illo residuum videtur gael. subst. *arral* (superbia, arrogantia), si de provocatione aliorum intelligitur; ex hoc quidem nihil superest, nisi forte subst. *accaldam*, *acaltam* (allocutio, p. 839) reducendum est ad *adgaltam*, est tamen frequentissimum adhuc cambr. verb. *galw* (vocare). *lassais* praet. v. *lasaim* (ardeo), unde *lasair* (flamma) et *lasairim* (ardeo). *immuine*, *inmuine*; *muine*, rubus. In vocibus recentioris scriptionis *asas tenad* est facile videre vet. *asintenad*, ex igne, a *tene* (ignis), *tened*, *tenad*, ut *tenge* (lingua), dat. *tengad* (p. 272. 273).

** Hoc inter disticha, quae de desiderio adventus S. Patricii apud Hibernos referunt. *Tairchantais*, praes. sec. verbi *doarchanim*, *tairchanisim* (p. 832). *sid*, *sith* (pax, p. 24); pro *sithlath* posui *sithlaa*, cum *lath* sit forma incognita vetustis (p. 280) et *lath*e contra metrum. *núa* more solito pro *neis* (p. 826). *meraid*, quod maneret, praes. secund. usus conjunctivi, sed etiam indic. *merait* in disticho e Sg. supra allato. *cottí*, donec venit (p. 493). Vocem *amartaige* metri causa muto in *amartche*, qua nihil significatum esse potest nisi destructio, composita scilicet e part. privat. *am-* et derivata *artiche*, *artich* (p. 776. 779) ex *art* (domus, item lapis). Ante *bid* item metri causa suppleo

"Populi Hiberniae praesagiebant quod venturus esset dies pacis novus, maneret, donec veniret destructio et esset vasta terra Temoriae."

| *Immon doróegu íbhiu* || *bíd* | *luirech didim dochách*
| *immut i' llathiu mesa* || *regait fir hérénd dobráth.* *

"Circum nos electio tua in vita tua erit lorica protectionis cuivis, circum te die iudicii venient viri Hiberniae iudicandi."

Uair assuith la | *hiessue* || *ingrian fri* | *bás inna clóen*
ciasu threbrech ba | *huisse* || *soilse fri* | *betsect na nóeb.* **

"Quondam consedit cum Josue sol super mortem pravorum, quamvis conveniens hoc, fuit justa lux super baptismum sanctorum."

Bisyllabae dimidia exempla dist. 6. 28 :

In | *insib mara toirrian* || | *ainis indib adríme*
| *légaís canóin la german* || *ised adfadat* | *líne.* ***

"In insulis maris tyrrheni quievit, ibi meditatur, legit canones apud Germanum, hoc referunt literae."

particulam *ocus*, quae in codicibus sigla sua scripta facile negligi potuit a librariis. *temir*, *temair*, gen. *temrach*, ut *nathair*, *nathrach*, est nomen urbis quondam principis Hiberniae.

* Sunt verba angeli e rubo S. Patricio mortem annuntiantis. *Immon*, circum nos, i. e. Hibernos. *roegu*, electio; cf. praet. verb. *doróigu*, *doroigatar* (elegit, elegerunt, p. 439). *íbhíu*, in vita tua, dum vivebas; *bíu*, vita, forma minus usitata ex adj. forma *béo*, ut *beothu* vel magis usitata *bethu* e *beode*, *beoíthe* (p. 42. 272). *didim* videtur gen. subst. *dídem*, hod. *díodhma*, fortificatio, protectio, unde *indídméach* (gl. intensivus) Sg. 214^b. *mes*, *bráth*, iudicium. *regait*, venient, rectius fortasse *ricfet*; legitur tamen etiam sing. *doriga*, adveniet (p. 495).

** Secundum pias Hibernorum narrationes sol post mortem S. Patricii per totum annum luxit, non intercedente nocte. Hoc refert poeta in dist. 28, addens hic, si justum fuisset solem diutius lucere Josua duce super stragem Cananitarum impiorum, justius fuisse eum lucere super baptismum piorum Hibernorum a S. Patricio ad fidem christianam conversorum. *Uair*, hora aliqua, quondam, plur. *huaraib*, horis, i. e. interdum (p. 564). *assuith*, pro *ad-suid*, adsedit. *ciasu*, quamvis est (p. 673). *trebrech*, prudentiae conveniens, a subst. *trebair*, prudentia, orto ex adj. *trebir*, prudens (unde Treviri pro Trebiri, ut Suevi pro Suebi?). *ba huisse*, fuit justa, lux, i. e. magis conveniens; fortasse restituendum *uisiu* (p. 283). *betsect*, baptismus, a verb. *baisim*.

*** De juvenilibus S. Patricii annis refert poeta in primis hymni distichis, quod ei cognitum erat. *Muir toirrian*, mare tyrrhenum haud dubie, cum terminatione *-ian*, ut *rian* = Rhenus. *adríme*, proprie numerat, computat, i. e. meditatur, studet? *líne*, lineae, idem quod in dist. 29 *líttre*, i. e. libri.

*Sám | aigis crích fri | aidchi || arnach | ate les | oca
cochenn bliadna bai | soilse || ba hé | sithlathe fota.**

“Sol posuit finem nocti, ne esset omnino,
usque ad finem anni fuit lux, fuit hic pacis dies longus.”

Solent alternare in hac assonantia tantum consonae ejusdem classis, e. gr. tenues *c, t*, liquidae *m, n* in his inter vocales intermediae. Item si bisyllaba finitur consonis, ut in dist. 22:

*In | armachu fil rige || iscian doreracht | emain
iscell mór | dúnlethglaisse || nim | dil cid di | trub | temair.***

“Ardmachae est regnum, dudum surrexit Emania,
est ecclesia magna Dunum, non mihi acceptum quod deserta Temoria.”

Invenitur etiam assonantiae finalis bisyllabae vocalis una deficiens, e. gr. in mox sequente disticho 23:

*Pátraic díamboi íl | llobru || adcobra dol do | macho
do | lluid aingel arachenn || forsét a medónlathe.****

* Solis per annum lucentis miraculum refertur. *Sám*, sol. *aigis*, egit, fecit; cf. comp. *adaig*, adigit, impellit (p. 336). *arnach ate les oca*, ne esset commodum, usus, etiam, i. e. ut deesset omnino, nox; *les* frequens in loquendi formula *ricim ales* (p. 438). *oca*, etiam, in Wb. *occo, occa* (p. 683). *ba hé*, ni legendum *ba hé*, indicat masc. subst. *lathe* (p. 280. 891). *fota, fot*, longus, ut *gairde = gairle* Sg., brevis, a *fot* et *gair*.

** Versus prae ceteris observandi, in quibus poeta sancti factis in Hibernia enarratis principalia insulae loca sua aetate florentia enumerat. Sunt *Ardmacha*, sedes primi episcopi inde a S. Patricii aetate, *Emain* vel *Emanis*, sedes regia Ulteriorum, et *Dunum*, quod in Vita S. Brigitae dicitur “*arx Leathglasse* ubi sepultus est Patricius”, “*arx Ladglaisse*” (Boll. Febr. 1, 126), illud *Dunum* memoratum versibus ap. Giraldum Cambrensem in Topogr. Hibern. 3, 16:

“In burgo Duno tumulto tumulantur in uno
Brigida, Patricius atque Columba pius.”

Itemque in Vita S. Brig. (Febr. 1, 163): “ad arcem *Leathglasse* sepultas est S. Patricius et B. Brigida et reliquiae beatissimi abbatis Columbae post multos annos collocatae in uno sepulcro.” Sed deserta jam est Temoria, aetate Patricii totius Hiberniae regia civitas. *Fil rige*, est regnum; *fil* cum accus. (p. 894), hod. *righe* masc. *doreracht*, surrexit, crevit; cf. *asreracht* (resurrexit) Wb. 4^d, praet. verbi *eseirgin. ním-díl, ní-m-díl*, non mihi gratum; adj. *díliu, dílem*, p. 293. 297).

*** De morbo et morte S. Patricii refert poeta ab hoc disticho. *Diamboi* cum erat; conj. *an, dian* (p. 669). *illobru*, in infirmitate; subst. *lobra, lobur* ab adj. *lobur* (debilis, infirmus). *dol*, ire, etiam active *dul báis* (subire mortem. p. 885). *domacho, Macham; macho, machu*, dat. a *macha*, quod etiam alibi occurrit pro pleniori nomine *ardmacha*, e. gr. in dist. 25: *ordan domacho* (or-

"Patricius cum fuit in infirmitate, voluit ire Macham, praecessit angelus coram eo in via media die."

Vel etiam praeterea diversae classis consona associata legitur, e. gr. in dist. 3 et 21 :

*Bai sé bliadna hi fognam || maise dóire nostomled
batar ile | cathraige || | cethar trebe diafognad. **

"Fuit sex annos in servitute, cibum servorum comedebat, fuerunt multae civitates, quatuor vici quibus serviebat."

*For | tuath trend bai | temel || | tuata adorta idla
ni chreitsset in | firdeacht || inna trinóite | fire. ***

"Super populum Hiberniae fuerunt tenebrae, gentilia adorata sunt idola, non crediderunt veram deitatem trinitatis verae."

Utraque assonantiae finalis structura alternans reperitur in uno carmine brevi ejusdem versuum ambitus sequente. Est in disticho uno assonantia copulativa, in altero contraposita.

Fuit quondam celebratum in Hibernia*** haud dubie poë-

dina Machae, urbi), item in Actis SS. (Boll. Febr. 1, 126. 164): "oppidum Macenum", "oppidum Macha", juxta quod "campus Macha". *amedónlathe* scribo pro *-lathie* in editis ob assonantiam, cum sit etiam vetusta forma *lathe* (p. 260), et in dist. 26 occurrat *illathiu*.

* Hoc ex annis juvenilibus S. Patricii. *Maise*, alimentum, etiam hodie; sequentia in editis: *maise dóine nistomled*, cibum hominum non comedebat, nimis durum, levi mutatione restitui ut supra. *nostomled*, *no-s-t.*, cum *no* comite praes. sec. et *tomled* = *do-fo-meled*. Constructio eadem ut supra in *mairb dosfuisced. ile cathraige*, extra compositionem et cum terminatione *-s* superflua, propter metrum ut videtur; est enim alibi *ilchathraig* (p. 275).

** *Tuata*, adj. *tuata* pro *tuathde* (p. 765), gentilis. *adorta* plur. praet. pass. (p. 465) a verbo *adrad* (adorare). *trinóite* puto rectius scribi *trindóite*, gen. subst. *trindóit* formati ut *humaldóit* (p. 744).

*** Jam cognitum est auctori Vitae S. Brigidae scriptae circa a. 980, ut editori verisimillimum est (Boll. Febr. 1, 102), quae haec refert (ibid. p. 171): "ipsa jam sciens, quod dies remunerationis suae instabat, dicebat suis, quod vellet sepulcrum S. Patricii archiepiscopi visitare ante mortem suam. Ipsa autem sciebat se non reversuram quidem corpore, et iter faciens benedicebat totam Hiberniam ex omni parte, sicut praecepit S. Patricius episcopus moriens et dicens: Per triginta annos B. Brigida post mortem meam benedic Hiberniam. Et veniens sanctissima in aequonalem plagam Hiberniae, videlicet in provinciam Ulteriorum, Brigida illico doloribus correpta est, et post breve spatium temporis inter multitudinem sanctorum, aetatis suae anno octogesimo, anno vero trigesimo post obitum S. Patricii,

matium hoc S. Patricio adscriptum, quod e codice proprio quondam Mariani Scoti (obiit a. 1088) nunc bibliothecae Vaticanae in imitatione scripturae codicis ipsius legitur ap. Pertz. in tom. VII et tabula addita ad p. 481 :

ol pátræc

A | brigit anóebchallech || a | bréo óir donadéseb

tricha | bliadan genchrédem || | bennach érenn darmése.

| Bennach érenn in cechdú. || | bennach ultu es conachtu.

*| bennach lagniu in cechtan. || acus | bith | bennach firu muman.**

regnante in Temoria regnum Hiberniae Murchiartach mac Erc, felicissime obiit."

Produntur etiam versus adscripti S. Patricio in Vita S. Declani ap. Boll. Jul. 5, 602: "Sanctus Patricius archipontifex et patronus totius Hiberniae versum sequentem scotica lingua quasi quoddam oraculum vigorem legis habens eis cantavit. Quem versum familia sancti Albei et familia sancti Declani noluerunt pro se vel rhythmice seu metricè in Latinum verti. Et majoris auctoritatis ei conciliandae gratia illum proprio et genuino, quo pronuntiatas et compositus est a sancto Patricio, idiomate pro dignitate proferemus in medium. Ita igitur scotice ponitur ille versus:

Ailbhe umhal Padruig Muomhan mo guchruth

Declan Padruig na nDesi, na Desi ag Declan go bruth.

In quo decretum est, ut Albeus secundus Patricius et Momoniae patronus esset, et Declanus secundus Patricius et patronus esset Desiorum, et Desii sua dioecesis essent usque ad finem saeculi." Sunt ita desumpti versus e codice collegii S. Isidori Romae, sed notat editor, paulo aliter legi eos apud Colganum et Usserium. Horum opera cum mihi praesto non sint, restituo meo arbitrio ita:

| Ailbe | umal | ol pátric || pátric muman mo | co|cruth

| declan pátric nan|dese || in|desi oc | declan cobruth.

"Albius humilis, dicit Patricius, sit Patricius Momoniae meus aequalis, Declanus Patricius Desiorum, sint Desii cum Declano in perpetuum."

Est enim item metrum septem syllabarum. *Cocruth*, ejusdem formae, aequalis, ut *sochruth*, bonae formae, honestus. In postremo membro in loco *in|desi oc* vocales *i-o* coalescunt, aut sunt loco unius duae minoris accentus, ut in Benedictione in *bennach ultu-es conachtu*.

* Orthographia hic quoque congruit cum aetate codicis, e. gr. destitutæ *g* et *d* in *gen chrédem*, in quo est etiam jam flexionis neglectio, cum vetustior lingua hoc proferat *cen chrétim* (p. 262) e *crétem*, gen. *creítme*; item *is*, scriptum *i* cum lingua, ante *e* in *in cechdú*, *incechtan*, ut in *in tuáith* in codice Neob. ubi vetusta lingua postulat *ic.*, *it*. Formae porro recentiores a scriptore codicis sunt *dona* articulus dativi plur. pro *donaib*, *bennach*, pro quo est *bendach* adhuc in Wb., transumptum lat. *benedicere*. Contracta tamen forma *es* particu-

“Dixit Patricius :

O Brigita, o sancta mater, o flamma auri Desiis
 triginta annos infidelibus, benedic Hiberniae post me !
 Benedic Hiberniae omni loco, benedic Ultis et Conachtis,
 benedic Lagnis omni tempore, et semper benedic viris Momoniae !”

lae acus postulatur a metro, vetustis jam poëtis fortasse concessa (cf. *as* in hymno in S. Patr. dist. 13). Sunt praeterea in his distichis voces aliae vel res notatu dignae. *Ol*, dicit, dixit (p. 495). *callech*, *caillech*, primitus anus: *arni cundil mesce caillech* (gl. anus doce non vino multo servientes, Tit. 2, 3) Wb. 31^c. Ita hodie quoque hibern. gael. *cailleach*, vetula; sed etiam virgo religioni devota, velata, cui subditur ap. O'R. subst. *caille* (velum) *bréo*, ap. O'R. *bréo*, ignis, flamma. *óir* gen. subst. *ór* (aurum): *richisán* .i. *carnocol brúe* .i. *arachosmaili indóir fririchiss* (gl. carbunculus; credo rectius: *aracsmile indóir*, propter similitudinem auri cum carbone) Sg. 47^b. *donadéeb* i. e. *donab déisib*, Desiis. Terra *nandése*, *nan Desi*, Desiorum, frequenter memoratur in actis sanctorum Hiberniae; est tamen minoris ambitus et Momoniae pars, ut patet e Vita S. Brigitae (Boll. Febr. 1, 171): “Vir longe a civitate S. Brigidae habitabat, spatio itineris vianibus quatuor dierum, videlicet in Momonia in terra Nandesi in campo Femin.” Principalium regionum nomina, a populis principalibus enarratis in hoc carmine orta, dicuntur a Giraldo Cambrensi (saec. duodecimo) in Topographia Hiberniae *Momonia*, *Lagenia*, *Ultonia* et *Conactia*, et hodie quoque *Munster*, *Leinster*, *Ulster*, *Connaught*. *tricha bliadan genchrédem*, triginta annos sine fide, refero ad Desios nondum omnino ad religionem christianam transductos. Multum enim laboravit S. Brigita in Momonia, ut narrat auctor Vitae ejus (Boll. Febr. 1, 166. 167): “S. Brigida cum suis in campum *Chíach* in Momonia positum exivit et habitavit illic in quodam loco ad tempus. . . Multa B. Brigida in regionibus Momoniensium fecit et plura loca et monasteria ibi signavit. Post haec iter arripuit venire ad civitatem suam in terram Lageniensium.” De hao propria S. Brigitae sede idem (p. 160): “in patria sua magnum monasterium plurimarum construxit virginum, ibique maxima postea civitas in honorem B. Brigidae crevit, quae est hodie metropolis Lageniensium. Illa jam cella scotice dicitur *Killdara*, latine vero sonat *Cella quercus*. Quercus enim altissima ibi erat, quam multum amabat S. Brigida.” *darmése*, *darmési*, *dar-m-ési* (p. 617). *dú*, locus: *isindú itá som* (gl. cum Christus apparuerit tunc et vos apparebitis cum illo; i. e. in loco ubi est ipse) Wb. 27^b. *tan*, tempus, in frequenti particula *intan*, *intain* (tempore quo, cum). *bith bennach*, *bithbennach*, semper benedic (p. 835). *firu muman* ad verbum: viros Mumaniorum, est enim *muman* forma gen. plur.

II. Constructio poëtica britannica.

Vetusta cambrica monumenta orationis ligatae communiter ejusdem structuræ sunt, ut hibernica vetusta. Syllabarum certi numeri et assonantiae cujuscunque idem usus iidemque loci sunt. Ea tantum invenitur diversitas, quod assonantia finalis, quae fere non nisi monosyllaba et semper plena est, per plures versus continuatur ad arbitrium poëtae, ut sit eadem saepius tam contrapositione quam copulativa. Est etiam in singulis carminum partibus versuum continuandorum, aut paucorum aut plurium jungendorum, major libertas, nec dominatur, ut in hibernicis carminibus, duorum versus membrorum contrapositione, quamvis inveniantur adhuc ejus exempla, sed invaluit singulorum membrorum ut versuum subsequentium distinctio, orta, ut videtur, e praevalente assonantia finali continuata.

Ut assonantiae cujuscunque jam adhibitae sine metro exempla hibernica exstant incantationes vetustae, leguntur etiam cambrica cum assonantiis tantum, e. gr. in nominibus propriis, quae tria esse solent secundum triadum morem cambricum, in hoc loco enarrationis militum et virorum Arthuris in Mab. 2, 211 (cf. 2, 227, ubi sunt variatipnes quaedam):

Bwlch. *achywulch. a setwlch. meibon cledyf kyfwlch. wron cledyf difwlch.* || *teir | gorwen | gwenn eu teir ysgwyd.* || *tri | gowan | gwann eu tri | gwaew.* || *tri | benyn. | byneu eu trichledyf.* || | *glas. | glessic. | gleisat eu tri chi.* || | *call | cuall. | cauall. eu tri meirch.* || *hwyrdydc. a drwedydc. a llwyrdydc. eu teir gwaged.* || *och. a garym a diaspat. eu teir [g]wryron.* || *lluchet. aneuet. ac eissiwet. eu teir merchet.* | *drw. a gwaeth. a gwaethaf oll. eu teir morwyn.*

Constructionis metricae communem faciem celticam et specialem memoratam cambricam jam prae se ferunt tres versiculi primam linguae cambricae aetatem scriptione et formis grammaticalibus prodentes, quos e codice Juvenci Cantabrigiensi publicavit Lhwyd (Archaeol. Brit. p. 221; cf. Owen. Gramm. p. 7):

Ni guorcosam nemheunaur henoid mitelu nit gurmaur mi amfranc dam uncalaur.

Quorum assonantiae, si significantur ut supra hibernicae, erunt hae:

| *Ni guorcosam* | *nem/heunaur* || | *henoid* | *mitelu nit gur/maur* || | *mi*
amfranc dam | *ancalaur*.

Vel versibus dispositis secundum assonantiam praevalentem
 cambricam finalem :

| *Ni guorcosam* | *nem/heunaur*
 | *henoid*. | *mitelu nit gur/maur*
 | *mi* | *amfranc dam* | *ancalaur*. "

"Non dormiam, non dormitum erit mecum
 hac nocte, familia mea non adeo magna,
 ego et puer meus et lebes noster."

* Verba coelibis, ut videtur. Exstat adhuc *twos*, somnus, pro *twog*, unde
cysgu, dormire; *guorcosam* cum particula intensiva fortasse significationis ob-
 scenae, cujus passivum indicatur sequente *nemheunaur* (hod. *hunaw*, dormire)
 solito modo impersonali cum terminatione *-aur* futuri secundarii. Aliunde
 incognita vox *dam* vix non est eadem ac hibern. *dam* (etiam).

Ejusmodi trias ejusdem ambitus, prolata ab Arthure irridente Caium, le-
 gitur etiam in Mab. 2, 237 :

| *kynnllyuan aoruc* | *kei*
 | *o'uaryf dillus* | *uab eurei*
 | *pei* | *iach dy* | *angheu uydei*.

"Funem fecit Caius
 e barba Dillusii filii Eureji,
 si salvus is, tibi mors esset."

Vel in Mab. 3, 199, ubi tres fratres fideles filii G. laudantur :

Trimeib giluaethwy ennwir.
tricheuryssedat kywir.
bleidwn. | hydwn. | hychdwn | hir.

Item tripartitae ita strophae sed versuum ampliorum et minus regularium le-
 guntur in quatuor locis in Mab. 3, 96. 213, ubi ejusmodi proferre dicitur cam-
 brice "*canu eglyn*." Exstant ejusmodi "*englynion*" vel epigrammatum series
 quaedam celebres inter Cambros, e. gr. inscriptae "*Englynion beddau, Engly-
 nion y chlyweid*" (strophae vel epigrammata sepulcrorum, audituum, quae se-
 pulcra heroum bellatorum, vel personarum sapientium auditas, i. e. celebres
 sententias enarrant), quae syllabarum numerum, interdum assonantiam, item
 stricte non observant, e. gr. haec (Myvyr. Archaeol. 1, p. 81 et p. 174) :

<i>Bet y March bet y Guythur</i>	<i>A glyweisti a gant Credeiliad</i>
<i>Bet y Gugawn cletyfrut</i>	<i>Verch Ludd riain wastad</i>
<i>Anoeth bit bet y Arthur.</i>	<i>Digaun da dwyd gennad.</i>

Possunt ergo distingui epigrammata strictae et solutae structurae.

Est quasi versus trium membrorum, quorum quodvis est syllabarum septem, excepto fortasse secundo excedente eum numerum una syllaba minoris accentus *he* praemissa.

Eadem constructio orationis poëticae deprehenditur in aliis carminibus etiam recentioribus. E libro dicto nigro Caernarthensi Hengurti asservato ad literas et lineas quaedam reddita sunt in operis inscripti "The Myvyrian Archaiology" prima parte inde a p. 575. Ejus codicis posteriorem partem scriptam esse saeculo duodecimo eaque multo vetustiore videri partem priorem censet Lhwydius (Archaeol. Brit. p. 225. 261 ; cf. Turner. Vindicat. p. 24 sq.). Equidem tamen scriptionem speciminum oblatorum in opere memorato aegre transtulerim ultra saeculum duodecimum, neque velim assentire Oweno, qui codicem saeculo decimo ineunti attribuit (Gramm. p. 7), immo alibi nono saeculo (in Lex. cambr. sub fine praef.).

E carmine in deum ibi obvio (Myvyr. Archaiol. p. 575) sumo partis posterioris versus hos sine distinctione ita scriptos :

Arduireau *deu. yssi un a deu. yssi tri hep ev. hep haut y amhev. awnaeth fruih afreu afop. amriffreu. Duu y env. in deu. duyuaul y kyffreu. duu y env. in tri duyuauul y inni. duu y enu in un. duuwaul ac amhun. Arduyreaue. un. isy deu ac un. issi tri arnun. issi duu y hun. Aunaeth maurth allun. amascal abun. ac nat kyworun bas ac anotun. Aunaeth tuim ac oer. a heul a lloer. allythir igcuir afflam im pabuir. aserch in sinkuir. abun hygar huir. allosci pimp kaer oty ueti wir.*

Qui sunt membris secundum hibernicam distinctionem contrapositionis :

Arduireau | *deu* || *issi un a* | *deu*
yssi tri | *hep eu* || | *hep* | *haut y amhev*
awnaeth | *fruih a* | *freu* || *a* | *fop amriffreu*
| *duu y env in* | *deu* || | *duyuaul y kyffreu*
| *duu y env in tri* || | *duyuauul y inni*
| *duu y enu in un* || | *duuwaul ac amhun.*
Arduyreaue *un* || *issi deu ac un*
issi tri arnun || *issi duu y hun.*
Awnaeth | *maurth allun* || *a* | *mascul abun*
ac nat kyworun || *bas ac anotun.*
Awnaeth tuim ac oer || *a heul a lloer*
a llythir igcuir || *a flam im pabuir*

a | serch in sinhvir | a bun | hygar | huir
a llosci pimp kaer | oty ueti wir.

“Extollam ego duplicem, est unus et duo, est tres etc.”

Infra modo inverso:

“Extollam unum, est duplex et unus,
 est triplex super nos, est deus ipse.

Fecit diem Martis et Lunae et masculum et feminam etc.

fecit calidum et frigidum et solem et lunam etc.”

eadem porro enarrationis longa et indefessa continuatione, ut est assonantiae.

Sunt membra quinque syllabarum. Assonantia finalis continuata est primum *eu* per quatuor versus, dein *i* per unum, atque *un* et *uir* iterum per plures. Assonantia initialis neglecta est interdum, in pluribus tamen facile cognoscitur.

Orationis ligatae eadem constructio cum adsit tam secunda aetate linguae cambricae quam prima, ut adest in vetustis hibernicis monumentis, quis negaverit, eam esse vetustissimam eaque usos esse vetustos poëtas, quorum nomina apud Cambros celebrantur, Aneurinum, Taliesinum?

Aneurini, poëtae vetustissimi inter vetustos (inter *Cynfeirdd*, Bardos primitivos; aetatem ejus ab a. 510 usque ad 560 statuit index poëtarum in Myv. Arch.), carmen inscriptum *Gododin*,*

* Postulanda est scriptio hodierna *gododdin*, i. e. subliquidus, a subst. adj. *taudd*, liquor, liquidus, et vetusta *gotodin*. Occurrit haec apud Nennium in nomine regionis a rege nominatae (ed. San-Marte, p. 72): “Mailcunus magnus rex apud Brittones regnabat, id est, in regione Guenedotae, quia atavus illius, id est, Cunedag, cum filiis suis, quorum numerus octo erat, venerat prius de parte sinistrali, id est, de regione quae vocatur *Manau Guotodin*.” Haec regio in parte sinistrali, i. e. septentrionali (*yled*, sinister, *gocled*, septentrio), a Venedotia, quae est Cambria septentrionalis, versus septentrionem, putanda est Cambrorum extrema regio in septentrione, quae hodie quoque dicitur Cumberland sita juxta mare hibernicum, et jam in Chronico saxonico ad a. 945, 1000 *Cumbraland*. Ei opposita est ad litus orientale regio Anglorum septentrionalium dicta Northumberland ab Humbro fluvio, divisa in minores duas, Berniciam et Deiram (cambrice ap. Nennium *Deur*, *Berneich* vel *Birneich*).

In iis regionibus facta sunt quae carmen hoc celebrat. Legitur enim apud Nennium (p. 72): “Ida filius Eobba tenuit regiones in sinistrali parte

quod inter vetustiora primo loco ponitur (Myvyr. Arch. 1, 1), exempli tam vetustioris quam amplioris causa inprimis hic memorandum est, quamvis sint omnia haec vetusta, non servata in codicibus aequalibus, in recentiorem orthographiam transscripta, interdum haud dubie a recentioribus, vetustiora non intelligentibus et, ut fit, in habitum recentiorem transformantibus, alterata vel interpolata.

Primum offero primos carminis versus, quos ob assonantiam initialem, quae interdum quidem est consociata, saepius tamen per duo membra contrapposita, et quia binis membris, id est

Britanniae, id est, Umbri maris, et regnavit annis duodecim et struxit *Dingwaroi Guarthberneich*. Tunc *Dutigirn* in illo tempore fortiter dimicabat contra gentem Anglorum. Tunc Talhaern Cataguen in poemate claudit et Neirin [Aneurin] et Taliessin et Bluchbar et Cian, qui vocatur Guenith Guaut, simul uno tempore in poemate britannico claruerunt."

Idae primi Nordhumbriae regis initium in Chronico saxonico ad a. 547 notatur. *Dutigirn* (niger dominus) nomen esse vulgare ejusdem regis, cujus proprium erat *Guotodin*, conjiciendum est. In Nennii loco posui *struxit Dingwaroi Guarthberneich* pro corrupto: *unxit Dinguayrdi Guarthberneich*. Est enim *Dingwaroi* nomen cambricum castris Berniciae superioris (cambr. *guarth*, superl. *guartham*, extremus, p. 656. 657), quod anglice dicitur *Bebbanbury*, hod. *Bamborough*, ut patet e mox infra sequentibus ap. Nennium: "Eadfered dedit uxori suae *Dingwaroy*, quae vocatur *Bebba*, et de nomine suae uxoris suscepit nomen, id est, *Bebbanburch*." Sunt etiam nomina poetarum in loco illo Nennii memoratu digno plus vel minus corrupta: *Neirin*, al. *Nuerin*, haud dubie pro *Aneurin*. E nomine *Bluchbar* transpositis literis prodit *Lubbarch*, cujus recentior scriptio est *Llywarch* (*Lyuarchhen* jam transscriptum legitur in libro Iand. 138 in descriptione agri e tempore episcopi Oudoeci saeculi sexti exeuntis, in recentioribus chartis viri nomen *Loumarch* 208, *Loumarch* 230, quaeritur num idem, an diversum). Nomina *Talhaern* et *Cian* etiam apud Bardos vetustos memorantur.

Regiones caedem septentrionales memorantur in carminis inscripti *Gododin* strophis, quae Caesaucum celebrant, duabus posterioribus ita:

*Yt dyffei Wyned a Gogledd ei rann
o gyssul mab Ysgyran.*

"Congregabat Venedotia et Septentrio (i. e. Cumbria) suam partem (suum populum)

consilio filii Scirani."

*Cwydei pym pymunt rac y llafnawr
o uyr Dewyr a Bryneich dychravr.*

"Ceciderunt quinque turmae coram ejus lamina virorum Deirae et Berniciae ferorum."

versibus singulis singuli sensus continentur, e solita cambrica serie in hibernicam contrapositionem transpono.

| *Gredyf* | *gwr oed* | *gwas* || | *gwhyr am dias*
| *meirch* | *mwth* | *myngoras* || *ydau* | *mordhuylt* | *mygr was*
ysguyt | *ysgafn llydan* || *ar* | *bedrein mein* | *buan*
cledyvawr | *glas* | *glan* || | *ethy* | *aur aphan.*

Ny bi ef a vi || *cas yrhof a thi*
gwell | *gunaf a thi* || *ar wawt dy voli.*
Cynt i waet e lawr || *no gyt i neithiawr*
cynt y'uwyd i | *vrein* || *noc yr argynrein.*
Cu | *cyveillt Euein* || | *cwl y vot ydan vrein*
march yn i pavro || *lladd un|mab* | *marco.**

“Gredyf vir erat juvenis vigorosus in tumultu,
equus rapidus jubac densae sub femore splendidi juvenis,
scutum leve latum ad latus tenue celere,
gladius lividus purus, calcar aureum et crassum.”

“Non est meum invidia inter me et te,
melius faciam tecum, in carmine te laudans.

* Primum inter bellatores Cambrorum contra Anglos poeta celebrat juvenem, cujus nomen est *Gredyf* (Gretimus, -ibus? cf. adj. hod. *graid*, ardens, verb. *greidiaw*, flagrare), sed in luctum mox vertitur de interitu ejus in proelio. Adj. *gwhyr*, i. e. *gwyr*, *guir*, *guoir*, hod. *gwair*, vigorosus, vividus, duabus syllabis proferendum ob metrum. *myngoras*, vet. *mongbras*, adj. *bras*, crassus, densus, cum subst. *mong*, plur. *mogou* gl. Lxb., leg. *mongou* (gl. comae), hibern. vet. *mong* (gl. cirrus) Pr. Cr. 63^b. *argynrein*, *argyurein*, *arcym-r.*, primus conflictus ap. Ow.; sed videtur potius idem quod *ymrein*, concubitus. Eodem modo de Caeauici interitu poeta:

cynt y gig y vleid no gyt e neithiawr
cynt e vud y vran no cyt y elawr
cyn noc argyurein e waet e lawr.

“Prior caro lupi quam unio nuptiarum,
prior victoria corvi quam unio lecti,
prior quam amplexus sanguis in solo.”

cwl y vot, debilitas ejus vitae, i. e. debilis, miserandus perit; subst. *cwl*, debilitas, adj. *cwla*, debilis, flaccidus, languidus; *bot*, inf. verbi subst. *march* in ultimo versu de bellatore ipso haud dubie intelligendum est, dicto ita ob nomen patris *Marco*. Loco lat. *equus* eam relationem non indicantis pono *cursor. pavro, bro*, terra, compositum cum obsoleta voce *pa*, quam verto latine *amplus*, an recte, nescio.

Prior sanguis in solo quam unio nuptiarum,
 prior corvorum cibus quam familiae consuetudo.
 Carus socius Oweni periens cecidit sub corvos,
 cursor per amplam terram occubuit unicus filius Marconis.”

Sunt membra quinque syllabarum. Perit interdum tam rectus syllabarum numerus quam assonantia initialis recentiore orthographia et infectione, restituitur ergo restituta prisca scriptio, e. gr. numerus quinque syllabarum in *scoit scaban llan*, pro mutato in formam recentem *ysguyt ysgafn llydan*, ubi sunt sex syllabae, quamvis in *ysgafn* desit vocalis terminationis; item si legitur *dan* pro *ydan*, *in ir pabro* pro *ym patro*. Et redit assonantia initialis in his :

| *guell* | *gunam athi* || *ar* | *guaut ti moli*.
 | *cint ir gwaet i laur* || *no* | *cit ir neithiaur*.

Majorem ante laudato heroem celebrans deinceps poëta per quatuor strophas ampliorem etiam syllabarum numerum in membris singulis adoptat et majorem sermonis ornatum. Frequens enim est praeter assonantiam finalem continuatam etiam lateralis in eodem membro, interdum in tribus vocibus obvia, diversa a copulativa continuata carminis. Cujusque membri sunt novem syllabae communiter; si non obtinet is numerus, quaeritur num causa sit recentior transscriptio, an haec tanta sermonis necessitas et structurae difficultas. Produco ob majorem membrorum amplitudinem in eadem dispositione, quae est in editione, strophas priores duas.

| *Caeawc* | *cynhaiawc men y* | *dehei*
 | *diphun ymlaen bun medd a* | *dalhei*.
 | *Troll* | *tal i* | *rodawr yn y clywei*
aur ni | *roddei naud meint dilynei*
ny chiliei o gamhawn yn y verei
waet ma! brwyn | *gomynai* | *gwyr nyt elhei*.
Nys adrawd Gododin ar laur | *Mordei*
rac pebyll | *Madawc pan atcorei*
namyn un o gant yn y delei.

| *Caeawc* | *cynnyviat* | *cyvat erwy*
ruthyr eryr yn y | *tyr pan* | *lithiwyt*.
Y amot a vu not a | *garwy*

gwell a wnaeth y arwaeth ny | gilwyt.
Rac beđin Ododĭn o dechwyt
hyder gymmell ar | vreithell | vanawyt
ny nodi nac | ygeth nag | ysgwyt
ny ellir anet rhy | vaethuwyt
*rac ergit cad | fannau catwyt.**

“Caeauc antecessor ubicunque veniebat
 partem a femina principe mulsi tenebat.
 Perforatus frons scuti ejus. Cum audiebat
 tumultum, non dabat veniam, magnopere incurrebat,
 non recedebat e proelio cum fluebat
 sanguis, ut juncos succidit viros, non abibat.

* In his duabus et duabus sequentibus strophis continentur laudes viri bellicosi cui nomen est *Caeauc*, in primis celebrati, quamquam et ipse occumbit in proelio. *Cynhaiawc*, *cint-aiawc*, praegressor, qui praeit, *aiawc* e radice verbali *a* (ire). *men*, *man* (= *magen*), ubi, quo loco. *dehei*, rectius *doi*, *deui* (veniebat). *diphun*, portio, pars, cui supponendum est vet. *depun*, hod. subst. adj. *pun*, aequalitas, aequalis (an *pon*, sarcina?), cum *di-*, *dy-*, aspirante saepius in recentiore scriptione sequentem consonam. *blaenben*, mulier apicis, puella princeps, adamata. *rodawr* = lat. *rotarius*, i. e. clypeus, a forma dictus, a *rhod*, rota. *aur*, num pro *awr*, hora, tempus proelii, an pro *aer*, acies, tumultus proelii? *dilyn*, sequi, persequi. *ciliau*, redire, tergum vertere, a subst. *ci*, tergum. *camhawn*, *cammauon*, proelium, confictus. *meru*, stillare, fluere. *atcorei*, revertebatur in patriam, a *cor*, limes, ut videtur. *Mordei*, *Madawc*, nomina cambricorum regulatorum vel principum haud dubie. *yny*, donec, sed hic in *yn y verei*, *yn y delei*, ut ante in *yn y chywei*, idem quod lat. *cum*, *quando*, vel significationis *yn* cum infinitivo loco participii: a proelio madido sanguine, memorat eum adeuntem, aggredientem.

Cynnyviat, vet. *condomiat* (cf. *dometic*, domitus, in gl. Oxon.), condomitor. Voci *cyflat* subest fortasse vetustum et absoletum *comlat*, capit; subst. *llad* alias significat bonum, donum. *erwoyt* assonantiae causa mutatum, ut videtur, est enim alias *rhaidd*, *rheidd*, hasta. *ruthyr*, aggressio, invasio. *lithiwoyt*, rectius *lithiwoyt*, hod. *llidiaw* a *llid*, ira. *amot*, hod. *ammod*, contractus, conditio, quod mox significatur voce *arwaeth*, designatio, tessera, signum militare (gall. hod. parole), quod erat in vocibus: *ni ciliwoyt*, non recessum! Sequentia indicant locum et modum interitus bellatoris, locati in insidiis. *o dechwyt*, ex quo celatus est, a *techu*, absconditum esse. *hyder*, *hy-der*, cum adj. *ter*, clarus, purus. *cymmel*, *cymhell*, *cym-pell*, compellere, urgere. *breithell*, confictus, proelium, etiam alibi apud Aneurinum. *banawyt* verb. denom. ex adj. *ban*, altus. *nodi*, protegere, tutari, a subst. *nowdd*, venia. *ny ellir anet*, cum constructione passiva verbi *gallu* (p. 528), non potest obtineri, defendi, mansio, si *anet* est pro hod. *annedd*. *maethuwyt*, vel *maethawyt*, denom. a subst. *maeth*, victus, nutritio. *ergit*, hod. *ergyd*, plaga, ictus. *cadfannau*, *cadfanau*, e *cad*, proelium, et *man* (p. 792. 862), proeliatore. *catwyt*, pugnatum est, quibuscum pugnatum est.

Non memorat Gododinus in solo Mordeji,
ante tentorium Matauci cum revertebatur.
nisi unum e centum eum aggredientem.”

“Caeauc condomitor sumit hastam suam,
incurrit ut aquila in litore cum irritata est.
Ejus signum fuit nota quae erat accepta,
bene perfecit tesseram : non recessum !
Ante exercitum Gododini ex quo celatus est
praeclarus ad urgendum proelium, quo exaltatus erat.
non tuetur nec hasta nec scutum,
non potest perfici, nimium alitus est
plagis congressorum in proelio.”

Hic quoque restituta vetusta scriptio redeunt assonantiae
quaedam :

ni | ciliei o | campau.
rac | bodin guotodin . . ar | breithell | banauit.
pro ny chyliei o gamhawn.
*rac bedin ododin . . ar vreithell vanawyt.**

Ad sistenda exempla assonantiae bisyllabae et internae sub-
jungo carmen Taiesino, qui fuit aequalis Aneurino, adscriptum in
narratione de hoc poëta addita editioni narrationum codicis rubri
(Mab. 3, 348. 349; cf. idem sed valde alteratum in Myv. Arch. 1,
36). Inscribitur “*Bustl y Beirdd*” (fel, ira, Bardorum), quia Bardus
vel potius Bardorum ordo invehit in Cleros vel reliquias Druidum
ordinis delapsas in cantorum mendicantium pravorum statum.”

| *Cler o gam arfer a arferant*
| *Cathl annuwiol yw ei moliant*
| *Cerdd arwag ddiſtan a ganant*
| *Celwydd bob amser a arferant*

* Tam de Aneurino quam de aliis vetustis Cambrorum Bardis eorumque
carminebus doctissime disputat libellus inscriptus: “A Vindication of the ge-
nuineness of the ancient british poems of Aneurin, Taliesin, Llywarch Hael,
and Merdhin, with specimens of the poems. By Sharon Turner. Lond. 1803.”

** Haec vocis *Cler* interpretatio legitur apud Owenum. Monachos eorundem
morum saeculo decimo lege publica castigavit Edgarus Angliae rex (cf.
San-Marte, *Arthursage* p. 23). De armoricis Cleris etiam hodiernis cf. *Ville-
Barz.-Br.*, praef. p. XXXVI.

Gwirionion | ddyinion a | ddyfalant
Priodol wragedd hwy ai llygrant
Gwirionion forwynion mair a halogant
Au | hoes au | hamser yn ofer a dreuliant
| Gwirionion | gweinion a ddyfalant
Y nos y meddwant y dydd y cysgant
Yn segur heb lafur ydd ymborthant
Yr eglwys a | gassaant ar dafarn a | gyrchant
A lladron ac udion a | gydfymiant
Llysoedd a gwleddoedd y amofynant
| Pob | parabl dibwyll a grybwyllant
| Pob | pechod marwol a ganmolant
Pob salwedd fuchedd a arweddant
| Pob. | pentref pob tref pob gwlad a grwydrant
Gafaelau angau nis pryderant
Lety a chardod fyth ny roddant
Gormodau o | fwydau a | fwythaant
Llaswyr na phader nis arferant
| Degwm ac offrwm y | dduw nis talant
Gwyliau a seiliau nis addolant
Mewiliau na chatcor nis ymdorant
Adar a hedant pyscod a nofiant
Gwenyn a felant pryfed a ymlusgant
| Pob | peth a ymdeith y ymill ei borthiant
Ond cler a lladron | diogion | difwyniant.

Ny | chablaſ fi nar gerdd na | cherddwriaeth
Cans | duw ai rhoes rhag | drygau'r galaeth
Onid hwn ai harwain o | gamlywodraeth
*Am | gablu Iesu ay wasanaeth.**

* Vocabula quaedam notatu digna: *arfer*, usus, *ar-mer. cathl, cathyl*, cantus, hymnus. asonantiae causa vetusta scriptio *cathol* et mox pro *arweg* adj. *arwean* idem fere significans restituendum videtur. *annuwiol, anduwiol, andi-
ciau*, adj. deriv. a *duw*, deus cum particula privativa. *diflan*, vanus, unde verb. *diflanu*, evanescere. *cehoydd*, mendacium, falsitas. *dyfalant*, illudunt, *dy-malu*, denom. a *mal*, similitudo, cum *dy-* = *do-* particula fortasse adhuc qualitatis, hibern. *do-*, opposita particulae *so-*. *llygru*, corrumpere, polluere. *halogi*, contaminare, denom. ab adj. *halawc*, pollutus; subst. plur. *halou* (gl. stercora) gl. Oxon. *morwynionmair*, an puellae Mariae, sanctimoniales? *yn ofer*, adv. adj. *ofer*, vanus, inutilis, improbus. *treulhaw*, consumere. *gweinion* plur. adj. *gwain*, vividus,

“Cleri iniquo usu utuntur, ·
 Hymnus profanus est eorum panegyricus,
 Cantum vacuum vanum canunt,
 Mendacio quovis tempore utuntur,
 Probis hominibus illudunt,
 Nuptas mulieres corrumpunt,
 Probas puellas Mariae profanant,
 Et suam aetatem et suum tempus rebus vanis consumunt,

alacer, puto positum loco *gweision*, *gweison*, pueri, juvenes, assonantiae causa. *cassau*, *casau*, denom. a subst. *cas*, odium, invidia. *udion*, cui in margine additur *odion*, vox incognita, fortasse cum praecedente ac legenda *anudion*, adjectivum e quo derivatum *anudon* (periuria). *cydfymiant*, consociantur, compos. cum verbo denom. *mymiau* obsoleto. *crybwyllau*, annuere, memorare, indicare. *canmoli*, collaudare, praep. *cant* cum *moli*, unde supra obvium subst. *molianant*. *salwedd*, indignitas, improbitas, ab adj. *salo*, vilis, despectus. *buchedd*, armor. *buhez*, vita, alias *bywyd*. *arwedd*, conducere. *crwydraw*, vagari, denom. a subst. *crwydyr*, migratio. *gafaelau angau*, captiones, arreptiones mortis, i. e. pericula. *cardod* = lat. *caritas*, unde *cardotta*, caritatem flagitare, i. e. mendicari, vox tamen primitiva celtica non minus quam nomen dei primarii Gallorum *Teutates* (cambr. *teutaut*, hod. *teodarod* masc., ab adj. *tes*, densus, firmus), cum sit radix vulgatissima *car* vocalis brevis et derivatio *-tit* (p. 809), utraque primitiva celtica. *gormod*, abundantia. *bwydau*, cibi. *mrythaant*, leniunt, denom. ab adj. *mwyth*, lenis, tener, videtur rectius *bwydaant*, fruuntur, a *bwyd*, quo fit etiam major sonorum congruentia. *llawyr* juxta *pader*, pater noster, oratio dominica, significationis liturgicae; apud Ow. *llawyr*, frigiditas aëris, matutina. *gwyl*, hibern. vet. *fel*, *feil*, dies festus. *seiliau* transformatum ob assonantiam, ut videtur, a *sul*, *dydd sul*, *dyw sul* vel simpliciter *sul*, dies solis; hodie *sul a gwyl a gwaith*, dies dominicus, dies festus et operarius. A subst. *sail*, pl. *seiliau*, significatur fundatio, fundamentum; an ergo error poeticus consulto factus? *addoli*, adorare, venerari. *meswiliau*, *mywyliau*, vigiliae. *catgor*, *cadgor*, festum solemne. *ymdorant*, curant, hod. *dori*, afflictum esse, affine verbo defectivo *tawr*, *dawr* (p. 557). *hedant*, volant, hod. *hedeg*, *hedegu* (volare), *hed*, volatus. *noflaw*, natare. *molu*, mellificare. *ym-lusgaw*, se trahere, repere; *llusgaw*, trahere, tendere. *ymdeith*, hod. *ymdaith*, ambulare, laborare (cf. hibern. vet. *inthetau*, *inthecht*). *ynnull*, *ynnullaw*, acquirere, adipisci. *porthiant*, victus, unde supra *ymborthi*, ali, nutrire se. *ond*, i. e. *onid*, *onit*, nisi. *diogion*, adj. *diawg*, piger. *disfwyniant*, inutilis; subst. *mwyniant*, usus, cum part. priv. *di-*. *cabtu*, reprehendere. *drygaur galaeth*, i. e. *drygau yr galaeth*, mala tristitiae? *drygau* a subst. *drog*, malum. *calaeth* subst. fem. obsoletum, an affine adj. *calet*, durus? hod. *galaeth* significat viam lacteam. *arwain*, *arwein*, ducere, vehere (cf. vet. gall. *covinus*, hibern. *fen*, p. 116), i. e. agere. *camlywodraeth*, adj. *cam*, curvus, malus, improbus, et *llywodraeth*, gubernatio (p. 818), idem significans quod supra *camarfer*.

Probis juvenibus illudunt,
 Nocte mulso fruuntur, die dormiunt,
 Secure sine labore nutriuntur,
 Ecclesiam devitant et tabernam quaerunt,
 Cum latronibus perjuris consociantur,
 Aulas et epulas scrutantur,
 Quamque vocem insanam intimant,
 Quodque peccatum capitale collaudant,
 Quamque profanitatem vitae ducunt,
 Per omne oppidum, omnem vicum, omnem regionem vagantur,
 Pericula mortis non curant,
 Nec domicilium nec eleemosynam unquam dant,
 Abundantibus cibis epulantur,
 Psalmis et oratione non utuntur,
 Decimas et oblationes deo non solvunt,
 Diebus festis et dominicis non venerantur,
 Vigilias et caerimonias non observant.
 Aves volant, pisces natant,
 Apes mellificant, vermes repunt,
 Quodvis operatur ad consequendam nutritionem
 Exceptis Cleris et latronibus pigris inutilibus.

Non reprehendo ego cantum et cantorum artem,
 Nam deus ea dedit contra malae tristitiae,
 Nisi eum qui ea agit iniquo usu
 Ad reprehendendum Jesum ejusque servitium."

Praeter communem copulam *-ant* enarrationis reprehendentis et *-aeth* strophae finalis in membris hanc praecedentibus omnibus laterales assonantiae et internae inveniuntur, quae tamen non semper sunt plenae. Terminationes *-ion*, *-iau*, *-iant*, quae videntur bisyllabae, ob metrum hic potius monosyllabae putandae sunt (leg. *-jon* etc.), sed constituunt bisyllabas assonantias accedendo ad internas in vocibus indicatis *guirionion ddyinion, gwyliau mewiliau* aliisque.

Quodvis membrum novem syllabarum esse solet. Hic quoque scriptio vetusta restituta assonantias initiales recentiore abolitas reducit, e. gr. in his: *guirionion | moroinion | mair*, pro *forwynion mair*. Fit hoc praecipue in quatuor primis membris, ornatibus prae omnibus aliis, et in ultimis quatuor, per quae assonantia *c* dominans eo modo prodit:

Cornica et armorica monumenta poëtica vetustiora si superessent, haud dubie etiam affinitatis suae omnia signa prae se ferrent. In recentioribus deest assonantia initialis, adest tamen adhuc quaecunque alia structura.

Etiam in hodiernis carminibus populi armorici, quae vir de literis armoricis in primis meritis, cujus nomen clarissimum est Th. Hersart de la Villemarqué, collegit et edidit, assonantia finalis nonnisi monosyllaba obtinet. Terminat duos versus aut majoris ambitus syllabarum duodecim, tredecim vel quindecim, qui caesura in medio in duo membra divisi sunt,* aut minoris ambi-

Item in carmine quod Taliesino attribuitur in narratione de hoc poëta, et quod incipit (Mab. 3, 351):

<i>Ef awnaeth panton</i>	<i>Aphum canmlynedd</i>
<i>Ar laur glyn Ebron</i>	<i>Heb fewr ymgeledd</i>
<i>Ai ddwylo gwynnion</i>	<i>I' bu en gorwedd</i>
<i>Gwriw lun Adda.</i>	<i>Cyn cael anima.</i>

Sunt mirae voces finales linearum copulantium, ut *Adda* (= *Adam*) in *gwriw lun Adda* (dignam formam Adami, creavit deus), latinae plerumque, ut in *cyn cael anima*, et in sequentibus: *Ar dir Assia*, *Hyd at Efa*, *Crist fab Alpha*, *Hyd Sabrina*, *Tir Sazonia*, *Ond gwyllt Walia* (leg. -ja). Inveniuntur tamen latinae voces et haec triadica stropha etiam in aliis carminibus Taliesino tributis.

* E. gr. in quartae editionis operis inscripti "*Barzaz-Breiz*. Chants populaires de la Bretagne. Par. 1816" tomo 2, p. 318 invenitur major omnibus aliis ambitus, qui est idem qui obtinet in hymno Secundini in S. Patricium (p. 920), in carmine, cujus exordium est:

Ha disul rintin pa zaviz || mont da gas ma zaoul er mez,
Me gleve va dous o kana || hag he anaiz diouc'h he moez,
Me gleve va dous o kana, || kana ge, war er menez,
Ma me mont da zavel eur zon || o kana ganthi ivez.

Est assonantia copulativa continuata per hanc stropham, non tamen in sequentibus. Sunt pauca tantum ejusdem ambitus cum octo syllabis in priori et septem in posteriori membro carmina (2, 232. 345). In pluribus sunt septem syllabae in primo, sex in secundo membro, e. gr. 1, 237:

Etre parrez Pouldergat || ha parrez Plouare
Ez euz tudientil taouang || o sevel eunn arme.

Rarius iidem numeri inversi sunt (1, 272):

Braoan merc'h dijentil || a oa drema tro-war-dro,
Eur plac'hik triousec'h vloa, || Gwenolaik hi hano.

Syllabae sex in utroque membro (1, 240):

Endra vinn er brezel || lec'h eo red din monet,
Da biou e roinn me || ma douzik da viret?

tus syllabarum octo plerumque, raro novem vel sex. Sunt ergo illi versus cum assonantia copulativa, hi membra versus cum assonantia contraposita secundum veterum codicum dispositionem. Si est minor ambitus, occurrunt interdum ternae assonantiae, i. e. strophae triadicae, ut apud Cambros. Excepta assonantia majoris ornatus, initiali, interna vel laterali, manent ergo hodie quae praeae constructionis poeticae formae.

Ampliores et magis ornatas constructiones in strophis ostendunt carmina harum dialectorum in codicibus servata jam non adeo vetusta.

Cornicum poema de passione Christi constructionis versuum veterem formam bene servavit. Compositum est enim versibus duorum membrorum cum septenis syllabis, ut carmina vetusta hibernica decurrentia in distichis cum assonantia contraposita vel copulativa, et ab his eo differt, quod quatuor versus assonantia copulativa continuata, eaque duplici, in stropham sociat. Exempli causa sisto strophas duas 232. 233, de sepultura Christi.

*Josep the Christ a vynnas || y arrow hay thefregh whek
Yn venner del [ve] yn vhas || hag as ystynnas par dek
Adro thy gorf y trylyas || sendall rich yn luas pleg
Hâ Marya len a ras || ganso trest ha morethek.*

Ita et alibi (2, 224. 440). Assonantia contraposita in membris octonarum syllabarum (1, 314):

Petra a ia gad ar mene? || Eur runn meod du gradann e.

Rariora membra novenarum vel senarum syllabarum (2, 62):

Ne vinn, a-vad, beleg na manac'h, || laket em euz ma spered er plac'h.

Sena in distichis vel in strophis quatuor linearum in editione (2, 462):

*Jezus! peger braz vo || plijadur ann eneo,
Pa vint dirak doue, || hag enn he garante.*

Stropha triadica cum octonis syllabis in lineis (1, 50):

*Ho mabik sakr c'hui a virez,
Me ma hini me a gollez.
Truez ouzin mamm a druez!*

Non inveniuntur strophae ampliores cum assonantiis in certis lineis respondentibus, ut in armorico poemate de S. Nonita, in quo contra nulla est membrorum divisio ob eam stropharum constructionem magis implicitam.

Ena vn lowarch ese || ha ynno byth io parys
Den marow rag receve || newyth parys nynio usys
Corf Jesus Christ yntrethe || then logell a ve degis
*Hag a hoys the crowethe || yno eff a ve gesys. **

“Josephus Christo composuit femora et brachia dulcia,
 Modo ut consuetum erat, atque ea deterisit pure,
 Circum ejus corpus volvit pannum divitem in multis plieis,
 Et Maria plena gratia cum eo tristis et sollicita.

Ibi hortus erat et in eo sepulcrum paratum,
 Ad hominem mortuum recipiendum, nuper paratum, non erat ejus usus.
 Corpus Jesu Christi ab eis ad locandum est portatum,
 Et in longitudine ad quiescendum ibi est relictum.”

Armoricum poëma vitam S. Nonitae dramatice sistens personis agentibus sermonem aut breviorum aut longiorum attribuit compositum strophis quatuor vel sex vel plurium versuum, interdum etiam pauciorum quam quatuor. Jam editor animadvertit (in praef. p. XXVI), in stropha quatuor versuum assonantia copulativa alternante primum versum concinere cum tertio et secundum cum quarto, in stropha sex versuum primum cum secundo et tertium cum sexto et quartum cum quinto, in stropha plurium versuum sex postremos tractari ac si essent separati.

Versus stropharum constituuntur aut denis syllabis aut octonis, rarius senis. Assonantia finalis semper est monosyllaba in duabus vocibus, rara per plures continuata. Praeter copulativam lateralem, quam comitari solet etiam interna, ut in carmine cambrico de Cleris, dominatur per totum hoc drama.

* In primae strophae secundo versu immissum a me *ve* tam a constructione quam a metro postulatur. Vocabula minus usitata: *y arrow*, femora ejus, plur. *garrow* a *garr*, cambr. *gar*, *garan*. *whas*, mos, secundum interpretationem anglicam vetustam, aliunde ignotum, armor. *boas* Buh. 142, 19, hod. *boaz*, hibern. vet. *bés*. *lowarch* pro *lowarth* in editione (cf. p. 817). *byth*, sepulcrum, non haesitavi restituere pro *nyn* editionis, quamvis haec scriptio dudum adfuerit necesse est, cum anglicae versionis duo codices manuscripti exhibeant mala constructione “now” et “not”. Cornicae formae *byth* vel *beth* respondent cambr. *bedd*, armor. *bez*. *yntrethe*, inter eos, portatores, i. e. ab eis. *crowethe* pro *wrowethe* editionis mendosae tam secundum metrum quam alium locum 25, 3: *ow crowethe* (jacens, in lecto; cf. *κράβατος*?). Male item 179, 1: *war an grows the wrowethe* (ad jacendum in cruce) contra metrum.

Exempli causa sufficient strophae e sermone S. Gildasii duae senorum versuum maximi syllabarum numeri, qui assonantiis lateralibus ternis, quarum tertia interna saepius est, ornati esse solent. Damnat iram una, pigritiam altera (p. 70. 72).

*Buaneguez ez buhez naz bezet
na gra quet clem na lem na blasphem quet
na millic quet dre nep drouc apetit
na gra da den nep termen drouc en bet
gra a pep vice iusticc diualicc net
pacientet en bet so dleet dit.*

*E dieguy so muy mar studiez
euel un foll an oll ez em collez
preder maz ez na maz dleez bezaf
berr ha estlam leun a blam eo namser
bez diligent a comanant antier
ne deuz mecher ne galler differaf.**

“Ira in vita tua ne sit tibi,
ne fac reprehensionem nec laesionem nec blasphemiam,
ne maledic per aliquod malum desiderium,
ne fac alicui aliquo tempore malum omnino.
Fac cujusvis vitii iustitiam sine malitia;
patientem esse omnino te oportet.

* De vocabulis notanda: *buaneguez*, hod. *buanegez*, ira, ut *silvidiguz* (salus) Buh. 52, 14, hod. *silvidigez*, terminationis minus usitatae *-igez*, *-egz*, cambr. *-igaeth*. *clem*, *lem*, hod. *klemm*, reprehensio, opprobrium, *lemm*, incisura instrumento facta, ergo laesio. *millic*, hibern. vet. *maldach*, transsumtum lat. *maledicere*. *en bet*, in mundo, significationis intensivae causa adesse videtur. Scriptio *cc* pro *s* rara est in vocibus armoricis, e. gr. in *cacc*, *digac* (cf. *a ve gesys*, relictus est, Pass. 233, 4), frequentior in vocibus romanice transsumtis pro gall. hod. *-ice* in hoc libro, ut in his tribus consociatis.

Dieguy, indiligentia (cf. p. 97, not.). *an oll ez em collez* (omnem te perdis, p. 872). *berr ha estlam leun a blam* construo: *berr ha leun a estlam ha blam*, breve et plenum admirationis et reprehensionis; hod. *estlam*, admiratio, *blam*, contrariae significationis. *a comanant*, transsumta romanica dictio, ut videtur, et minus perspicua, an *e consequenti, igitur? ne deuz mecher ne galler differaf*, non habet labor, non potest differri, puto significare sensu gradationis id quod supra latine expressum est. *mecher* etiam hodie idem quod gall. hod. *metier*, operatio, opera. In Buh. 32, 14: *mecher no neuz quet*, incommodum, durum, est, quod non habemus; proprie: labor est. *ne galler* constructio passiva verbi *gallout* (p. 528).

Indigentiae, quae est nimia, si indulges,
 ut stultus omnem te perdes.
 Cogita qui sis et qui debeas esse;
 breve et plenum honoris et dedecoris est tempus.
 Sis diligens propterea omnino;
 non licet, non oportet differre laborem.”

Initialis assonantia cum non animadvertatur in plurimis strophis, non debet etiam statui propter *b* inchoantem in vocibus *buanequez, buhez, bezet, blasphem* in primis versibus strophae alatae prioris, et hic, vel si alibi idem interdum occurrit, fortuito potius quam consulto factum id putandum est. Ut in hujusmodi strophis versus fere quisque ternas assonantias a latere principalis vel copulativae offert, in strophis minoris versuum ambitus etiam eadem structura adest; attamen rarius ternae in his, communiter binae tantum assonantiae laterales occurrunt, quarum secunda interna esse solet, praecedens assonantiam copulativam vel syllabam versus finalem.

Forma poësis celticae hactenus in exemplis tam vetustioribus quam recentioribus vel hodiernis demonstrata magis ornata apparet, quam cujusque alius gentis forma poëtica, et magis ornata in vetustioribus monumentis celticae linguae ipsius, quam in recentioribus. Quo majori ornatu haud dubie effectum est, ut jam a temporibus cadentis Romani imperii celtica forma, primum integra, dein ex parte, non solum in latina, sed etiam in aliarum linguarum carmina transsumeretur, atque in eis persisteret.

APPENDIX.

SPICILEGIA ET SPECIMINA E CODICIBUS.

Spicilegia vel dictiones et sententias collectas unius tenoris, e. gr. grammaticalis sive moralis, et specimina vel partes integras e codicibus praesertim hibernicis tam exercitii quam modi interpretationis veterum glossatorum accuratius cognoscendi causa subjungere hic in fine operis incongruum certe non est, et modo addere commentationem ita propositis, modo omittere, ut harum literarum amicus facilioribus quibusdam imbutus ipse deinceps periculum faciat in aliis. Britannicis quae deinceps sequuntur, rarioribus et vetustioribus in unum locum collectis, omnibus commentarius addendus videbatur.

I. Hibernica.

A. Dictiones grammaticales.*

Sonus.

Fogur (sonus, pronuntiatio): *fogur .z. for .d.* (gl. saepe d scribentes Latini hanc, z, exprimunt sono, . . antiquissimi Me-

* Codex Sg. refertus hujus generis dictionibus intelligendus est, cum non citatur alius. Qui alii, quando sermo est de rebus grammaticalibus, cum

dentius dicebant pro Mezentius, Prisc. 1, 6; i. e. sonus z pro d) Sg. 11^b. *comocus afogur díblínaib* (gl. placuit loco digamma v pro consonante, quod cognatione soni videbatur affinis esse ea litera, Pr. 1, 4; i. e. propinquus sonus utrimque) 6^a. *emith infogur nisín* (gl. eum proprie sonum, quem nunc habet f, significabat p cum aspiratione, Pr. ibid.) 5^b. *foguir* (gl. soni, cognatione) 6^a. *not inchoisc* .i. *pronuntiationis* .i. *inchumachtaí* 7 *infogair* (gl. litera est nota elementi) 3^b. *emith ifogur* (gl. nec in sono) 6^b. *hifogur* (gl. in pronuntiatione, gl. sono) 9^a. 9^b. *réil ærsoilcthe beoil ocafoger isindlucsin* (gl. m apertum in principio sonat) 14^a. *derbaisindisín. derbfogur* (gl. ipsae pronuntiationes) 3^b. *fri mifogur* .i. *doailigud foger frialaile* .i. *corob bind infogur* (gl. excipitur alternitatis causa, quam Graeci ἐπαλληλότῆτα vocant, unum pando pandus, ne si pandidus dicamus, male sonet alterna d in utraque continua syllaba, Pr. 4, 6) 59^a. *ónd nephchomfogur* (gl. literarum inconsonantia) 152^b. *nephfograigthí* (gl. inconcinna) 138^a.

Liter, carachtar (litera): *liter sain* (gl. alia litera) 6^b. *na teora litreso* (hae tres literae) 10^a. *carachtar digaim, carachtar idigaim* (litera, figura digam.) 5^a. 7^b. *carachtra* (gl. literae; i. e. figurae literarum), *ní dichárachtraib* (gl. non de literis dicimus sed de pronuntiatione) 3^b. *bad liter sain .g 7 bith charac. naill dí am. sodain* (gl. marg. ad Prisc. 4, 6: q si alia litera est existimanda quam c, debet g quoque, cum similiter praepositur u amittenti vim literae, alia putari et alia, cum id non facit; i. e. esset alia litera g et esset alia figura ei hoc modo) 6^b. *inna tóranda* (gl. figurae, literarum) 4^a. *indtóraind* (gl. ex qualitate, i. e. figurae) 3^b.

Abbgitir (alphabetum): *ordd abbgitir dorat forsna consona* (ordinem alphabeti dedit consonis) 23^b. *ordd abbgitir inso* (ordo alphabeti hoc) 24^a. *trigné forsínappgitir* (gl. terna alphabeta; i. e. tres formae pro alphabeto) Cr. 33^a. Vox alias significans *principium, exordium*: *abgitir crabait* (gl. elementa exordii sermonum dei) Wb. 33^a. *apgitri* (gl. elementa), *apgitrib* (gl. sub elementis hujus mundi) Wb. 19^d.

aicniud, in natura, proprietate, potestate; subst. *aicned* (natura): *ní airice aicned. fadidmed aicned acht dondeamaing anisú* (gl. naturae necessitate vel fortunae casu, Prisc. 8, 1) Sg. 137^b. *docoid tar recht naicnid hinnun* (gl. cis naturae leges) Sg. 217^b. *iarnaicniud* (secundum naturam) Sg. 161^b. Inde transitus in alias significationes: origo, causa, proprietas, habitus, significatio (de vocibus), in simplici substantivo et composito: *cesu locdatu aaicned and. cesu frierich deisú aaicned som* (gl. cis per translationem et de tempore; i. e. quamvis localitas origo, proprietas, primitiva significatio) Sg. 217^b. *ní baicniud naicéne taisten act isaicniud pectho doforchosalsam ó adam* (gl. eramus natura filii irae; i. e. non causa primæ creationis sed peccati causa, quod recepimus ex Ad.) Wb. 21^b. *ní forcainaicned .i. ní sochruth* (gl. vir si comam nutrit, ignominia est illi; i. e. non habitus vester, non honestum est) Wb. 11^c. *issuaicned cenéul ní dofuisim 7 dofuisemar* (gl. genera sunt duo, quae sola novit ratio naturae) Sg. 61^a. Magis huc quam ad aliam originem pertinere videtur vox obvia in Wb. *sudichnid* (: *combad sudichnid leosom*, ut sit nota, signum, eis) 26^b, atque statuenda corruptio tam terminationis quam consonae radicalis in hac et in formula frequenti *issuaichnid* (est significatio) 3^d. 10^a. *ishudichnid* 7^a. *isiaichnid* 16^c. 23^d. *issudichnid* 28^a. *issudignid* 8^c. *issudicnid* 13^a. Adj. *aicnete* (naturalis): *ní fail dechor cenéul aicneti indib arnitat masc. ná femi. secundum naturam* (gl. non naturae significatione) Sg. 61^a. *innafolud naicneta* (gl. in aliud quod jam ante erat suppositum in propria naturali positione; i. e. in ejus significationem naturalem, primariam) Sg. 198^a. Adverb. *indaicnetid* (gl. naturaliter) Sg. 211^b. Ejusdem radices sunt etiam *aicmae* (genus) Sg. 34^b, *aicisú* (causa, effectio), ex quo *aiccenogud* (causa, causatio) Sg. 215^a. 216^a, *indaicendaid* (gl. causa, adv.) Sg. 74^b. Respondent cambrica *ach* (genus), *achmon* (inguen; cf. p. 173). *denum*, gen. *denmo*, facere; *ingabail*, frequentius *imgabál*, gen. *imgabáile*, vitare, substantiva verbalia. Forma *imgabáil*: *imgabaid et bad treit arishuisse aimgabáil* (gl. fornicationem fugite) Wb. 9^d. Cum sit etiam duplex compositio *innimgabim* (vito, p. 955) Sg. Wb., quaeritur annon sit statuenda in hoc significatio actionis reflexivae, ut in armor. *emtenet, ememtenet* (se recipere; cf. p. 847. 871). *maith, uile*, gen. post substantiva verbalia; *uile do denum*, mali ad faciendum, mali faciendi.

29. "Cum evanescit dies cum actionibus et curis, quae fiunt in eo, accedit postea vicissim nox pro eo, ut obliviscamur harum curarum, in quibus sumus interdiu, per quietem noctis." *Tét dichiumn*, ite de capite, facie, decedit, evanescit; *dichiumn* formula loquendi, ut *archiumn, archonn* (p. 577). *tét, it, dotét*, adit, venit (p. 491). *imned*, tribulatio, cura, subst. neutr. ser. II; plur. Ml. 22^d: *cid na inneda forodamassa cose nomferat domasthirriuch* (gl. possent mihi ad emendationem vel solae sufficere, tribulationes); ideo pro *inna imned* videtur legendum *innan imned*, gen. plur. *gniter*, fiunt, pass. verbi *gnú, dognú*, facio. *imthanu*, vicissim, alternatim; videtur subst. *imthánu* vel *imtháne*, vicissitudo, alternatio, adverbialiter positum (p. 564). Terminatio *-ad* accusativi legitur in Sg. 181^a: *innimthánad* (gl. talionem) et in Wb. 13^a: *tri-*

nammarni inna imnedsin imbiam isindlathiu trichumsanad inna aidche (gl. diei tempus, in quo curarum fluctus et sollicitudines experimur, noctis vicissitudo excipit, relaxatis otio corporibus et oblivione in locum angoris admissa) Ml. 21°.

29. *Horudeda indfeuil fornsaib cnamaib cita biat iarum in-*

sanimthanada (per hanc eorum alternationem), quaeritur an pro *-id* (p. 273). Conferendum etiam *tánise* (alter, secundus, p. 316). *aidche*, nox, fem.: *dénam suainemun inaidchi precept fridei* (gl. in labore et fatigatione nocte et die operantes) Wb. 21^d. 26^b. *tarhæsi*, plenius *tarahési*, pro eo, post eum, diem (p. 617). *condermanammarni*, ut obliviscamur: *dermet* (gl. oblivio), *anasidermatach* (gl. oblitus) Ml. 23^d. 28^b, *nombia dermatach* (gl. qui me oblivisci faceret) Ml. 20^a, radicis MEN memoratae in n. 14; *der* particula intensiva (p. 834), in hoc composito in significationem privationis et perditionis transiens. *imbiam*, in quibus sumus, *i-m-biam*, *biam* cum praep. *in*, *i* et *m* relativa. *cumsanad*, quies, intermissio: *cumsanath*, *cumsanad* (gl. quies) Wb. 33^b. *airde serce mbre insin aforaidmetsom cenchumsanad issindárnigdi cenchumsanad* (gl. memoriam vestram facimus semper in orationibus nostris sine intermissione memores fidei vestrae; i. e. signum magni amoris hoc, memoria ejus sine intermissione in oratione sine intermissione) Wb. 21^c.

29. "Ex quo defecit caro in ossibus, primum sunt postea ossa in tribulatione; cum pertulit corpus passionem tribulationis, accedit postea in sensum internum animae." *Horudeda*, ex quo defecit, tabefacta est; *ó rodeda*, praet. sing., ut plur. paulo ante in eodem loco codicis: *ho rudedaat* (gl. tabefactae carnes), numquid ejusdem radicis cum *diad*, *dedenach* (finis, finalis)? Sed est etiam subst. *tedm* (tabes): *ontedmain indaccumuil* (gl. tabe consortii) Ml. 15^b, obvium etiam in compos. *teidmlenamnach* (gl. pestilentes, vocat) Ml. 15^a. *indfeuil*, caro, *feuil* cum art. fem.; est hodie quoque hibern. *feoil*, gen. *feola*, gael. *feoil*, *fedla* fem. *incnamai*, *fornsaib cnamaib*, ossa, in ossibus; subst. *cnám*: *ochnáim* (gl. ex osse) Sg. 106^a. *cita*, primum; alias *cets*, *cets* (p. 569). *ifochaid*, in tribulatione, aegrimonia; rectius secundum usum communem *ifochaid*, *ifochid*. *huasringaib*, ex quo excessit, pertulit; pro *ó asringaib*, *asroingaib*, praet. verbi decomp. *as-in-gaibim* (excedo): *cosindbrud* .i. *cosindepert asingaib méit* (gl. cum emphasi) Ml. 23^a. *ciasingbat árim déisillab. comparití 7 superla*. (gl. nec mirum: comparativa et superlativa duarum excedunt numerum syllabarum, . . . nec mirum etc.; i. e. quod excedunt numerum bisyllab. comp. et sup.) Sg. 44^b. *isáram hilair la lait. acht asringba éen* (est numerus pluralis apud Latinos, si excessit unum) Sg. 71^a. *istim. acht asringba oin syl.* (gl. ante finem corripitur da, in datus, dare etc.; i. e. est correptum cum excesserit unam syllabam) Sg. 169^a. *acht asringba déisyllabchi* (gl. ultra duas syllabas) Sg. 167^a. *fulach* loco *fulang*, cujus verbi occurrunt et aliae formae (cf. n. 12), infinitivus vel substantivum putandum est propter sequentem genitivum *inna fochodo* substantivi feminini *fochid*, cujus nom. cum art. fem. *indfochith* obvius est supra in n. 12. Pro *fochide* enim haud dubie est forma *fochodo* cum duabus *o* assimilatione ortis, ut fit in aliis femininis

cnamai infochaid. huasringaib corp fulach inna fochodo dotet iarum dochum indfolaid tanaidi inna anmæ (gl. tabefacta carne etiam ossa sentiunt; tribulatio exeso corpore usque ad animae interiora pervenit) *MI. 22^d.*

30. *Rofitir 7 etirgein ni diulc inti lasmbi indencae. ni fitir im. olc netir inti bis isindencae* (gl. innocentes ut sunt infantes) *MI. 24^a.*

C. Sermonis de abnegatione et compassione
fragmentum e codice Camaracensi.

In nomine dei summi. Siquis uult post me uenire abneget semet ipsum et tollet crucem suam et sequatur me. *insce inso asber arfeda ihu. fricach noein dincene laduine arenindarbe analchi ood ocus apectha ocus aratinola soalchi ocus arenairema futhu ocus airde cruche archrist ceinbes ichomus coirp ocus anme aire-sechethar sclictu arfedot indagnimrathib isaire asber.*¹ Siquis

(p. 260). *dochum indfolaid tanaidi*, ad sensum internum; *dochum* cum gen. (p. 620). Opposita sibi inveniuntur in *Wb. 9^c: asinfolud tanidiu* (e sensu interno) et *assinfolud apersain na colno* (e sensu corporis, sensu corporali; praep. nom. *a persain* p. 619). *folad*, sensus (p. 970); adj. *tanide* alibi non legi.

30. "Scit et discernit aliquid de malo is, apud quem est innocentia; nescit autem omnino malum is, qui est in innocentia." *Etirgein*, distinguit, discernit, novit, de cuius radice videsis sub n. 9. *ni*, res, aliquid (p. 707); *ni diule* in codice male scriptum pro *ni diulc*, aliquid de malo, mali; non enim licet legere *diuilc*, cum *uilc* forma sit genitivi, non dativi. *lasmbi*, apud quem est, *la-sm-bi* (p. 350). *indencae*, innocentia; subst. fem. *ence* (ser. IV), unde mox negligentius *isindencae* pro *isindencai* (= *isindenci*), ab adj. obvio in *MI. 32^a* in gen. plur.: *innan ennac* (gl. innocentum), hibern. hod. *eannech*, innocens. Differt adj. subst. *cense* (modestus, modestia): *bad chensi friedch* (gl. modestia vestra nota sit omnibus hominibus; i. e. este modesti versus omnem) *Wb. 24^b. ar incensai* (gl. propter morum modestiam) *MI. 31^c. im.*, lege *imorra* (p. 668); *netir*, adv. *etir*, omnino, cum *n* prosthetica (p. 55. 568).

1. "Sermo hic dicit inductionem Jesu ad quamcunque passionem per hominem, ut abigat malas operationes a se et peccata sua et ut colligat bonas operationes et ut suscipiat formas et signa crucis pro Christo quamdiu est in obedientia corporis et animae, ut sequatur vestigia quae ducunt in bonis cogitationibus, ideo dicit: siquis vult etc." *Insce* (pro *insge*, *insige* e rad. *saigim*?) fem., oratio, sermo, verbum, in *Sg. Wb.* (cf. p. 972) et *MI. 35^c: insce ds ismou ade dim indaas insce duini* (gl. majori auctoritate; i. e. verbum dei majus hocce

uult post me uenire abnegit semet ipsum et tollet crucem suam
ocuis ticsath achruich et sequatur me *ocuis numsicethre isee arn-*
diltuth dunn fanissin mani cometsam deartolaib ocuis ma fristos-

quam est verbum hominis). *inace inso*, oratio, sententia haec; constructio non solita pro *indincesso*, ni fortasse separanda est vox *inace* ut indicans per se sola praecedentem sententiam, ob comma vel punctationem quandam quam exhibet codex post eam. *arfeda* vel *arfedat* (adest enim amplius lineae ductus sed minus clarus), inductio, exemplum, ut videtur, cui subest simplex verbum: *fedar* (gl. ferri, referri) Sg. 210^a. *fedir dochum nacha rainne aile* (fertur, ducitur, refertur ad aliam partem) Sg. 188^a. *afedme* (gl. circumferentes) Wb. 15^b. Eadem radix subesse videtur decomposito subst. *tinfed* (aspiratio; *do-in-f.*, p. 855) Sg. et verbo in Wb. 14^d: *hore doninfedam etargne cr. dochach* (gl. Christi bonus odor sumus). *cach noein*, pro *cach noen*, *cach den*, quisque (p. 267). *dincene*, alibi mihi non obuium, nescio recte conferatur cum hod. hibern. *dingin* (urgeo, trudo), *ding* (cuneus), et statuatur in hoc nostro loco significatio necessitas, incommodum, passio. *la duine*, ita legenda est scriptio monstrosa codicis primo intuitu *ladyfine*; est enim *f* perperam scripta signata puncto, i. e. delenda, et *v*, i. e. *u*, adscripta vel juncta praecedenti *d* ob spatii angustiam. In sequentibus verbis *arenindarbe*, *aratinola*, *arenairema*, *airesechethar*, infra in *aureocica*, semper praecedit conjunctio *aran*, *ara* (ut, p. 680), quae hic et formas *aren*, *aire*, *aure* induit. *indarbe*, exheredet, repellat, abigat (p. 848). *analchi*, cum particula privativa *an-* idem quod *dualchi*, malefacta, cui opponitur *suatchi*, *soalchi* (cf. p. 832). *ood*, *uad*, ab eo, a se; praep. *e*, *ua* cum pron. suff. (p. 590). *apectha*, peccata sua; *peccad. tinola*, colligat; *do-nola* (gl. adplicat) Ml. 25^b, addita amplius praep. *con-* in Sg. 66^b: *lase conrothinnoll* (gl. colligendo). *airema*, accipiat, suscipiat, pro *airfema*, quae scriptio etiam obuia est in Wb. 8^d: *ciarfemthaso* (gl. si accepisti; praes. secund. 2. pers.), dum alibi frequentior est *arfoimim*. *futhu ocus airde cruche*, formas et signa crucis; *futhu* acc. plur. masc. a *fuath*: *isfuath neperta* (gl. figura; i. e. forma, figura loquendi) Sg. 137^b. *fuath et delb abaisom form* (gl. configuratus morti ejus, Christi) Wb. 21^a. *inna fuath* (gl. linearum, figurae; gen. plur.) Sg. 3^b. *airde*, signa, acc. plur. neutr., ut in Wb. 26^a: *dogéna sáibfirtu et sáibairde* (faciet falsa miracula et falsa signa, Antichristus). Formae hae et signa crucis significant idem quod infra *cenele cruche*, *martre* (genera crucis, martyrii). *cein des*, dum est (cf. inter sententias n. 4 et p. 675). *ichomus*, vox obscurae formae primo intuitu, quae possit videri subjectum sententiae, quia cum praep. *i*, in, deberet esse *icomus*; puto tamen etiam hic ut alibi interdum (p. 66) *ch* positam esse loco *f* et legendum *ifomus*, cui confero hodiern. *fomis*, obedientia. *airesechethar*, ut sequatur (p. 82. 446. 447). *schictu arfedot*, vestigia ducentia, i. e. Jesu de cujus ductione ante dictum est. *schictu* pro *schictu* acc. plur. masc.; hod. hibern. *shiocht* masc., vestigium. verb. *arfedot*, ut infra sequentia *tuthegot*, *tuesmot* cum terminatione *-ot* alternante cum relativa *-te*, quae est aut insolita relativa aut pro solita *-at*, *-it* (cf. *saithor* infra, in Wb. *sáithar*). *indaginrathib*, in bonis cogitationibus; comp. *dagimrd* (p. 826) cum *n* mire immissa inter adj. et subst. *aire*, *airi*, ideo (p. 342).

*sam dearpecthīb issi tiosāl archruche duun furnn ma arfoimam ammnit ocus martri ocus coicsath archrust amail assindbeir alaile*² et no. crux cippe a cruciatu dicitur et duobus modis crucem domini bailamus cum aut per abstinenciam carnem efficiamus aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram esse putamus qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate crucem portat in mente ut paulus ait portate honera uestra inuicem sic adimplebitis legem xpi. *ocus asbeir daniū indapostol*³ flete cum flentibus gaude[te] cum gaudentibus si patiatur unum membrum compa-

2. "Et sumat crucem suam et sequatur me. Est haec abnegatio nostra ipsorum, si non obedimus cupiditatibus nostris et si renuntiamus peccatis nostris; est haec sumtio crucis nostrae in nos, si suscipimus tribulationem, martyrium et compassionem propter Christum, ut dicit alius: et nomen crux quippe etc." *Ocus*, supra *ocus. ticsath*, sumat, verbum memoratum inter sententias in n. 15. *numsechethre*, sequatur me, pro *numsechethar, noms.*, cum terminatione *-re* minus solita, pro qua vix legendum est *-se*, pronominis 1. pers. nota augens, cum sit clara scriptio literae *r. isse*, alias *isē, ishé*, ut mox *issi, issi*, pron. demonstr. masc. fem. (cf. p. 891). *diltuth*, negatio, abnegatio (cf. p. 992). *arndiltuth dunn fanissin*, abnegatio nostra ipsorum, ut mox *archruche duun* (p. 892. 893). *cometsam*, audimus, obsequimur; verbi simplicis exempla videsis in spicil. B. n. 9. *deartolaib, dearpecthīb*, pro solito *diartolaib, diarp.*, i. e. *doart.*, *doarp.* (p. 598). *fristossam*, renuntiamus, puto conferendum cum verbo obvio in Wb. 33¹: *ducuitig tarais fadeissin* (juravit per se ipsum), *huaiskiu taratoissed* (nobilior per quem juraret), et compositum cum praep. *fri* esse significationis *abjurare, ejurare, renuntiare. ticsēl*, sumtio, subst. verbale verbi supra obvii, fem. ut *gabēl. archruche* negligentius pro *arcruche*; post *arn, ar* enim nulla infectio. *ammnit* videtur idem subst. quod scriptum *imned* (tribulatio) occurrit in Wb., ut infra sequens adj. *ame* in Wb. est *imde*, derivatum. *coicsath*, subst. e verbo quod infra sequitur: *aure coicsa fricach*, ut cuivis compatiatur (succurrat?); radix est eadem quae in supra dicto verbo *ticsath* (= *do-icsath*) et in *tucu* (cf. supra B. n. 15). *archrust* negligenter procul dubio pro *archrist*, ut est supra et infra. *amail assindbeir alaile*, ut dicit alius; quae antecedunt sunt verba Christi eorumque interpretatio. Pertzius pro *amail* legit *amcul*, et ita apparet etiam in imitatione quae penes me est; sed non dubium, quin vox sit conjunctio frequentissima *amail, amal*.

3. "Et dicit porro apostolus." *Daniū*, infra bis *daneis*, porro, ut patet e contextu, videtur forma adverbialis, e radice fortasse quae est in *imthēnad, tēnisse* (cf. B. n. 28), et differre a conj. *dano, dono* (p. 665). *indapostol* pro *intapostol* (*intapatal* in Wb.); formae negligentiores articuli etiam infra sequuntur: *inailē corp* pro *intuile corp*, *nagalar* pro *angalar* vel *anggalar*, ut mox legitur, *ind. noēb. apostol*, *indglasmartre*, pro *innoebapostol, inglasmartre, dundaib abetolaib* pro *dunaib, donaib abetolaib*.

cientur omnia membra *airisse abees mabeth nagalar bec for corp duini magorith loch cith inechuis nu inelaim nu inemeraib fogeir anggalar inuile corp issamlith iscomadas duun chanisin fogera cach nesn. oire nundem membur uli du dea nach cessuth ocus na calar bess fairechomnessam amail assindbeir ap.*⁴ quis scandalizatur et ego non uror quis infirmator et ego non infirmor. *nifil huidea autrubert ind. noeb. apostol inso ombub ade sence ba calar do galar caich ba frithorgon do frithorgon chaich ba lobre do*

4. "Nam mos est, si est morbus parvus in corpore hominis, si dolet locus vel in ejus pede vel in ejus manu vel in ejus digitis, compatitur morbum totum corpus; ita decet nos ipsos, compatiatur quisvis próximo, quia sumus membra omnes deo, ne sit passio nec morbus in suo próximo, ut dicit apostolus: quis scandalizatur et ego non uror?" *Airisse*, i. e. *airisé*, supra *isee. isé abees* videtur loquendi formula, in qua *a* potius pronomen possessivum habendum est quam articulus. *gorith*, dolet, aegrotat, ut videtur, ad quod verbum etiam *vix* non pertinent sequentia *fogera, fogeir*, subdolet, compatitur, et subst. *gorte* obvium in Wb. 10^d: *mani predag atbél arócht et gorti. bith moirc domsa arócht et gorti manipredach* (gl. necessitas mihi incumbit, vas enim mihi est, si non evangelizavero, 1. Cor. 9, 16; i. e. si non praedico, intereo necessitate et dolore, fame, erit interitus mihi ob etc.), hibern. *hod. gorta, gort*, fames. Omnino disjungenda videntur *goire* (pietas), *goiris* (gl. magis pius) Sg., verba *goraim* (calesfacio), *gairim* (voco). *loch* potest, cum supra sit *archruche* pro *arcruche*, esse pro *loc, luc, lucc*, locus, frequens in Wb. et Sg. Sequentium vocum disparatio in codice est: *inechuis nui nelaim nuin emeraib*; sed sunt distinguendae, ut supra. *nu* alias *no*, *na* scribitur, et *ine* alias *ina*, in ejus, praep. *in* cum pron. poss. 3. ps. (p. 347). *cuis, laim, meraib*, dat. subst. *cos*, pes, *lám*, manus, *mér*, digitus; pro solita junctioe *cíd — cíd* (sive — sive, p. 673) hic est *cith — nu — nu. iscomadas*, congruum est, oportet (cf. B. n. 4). Notatu digna est scriptio *chanisin* pro *fanisin*: supra *fanissin*, cum *n* infixá in formam *feisin* ob 1. pers. plur. (p. 372). *nesn*. breviatum procul dubio, cum linea sit supra ducta ut in aliis vocibus breviantia, nescio an recte legam *nessamin*, proximum (cf. p. 287). *oire*, alias *óre, uare, uaire*, quia, conjunctio nominalis postulans relativam *n* in sequente verbo substantivo *nu-n-dem* e *nodem, nodam* a forma *dáu, atáu. membur*, lat. membrum, neutr. plur. *dea*, deus, pro solito *día*, gen. *dés*. *cessuth* referendum ad subst. *ces* (p. 955) vocalis radicalis brevis, nisi est legendum *cessath, céath* (passio) Wb. Sg. *na calar pro nad galar*, vel *nach galar* ut praecedens *nach cessuth* (p. 702. 703). *na calar bess*, ne sit morbus qui sit etc.; videtur obtinere ellipticus loquendi modus, ut sit sensus: ne sit morbus proximi sui, quem non compatiatur quisvis, qui continetur etiam mox sequente sententia. *fairechomnessam*, in proximo suo *athis forachomnessam* (gl. opprobrium adversus proximum), *athis foir ho chomnessam* (opprobrium in eum a proximo) Ml. 36^a. *faire* pro *fora* etiam hic ut supra *ine* pro *ina*.

*lobre chahic issamlith hiscomadas ducach omonni aure coicsa fri-
cach inæsech ocus inædommetu ocus inaelobri adciam isnaib inscib
sco eulis indæcni ascenel cruche adrimther incoicsath⁵ filus tre-
chenelæ martre daneu adrimiter arcruich duduinu madesgre
baan martre ocus glas martre ocus derc martre⁶ issi inbân mar-*

5. "Non differt quod dixit sanctus apostolus hoc, e quo sumo hunc sen-
sum, quod est morbus ei morbus cujusvis, quod est offensio ei offensio cujus-
vis, quod est infirmitas ei infirmitas cujusvis. Ita oportet quemvis e nobis ut
compatiatur cuius in ejus necessitate et in ejus inopia et in ejus infirmitate.
Cognoscimus in orationibus sapientiae et prudentiae, quod genus crucis nu-
meratur compassio." *Huidea*, abest, differt, si est pro *huada*, *uata*, *óta*: se-
quitur enim interpretatio praemissae sententiae apostoli. *autrubert*, *atrobert*,
asrobert, dixit (p. 841). *ombub* videtur forma futuri primae personae, an *o-m-
bub*, *ombeub*, *beub* pro *benub*, decidam, sumam? *sence* vox item obscura, alibi
non obvia, ni est a manu scriptoris saepe minus expedita pro *ensce*, *insce*,
sententia, sensus. *ba calar* pro *bad galar*, quod est morbus. *do*, ei, apostolo,
ut infra: *issi indglas martre do* (hoc est glaucum martyrium ei) pro solita scrip-
tione *dó*. *frithorgon*, offensio, contumelia, a verb. *frithurg*, *fridure* in Wb.
14^a: *na fridoirced nech dialailiu et do dia* (gl. omnia vestra in caritate fiant;
i. e. ne offendant aliquis in alium et in deum), compos. e *fris-*, *frith-* (p. 845.
846) et radice *org*, *orc* (cf. p. 71). *chahic* pro *caich*, *chaich* procul dubio; in
codice scriptum est *cahic*, et modo ante *caich*, *h* minori addita supra *c* in utro-
que loco. *hiscomadas*, supra *iscomadas*. *omomni* videtur forma vetusta minus
solita pro *uanni* (e nobis), intromissa inter praepositionem et pronomen suf-
fixum syllaba *-mon-*, ut est *-hon-* cambrice, e. gr. in *ohonaf*, a me, *ohonat*, a
te, ab eadem praep. *o*, ni subest obsoletum subst. *mon* obvium ap. O'Flan.
p. 176: *rolecci acem imnon cloich* (percussit ipsa caput suum ad lapidem). *aure
coicsa*, pro *airecoicsa*, *arecoicsa*, ut modo supra *autrubert* pro *atrubert*. *inæ*,
supra *inæ*, in ejus. *sech* ejusdem radice videtur, quae subest verbo *fosegim*
obvio in Ml. 33^a: *indí fodamsegatsa* (gl. qui tribulant me), in Wb. 14^b: *fon-
segar* (gl. tribulamur). Addendum fortasse *saich* e Wb. 8^o: *eter maith et
saich* (gl. uniuscujusque opus manifestum erit). *dommetu*, inopia, paupertas,
ab adj. *domme*, pauper. *adciam*, videmus, cognoscimus (p. 839). Memorabilis
est locus sequens *sco eulis indæcni*, in cujus voce prima video particulam *scoo*
(et, p. 664), et notanda praemissio voculae ante genitivos duos *eulis* et *æcni*
(nom. *eulas*, *æcne*) dependentes a praecedente *inscib*. *adrimther*, numeratur,
aestimatur, mox plur. *adrimiter* (cf. p. 912, not.).

6. "Sunt tria genera martyrii porro, quae aestimantur pro cruce homini,
scilicet album martyrium et glaucum martyrium et rubrum martyrium." *Filus*,
peculiaris forma derivata, obvia et infra, nusquam tamen in codicibus nostris
aliis, e verbo substantivo *fil*. *trechenelæ*, infra *trecenele*, accus. plur. subst.
cenele neutr., cum num. *tre-* (p. 310), dependens ab antecedente verbo (p. 894).
Est formae *cenele* (p. 245) pluralis ob sequentem plur. verbi *adrimiter*. Sequi-
tur infra et altera forma *cenel* in plurali: *congaitetar inna trechenel martre*.

tre duduiniu. intain scaras ardea fricach reet carisærcicesa ami na laubir noco⁷ issi indglas martre do intain scaras friathola leol cessas saithor ippennit ocus aithrigi⁸ issi inderc martre do foditu chruche ocus diorcne archrist amail tondechomnuchuir dundaib abstolaib oc ingrimmim inna cloen ocuis oc forcostal recto dee⁹ congaihetar inna trechenel martreso issenib colnidib tulhegot

madesgre, scilicet, puto ortam vocem, simili modo ut ipsa haec latina, e verbo *esgre*, dicis, 2. pers. sg. ab *esgrim* (*as-gairim*; cf. *forcongrim*, praecipio) et conj. *mad*, si dicis. Adj. *baan*, mox *ban*, albus, in Sg. *ban* (gl. exsanguis, p. 737); *glas*, glaucus, in Sg. *glass* in comp. *dubglass* (gl. coeruleus) 70^b; *derc*, ruber, unde deriv. *dercaide* (gl. rubrenus) Sg. 35^b.

7. "Hoc est album martyrium homini, si separatur propter deum a quavis re, in qua amat multas illecebras voluptatum." *Scarad frinech*, separari ab aliquo (p. 608). *reet*, *rét* masc., res. *carisærcicesa*, vox difficilis jam lectu ob literas inter se implicitas inter duas *s*: disjungo *cari*, alias *cari*, *cara*, amat, et subst. *særcicesa*, cui suppono subst. *serc*, *sêrc* (amor), a quo fuerit adj. *særccech* (amabilis) et subst. *særciches* (amabilitas, illecebra), plur. neutr. *særcichess* formationis ut *senchassa* (p. 750). *ami* adj. plur. ab *ame*, quod perhibeo esse vocem primitivam derivati *imda*, multus (p. 75). *na laubir*, vox etiam infra dicta inter res caras et pretiosas, sed aliunde mihi ignota; videtur esse hic genitivi plur. *noco*, i. e. *oco*, apud eum, in eo, scilicet *rét* masc., cum a prothetica; indicat in fine locatum relationem fortasse (p. 893).

8. "Est hoc glaucum martyrium ei, cum separatur a cupiditatibus suis, insuper patitur laborem in poenitentia et emendatione." *Do*, ei, homini. *leol*, e praep. *le*, apud, in, et *ol*, ultra, junctio alibi mihi non obvia, significans, ut videtur, lat. *insuper*. *cessas*, *céas*, forma relativa. *saithor*, in Wb. *sáithar*, gen. *sáithir*, labor (p. 250). *ippennit*, *ipennit*, in poenitentia, vox latina hibernice formata, ut *abstainit* (abstinentia) in Wb., obvia quoque in Wb.: *adlaig bis ocpennit* (gl. contemptibiles qui sunt in ecclesia, 1. Cor. 6, 4) 9^c. *cen pennit et non facere bonum* (gl. nolite fieri imprudentes, Ephes. 5, 17) 22^c. Vox idem significans propria hibernica est sequens *aithrige* fem., quae scribitur alibi *aithrige*: *inti adeirrig treprecept do ispreceptuir side iarnaitirigi* (gl. omne quod manifestatur lumen est, propter quod dicit: surge qui dormis et exsurge a mortuis, Ephes. 5, 13) Wb. 22^c. *gnim indaithirys cesad afodaitis* (gl. poenitet illum sui; i. e. actio poenitentia, passio, passivum, ejus toleratio) Sg. 137^b. De forma *aithrech*, *aidrech* supra disputatum est sub B. 2. Verbum cum formula decomp. *do-aith-*, *taith-*: *atbélmis et ní taidirsed nech huann* (gl. sicut Sodoma facti essemus) Wb. 4^d.

9. "Est hoc rubrum martyrium ei, toleratio crucis et interemtionis propter Christum, ut id factum est apostolis in persecutione impiorum et in doctrina legis dei." *Do*, ut supra, ei, homini. *foditu*, alias *foditús*, toleratio, a verb. *fodaimim*, tolero, suffero. *diorcne*, occisionis, interemtionis, gen. subst. fem. *diorcun*, compos. et deriv. ut alia, e. gr. *frithorcun*, *seorcun*, e radice *orc*, *org* jam memorata. *tondechomnuchuir*, factum est, cujus significationis

*duguthrigi scarde friatola ceste saithu tuesmot afuil maini ocus ilaubuir archrist*¹⁰ *filus daneu trecenele martre attalogmar alder aranetat hami fochrici manoscomalnamar*¹¹ castitas in iuventute continentia in habundantia et **

satis frequens est forma decomposita *forchomnuicuir*, *forcomnacuir*, juxta quam tamen etiam occurrit *tecomnuicuir* (= *do-aith-com-n.*): *tecomnuicuir inso isairi didiu asbiursa ambuith immallei dús inrictar indalandi trialaille* (gl. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, 1. Cor. 7, 14; i. e. evenit hoc, ideo dico etc.) Wb. 10^a, unde scriptio purior in hoc loco esset *donecomnuicuir*, cum *n* relativa post *amail*. *dundaib̄* pro *dunaib̄*, ut modo *tond* pro *ton-*, *don-*. *oc ingrimmin*, in persecutione (cf. p. 266). *inna cloen*, impiorum, ipiquorum; adj. et subst. in Wb.: *nate niclón* (gl. numquid iniquitas apud deum? absit! i. e. non est iniquus) 4^c. *sóifitir iclóini* (gl. in omni seductione iniquitatis; nom. *clóine*) 26^a.

10. "Continetur tria genera martyrii haec in carnalibus, qui abjurant voluntates, separantur a cupiditatibus suis, patiuntur tribulationes, offerunt sanguinem suum, opes et voluptates suas propter Christum." *Congaibetar*, concipiuntur, continentur. *inna cenelo*, haec genera; pron. demonstr. *in* — *so* plures voces includens (p. 893). *iesnib̄ colmidib̄*, in carnalibus, adj. plur. (p. 891), rebus, ut videtur; sed fortasse melius subintelligendum est hominibus ob sequeus pron. possess., et verb. *congaibetar* cum praep. *in* interpretandum; pertinent ad homines. *iesnib̄* supra *isnaib̄*, praep. *in*, *i* cum articulo. *tuthegot*, *tuesmot*, verba terminata ut supra *arfedot*, alternantia cum *scarde*, *ceste* terminationis relativae *-te* (p. 457). *tuthegot*, decomp. *do-fo-th*. confero cum verbo obvio in Wb. 33^d: *ducustig tarais fadeissin* (juravit per se ipsum; = *do-cotig* aut pro *do-fo-tig*, cf. cambr. *tong*, jusjurandum), e quo in eodem loco *taratoissed* et supra *fristossam*, formatione satis abnormi ob transeuntem *g* in *s* (p. 62) et accedentem, ut videtur, insuper elisionem. *duguthrigi*, vox in hac forma aliunde mihi ignota, possit putari scripta pro *dufuthrigi* (*g* = *ch* inter duas vocales pro *f*, ut *ch* supra in *chanisin*) et posita in acc. sing. vel plur. a *dufuthrige* fem., pro quo in Wb. *duthracht*, *defuthracht* (voluntas, p. 66). *saithu*, acc. plur. subst. masc. *sáith* (hod. *saoth*, tribulatio) in Wb. 23^d: *robói som ingalar et ropo sáith líbsi ón* (gl. moestus erat propterea quod audieratis illum infirmatum, Philipp. 2, 27). *tuesmot*, profundunt, perdunt: *beesti olea doesmet fuili archródatu* (gl. Cretenses malae bestiae; i. e. m. b. quae profundunt sanguines ob insolentiam) Wb. 31^b. *isliud lou teistiú fuile* (gl. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; *teistiú* solvendum puto in *do-esm-tiú*, amissa *m* ut in *foditiú*) Wb. 2^b. *afuil*, sanguinem suum, acc. fem. ut in Wb. 20^d: *tresinfiul storidí. tresinfiul opirtaldí* (per sanguinem corporalem, spiritualem). *maini*, opes, pretiosa, acc. plur. ut in Wb. 23^d: *ni arsduti na maini* (non ob pretiosa et opes), et in Sg. 33^a: *airindí atreba maini indí* (gl. lonarium). *ilaubuir* procul dubio pro *claubuir*, *al.*, subst. *laubuir* jam supra (sub 8) obvium cum pron. possessivo 3. pers. sing.

11. "Sunt porro tria genera martyrii, pro quorum cruciatu gratias agimus; supersunt nobis multae remunerationes, si complemus ea." *Attalogmar*, VOL. II.

D. Specimen interpretationis codicis
Prisciani Sangallensis.

Interpretatio capitum de litera, de dictione, partium orationis proprietate, nomine.

Lib. I. cap. II. Litera est minima pars vocis compositae, hoc est, quae constat ex compositione literarum. Minima est autem quantum ad totam comprehensionem vocis literatae,¹ ad hanc enim etiam productae vocales brevissimae partes inveniuntur;² vel quod omnium est brevissimum eorum, quae dividi possunt, id quod dividi non potest. Possumus et sic definire: litera est vox, quae scribi potest individua. Dicitur autem litera vel quasi legitera, quod legendi iter praebeat, vel a lituris,³ ut quibusdam placet, quod plerumque antiqui in ceratis tabulis scribere solebant. Literas autem etiam elementorum vocabulo nuncupaverunt⁴ ad similitudinem mundi elementorum.⁵ Sicut enim illa coeuntia⁶ omne⁷ perficiunt corpus, sic etiam hae conjunctae literalem vocem, quasi corpus⁸ aliquod, componunt, vel magis vere corpus. Nam si aër corpus est, et vox, quae ex aëre icto constat, corpus esse ostenditur; quippe cum et tangit⁹ aurem et tripartito dividitur, quod est suum corporis, hoc est, in altitudinem, latitudi-

plur. 1. ps. cum pron. relativo infixo a verbo obvio in 1. ps. sing. in Wb. 3^b: *athuchur doidia* (gl. gratias ago deo; cf. p. 340 et B. 8). *aleder*, vox aliunde non cognita, ad quam explicandam afferre possum nonnisi hod. hibern. gael. *leodraim*, *kodraim*, lacero, contero, anglo. *aranetat*, supersunt, futura sunt, nobis, verb. comp. *arátá*, *arátá* (p. 477) cum pron. pers. 1. pers. pl. infixo. *hami* videtur adj. *ami* jam supra obvium substantivo postpositum, ut regula est, hoc loco praemissum ob emphasin, ut videtur. *fochrici*, remunerationes; sing. *fochricé* (p. 779). *manoscomalnamar*, si implemus ea, *comalnamar*, *comalnammar* (p. 446) cum pron. pers. *s* infixo. Horum trium martyrii vel abnegationis generum deficit post particulam *et* tertium, et sermonis hoc exordium vel pars aliqua tantum exstat.

(Sg. 3^b) 1 .i. *hi coindeile ingotho comther chomruicthi o litrið* 2 .i. *deithbir lîm na litras olchanae*

3 *ua lenomnaib* 4 .i. *conepertar doib elementa* 5 *innan dula* 6 *cach di dîil* 7 *innuile*

8 .i. *corp suis* 9 .i. *cani deithbir*

nem,¹⁰ longitudinem, unde ex omni parte¹¹ potest audiri. Praeterea tamen¹² singulae syllabae altitudinem quidem habent in tenore, crassitudinem vero vel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore. Litera est igitur nota elementi¹³ et velut imago quaedam vocis literatae, quae cognoscitur ex qualitate¹⁴ vel quantitate¹⁵ figurae linearum.¹⁶ Hoc ergo interest inter elementa¹⁷ et literas,¹⁸ quod elementa proprie dicuntur ipsae pronuntiationes,¹⁹ notae autem earum literae. Abusive tamen et elementa²⁰ pro literis et literae pro elementis vocantur. Cum enim dicimus non posse²¹ constare²² in eadem syllaba r ante p, non de literis dicimus,²³ sed de pronuntiatione²⁴ earum; nam quantum ad scripturam,²⁵ possunt conjungi, non tamen enuntiari nisi postposita²⁶ r. Sunt igitur figurae¹ literarum, quibus nos utimur,² XXIII. Ipsae vero pronuntiationes³ earum multo ampliores. Quippe cum singulae vocales denos⁴ inveniuntur sonos habentes, vel plures, ut puta a litera brevis quatuor habet soni differentias, cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur, et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur, ut habeo habemus, abeo abimus. Longa vero eadem sex modis sonat, cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut hamis hamorum hamus.⁵ Et rursus cum sine aspiratione et acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut arae ararum ara. Similiter aliae vocales possunt proferri. Praeterea tamen i et u vocales,⁶ quando mediae sunt, alternos inter se sonos videntur confundere,⁷ teste Donato, ut vir, optimus, quis. Et i quidem, quando post u consonantem loco digamma functam aeolici ponitur brevis, sequente d, vel m, vel r,

10 *indasian* .i. *imbucai l. lethit* 11 .i. *dindrediu remeperthu* 12 *cemitha fodaitter indrann insce*

13 .i. *not inchoisc* .i. *pronuntiationis* .i. *inchumachtai* 7 *indfogair* 14 .i. *indbraind* .i. *cruidna l. dirge l. uoca. l. consonans* 15 .i. *omnit diflescaib bis haintorunt* .i. *mad den flesc is .i. mad difhes is .n. ri.* 16 .i. *inna glomsathe l. inna fuath* .i. *ishe ingloinathe caractor inna liter*

17 .i. *cumachtai* 18 *carachtra* 19 .i. *derbaisidlein. derbfogair* 20 .i. *indhuad airberthach bith* 21 .i. *archuit aisidisen* 7 *fogair* 22 .i. *hiteoug iuin* 23 *ni dicharachtraib* 24 .i. *isarchuit fog. ni ruba nand ni archuit scribind* 25 .i. *meit asidoscibund* 26 .i. *anasniarmuidigthe .r. ut pro ri.*

(A*) 1 .i. *inna thranda* 2 .i. *lainmorib* 3 .i. *fogair* 4 .i. *deichthi* (in marg.) *coic deich coica* 5 .i. *ceath*

6 .i. *iss. apus remeperthae* 7 .i. *fogur cehtar de aralailiu* 7 *fog. na*

vel t, vel x, sonum y graecae videtur habere, ut video, vim, virtus, vitium, vix. U autem quamvis contractum, eundem tamen, hoc est, y habet sonum, inter q et e, vel i, vel ae diphthongum positum,⁸ ut que quis quae. Nec non inter g et easdem vocales, cum in una syllaba sic invenitur, ut pingue, sanguis, linguae. In consonantibus etiam sunt differentiae plures, transeuntium in alias et non transeuntium, quippe diversae sunt potestatis.

Cap. III. Accidit igitur literae nomen, figura, potestas. Nomen, velut a, b. Et sunt indeclinabilia tam apud Graecos elementorum nomina quam apud Latinos, sive quod a barbaris inventa dicuntur, sive quod simplicia¹ haec et stabilia² esse debent, quasi fundamentum omnis doctrinae immobile,³ sive quod nec aliter⁴ apud Latinos poterant esse, cum a suis vocibus vocales nominentur, semivocales vero in se desinant, mutae a se incipientes vocali terminentur, quas si flectas,⁵ significatio⁶ quoque nominum una⁷ evanescit.⁸ Vocales igitur, ut dictum est, per se prolatae⁹ nomen suum ostendunt. Semivocales vero ab e incipientes et in se terminantes, absque x, quae ab i incipit per anastrophem¹⁰ graeci nominis xi, quia necesse fuit, cum sit semivocalis, a vocali incipere et in se terminare, quae novissime a Latinis assumpta post omnes ponitur¹¹ literas, quibus latinae dictiones egent.¹² Quod autem ab i incipit ejus nomen, ostendit etiam Servius in commento¹³ quod scribit in Donatum his verbis: Semivocales¹⁴ sunt septem, quae ita proferuntur, ut inchoent ab e litera et desinant in naturalem sonum, ut ef, el, em, en, er, es, ix. Sed ix ab i inchoat. Id etiam Eutropius confirmat dicens: Una duplex x, quae ideo ab i incipit, quia apud Graecos in eandem desinit. Mutae autem a se incipientes et in vocalem e desinentes, exceptis

liter naile airriusom .i. e ar .s. ut hominem (in marg.) arba des lasuidib .u. tarhesi ni. ut pessumus pro pessimus 8 .i. anassuidigthe

(4^b) 1 *airbit comiuidich. oafograib liter naile maduellatar .i. comrob comiuidig. liter no sill. indib frisona geniten sil. 2 .i. cen diall 3 q. ni ceir infotha utmall 4 .i. nisi indeclinabilia 5 .i. uo. 7 semivo. 7 mut.*

6 .i. indinne bis indib riam .i. inne ainmichthe. iest dan inne ainmich guthaich. atercbal treo fesein nabad iamlaid son dim maduellais rl. 7 .i. lu diall 8 .i. tinaid 7 atbail .i. facheirt in alios sonos

9 *ocrdlad ananmas 10 .i. treimpith 11 .i. ordid airic fil fairsi 12 air lignitir dam uadisi 13 .i. hieintractad 14 ith se inna briathra*

q et k, quarum altera in u, altera in a finitur, sua conficiunt nomina. H autem aspirationis¹⁵ magis est nota. Figuræ accidunt quas videmus in singulis literis. Potestas autem ipsa pronuntiatione, propter quam et figuræ et nomina facta sunt. Quidam addunt etiam ordinem, sed pars est potestatis literarum. Ex his vocales dicuntur, quæ per se voces perficiunt, et sine quibus vox literalis proferri non potest,¹⁶ unde et nomen hoc præcipue sibi defendunt.¹⁷ Ceteræ enim, quæ cum his proferuntur, consonantes appellantur. Sunt igitur vocales numero quinque, a e i o u. Utimur autem etiam y vocali graecorum causa nominum. Consonantium autem aliae sunt semivocales, aliae mutae. Semivocales sunt, ut plerisque Latinorum placuit, septem, f l m n r s x. Sed f multis modis ostenditur muta magis, de qua post docebimus. Z quoque utimur in graecis dictionibus. Hæ ergo, hoc est, semivocales, quantum vincuntur a vocalibus,¹ tantum superant mutas. Ideo apud Graecos quidem omnes dictiones vel in vocales vel in semivocales, quæ secundam² habent euphoniā, desinunt, quam nos sonoritatē³ possumus dicere, apud Latinos autem ex maxima parte, non tamen omnes. Inveniuntur enim quaedam etiam in mutas desinentes. Semivocales autem sunt appellatae, quæ plenam vocem non habent,⁴ ut semideos et semiviros appellamus, non qui dimidiam partem habent deorum vel virorum, sed qui pleni dii vel viri non sunt.⁵ Reliquæ sunt mutae, ut quibusdam videtur, numero novem, b c d g h k p q t. Et sunt, qui non bene hoc nomen putant eas accepisse, cum hæ quoque pars sint vocis; qui nesciunt,⁶ quod ad comparationem bene sonantium ita sint nominatae, velut informis dicitur mulier,⁷ non quæ caret forma, sed quæ male est formata, et frigidum dicimus eum, qui non penitus expers est caloris,⁸ sed qui minimo hoc utitur. Sic igitur etiam mutas, non quæ omnino voce carent, sed quæ exiguam

15 .i. *isairi nistabur la .k 7 q* 16 .i. *rann insce ní tergabab ade dím 7 ní fograigther cen guttai* 17 .i. *adsuidet*

(5*) 1 .i. *semi* .i. *noch isméit fornúaislich. són* 2 .i. *inbindius tánaise indegaid nguttæ* 3 .i. *bindius*

4 (in marg.) *Niarindí bed leth ngotho nobed indibsem q. ishulliu. s. q. plenam uocem non habent sicut uocales* 5 .i. *tre thesbaid naich baill dindéilb* 6 .i. *hihé dodmainetar insin indí q. r.* 7 .i. *michruthaigthe* 8 .i. *intesa*

partem vocis habent. Vocales etiam apud Latinos omnes sunt ancipites⁹ vel liquidæ,¹⁰ hoc est, quæ facile modo produci modo corripì possunt, sicut etiam apud antiquissimos erant Græcorum ante inventionem η et ω ,¹¹ quibus inventis s et o , quæ ante anticipites erant,¹² remanserunt¹³ perpetuo breves,¹⁴ cum earum productarum loca possessa sunt¹⁵ a supradictis vocalibus semper longis.¹ Sunt etiam in consonantibus longæ, ut puta duplices x et z . Sicut enim longæ vocales, sic hæ quoque longam faciunt syllabam. Sunt similiter ancipites vel liquidæ, ut l et r , quæ modo longam modo brevem post mutas positæ in eadem syllaba faciunt syllabam. His quidam addunt non irrationaliter m et n , quia ipsæ quoque communes faciunt syllabas post mutas positæ, quod diversorum confirmatur auctoritate tam² Græcorum quam³ Latinorum. Ovidius in decimo Metamorphoseon: Piscosamque Guidon, gravidamque Amathunta metallis. Euripides in Phoenissis: Ἰσότηρ ἔταξε κατ' ἀριθμὸν διάριας. Idem in iisdem: Ἀπωλόμεσθα, δύνω κακῶ σπεύδεις, τέκνον. Invenitur tamen etiam m ⁴ ante n positum, nec producens ante se vocalem more mutarum. Callimachus: Τῶς μὲν ὁ Μηνησάρχους ἔφη ξένος ᾧδε συναινωῖ.

Cap. IV. Apud antiquissimos Græcorum non plus sedecim erant literæ, quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem servaverunt perpetuam.⁵ Nam si verissime velimus inspicere eas, hoc est, sedecim, non plus duas additas in latino inveniemus sermone. *F* est æolicum⁶ digamma,⁷ quod⁸ apud antiquissimos Latinorum eandem vim, quam apud Aeoles habuit; eum autem proprie sonum,⁹ quem nunc habet *F*, significabat *p* cum aspiratione, sicut etiam apud veteres Græcos pro φ p et h .¹⁰ Unde nunc quoque in græcis nominibus antiquam scripturam servamus¹¹ pro φ p et h ponentes, ut Orpheus, Phaethon. Postea vero¹² in latinis verbis

9 .i. eter fot 7 gair 10 (in marg.) .i. hit lechdacha lesom intan nddictat acht oin aineir. isfollus asin tra nand ainm 7 nand cumachte legas do lehdagaib acht isaimserad namia

11 .i. renairec éta 7 ω 12 .i. coitcheana riam eter fot 7 gair 13 .i. duaruarthatar 14 .i. bith gairdi sôn .i. e 7 o 15 .i. indluic himbétis airéini s 7 o
(5^b) 1 .i. bith fotai sidi 2 .i. emith 3 emith 4 cinih mit 5 .i. s 7 o
thain dam la laitnori ainéin 6 .i. quasi dixisset nrbu liter pde conans 7 noster hic digamma 8 ol 9 emith infogur nisín 10 .i. dasis 11 .i. ut apud veteres fuit 12 .i. la nuclitridi

placuit, pro p et h, f scribi, ut fama, filius, facio, loco autem digamma V pro consonante,¹ quod cognatione soni² videbatur affinis esse³ digamma ea litera. Quare cum f loco mutae ponatur, id est, p et h sive φ, miror⁴ hanc inter semivocales posuisse artium scriptores. Nihil enim aliud habet haec litera semivocalis, nisi nominis prolationem, quae a vocali incipit. Sed hoc potestatem literae⁵ mutare non debuit. Si enim esset semivocalis, necessario terminalis nominum⁶ inveniretur, quod minime reperies,⁷ nec ante l vel r in eadem syllaba poni posset, qui locus mutarum est duntaxat,⁸ nec communem ante easdem posita faceret syllabam. Postremo Graeci, quibus in omni doctrina auctoribus utimur, φ cujus locum apud nos f obtinet, quod ostenditur in his maxime dictionibus, quas a Graecis sumsimus,⁹ hoc est, fama, fuga, fur, mutam esse confirmant. Sciendum tamen, quod hic quoque error¹⁰ a quibusdam antiquis Graecorum grammaticis invasit Latinos,¹¹ qui φ et ϑ et χ semivocales putabant, nulla alia causa,¹² nisi quod spiritus¹³ in eis abundet, inducti. Quod¹⁴ si esset verum, debuit c quoque vel t addita aspiratione semivocalis esse, quod omni caret ratione. Spiritus¹⁵ enim potestatem literae non mutat, unde nec vocales addita aspiratione aliae¹⁶ fiunt, et aliae¹⁷ ea demta. Hoc tamen scire debemus, quod non fixis labris¹⁸ est pronuntianda f, quomodo p et h,¹⁹ atque hoc solum interest.²⁰ X etiam duplicem loco c et s vel g et s, postea a Graecis inventam, assumimus. K enim et q, quamvis figura et nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c tamen eandem, tam in sono vocum quam in metro, continent potestatem. Et k quidem penitus supervacua est; nulla enim ratio videtur,

(6*) 1 .i. intan inbís archonsain 2 foguir 3 comocus afogur diblénaib
4 admachdura .i. smachdad hím 5 nicumseachthi cumachtae nairi cedoin-
scana si ó guth. 6 forceimfítis anmann into 7 acht aaím (sic) féisin 8 buith
relechdachau

9 (in marg.) níbbu machdath botis greedi 7 nothath forau línne 7 dam it-
latindí am. sodain ut dixit prius in latí. uerbis placuit f usq. facio 10 .i. áram
f lalathguth. 11 .i. tre intámáil inna aengrec comroircnech

12 áramtar dúidchi sídÍ ónach fochun ailiu 13 tinphed 14 anisín
15 atímphed 16 saíní 17 saíní 18 tímhthastaib l. cumcaib 19 trí beulu
dlítái 20 inter f et alias mutas .i. fogur tm. nodadeligedar frimuta 7 íemút
si arachúitídi

cur, a sequente, haec scribi debeat. Carthago enim et caput, sive per c sive per k scribantur, nullam faciunt nec in sono¹ nec² in potestate ejusdem consonantis³ differentiam. Q vero propter nihil aliud scribenda videtur esse,⁴ nisi ut ostendat, sequentem u ante alteram vocalem in eadem syllaba⁵ positam perdere vim literae in metro. Quod si ideo⁶ alia litera⁷ est existimanda quam c,⁸ debet g quoque,⁹ cum similiter¹⁰ praeponitur amittenti u¹¹ vim literae, alia¹² putari et alia,¹³ cum id non facit.¹⁴ Dicimus enim anguis¹⁵ sicut quis, et augur¹⁶ sicut jecur.¹⁷ Unde si velimus cum veritate contemplari,¹⁸ ut diximus, non plus decem et octo literas in latino sermone habemus, hoc est, sedecim antiquas Graecorum, et f et x postea additas et eas quoque ab eisdem sumtas. Nam y et z graecorum¹⁹ causa, ut supra dictum est, ascivimus²⁰ nominum. H autem aspirationis est nota, et nihil aliud habet literae, nisi figuram, et quod in versu scribitur²¹ inter alias literas. Quod si sufficeret,²² ut elementum putaretur, nihilominus quorundam etiam numerorum figurae, quia in versu inter alias literas scribuntur, quamvis eis dissimiles sint, elementa sunt habenda.²³ Sed minime hoc est adhibendum,²⁴ nec aliud aliquid²⁵ ex accidentibus²⁶ proprietatem ostendit uniuscujusque elementi, quomodo potestas, qua²⁷ caret aspiratio. Neque enim vocalis neque consonans esse potest. Vocalis non est h, quia a se vocem non facit,²⁸ nec semivocalis, cum nulla syllaba latina vel graeca in perfecta dictione in eam desinat,²⁹ nec muta, cum in eadem syllaba cum duabus mutis bis ponitur, ut Phthius, Erichthonius. Nulla enim syllaba plus duabus mutis¹ potest habere juxta se po-

(6^b) 1 emith ifogur 2 emith 3 indóenfoguir ní fail dechor comfoguir indib 4 ní roscribad ar naill n. 5 la .g. 7 lasingutai dodaiarmorat

6 .i. arthaidbein nihela far .u. 7 liter sain 8 oldaas .c. sain fri .c. 9 (in marg.) .i. bad liter. sain .g 7 bith charac. naill di am. sodain .i. intan mbis nihelas do .u. fri .g. 10 fri .g. 11 dond .u. 12 sain 13 sain 14 nihelas frie 15 naithir 16 mathmarc 17 caebb .oo 18 lín lit. lait.

19 .i. arnibiat inanmanaib lait. 7 ní erchuiretar lín lit. lait. iar. 20 do-rochuiresemar 21 do inmfolung fuit 22 anisin ascribend inter alias

23 dithtechtai (leg. aith. f) 24 ní aedparthi inso arnibat litre nota arem ciascribtair hifers 25 alaiill sain 26 (in marg.) nfail nach naicidit tmbod sainred litre am. donad chumach. 27 isósuidiu caret aspiratio

28 ní rela aainm am. guth. 7 ní diuschi fog. am. consana 29 ní foir-cnithar nach rann óg indí

(7^a) 1 .i. nbia dimútaib bes huilliu inoen sill.

sitis,² nec plus tribus consonantibus continuare.³ Auctoritas quoque tam Varronis quam Macri, teste Censorino, nec k nec q neque h in numero adhibet literarum. Videntur tamen i et u, cum in consonantes transeunt, quantum ad potestatem, quod maximum est in elementis, aliae literae⁴ esse praeter supradictas. Multum enim interest, utrum vocales sint an consonantes. Sicut enim, quamvis in varia figura et vario nomine sint k et q et c, tamen, quia unam vim habent tam in metro quam in sono, pro una litera accipi debent, sic i et u, quamvis unum nomen et unam habent figuram, tam vocales quam consonantes, tamen, quia diversum sonum et diversam vim habent in metris et in pronuntiatione syllabarum, non sunt in eisdem, meo iudicio, elementis accipiendae, quamvis et Censorino, doctissimo artis grammaticae, idem placuit.⁵ Multa est enim differentia inter consonantes, ut diximus, et vocales. Tantum⁶ enim fere interest inter vocales et consonantes, quantum inter animas et corpora. Animae enim per se moventur, ut philosophis videtur, et corpora movent; corpora vero nec per se sine anima moveri possunt nec animas movent, sed ab illis moventur. Vocales similiter et per se moventur ad perficiendam syllabam et consonantes movent secum;⁷ consonantes vero sine vocalibus immobiles sunt.⁸ Et J quidem modo⁹ pro simplici modo pro duplici accipitur consonante; pro simplici, quando ab ea incipit syllaba¹⁰ in principio dictionis posita, subsequente vocali in eadem syllaba, ut Juno, Jupiter; pro duplici autem, quando in medio dictionis ab ea incipit syllaba post vocalem ante se positam,¹¹ subsequente quoque vocali¹ in eadem syllaba, ut maius, peius, eius.² In quo loco antiqui solebant geminare eandem i literam et maius, peius, eius scribere, quod non aliter³ pronuntiari posset, quam⁴ si cum superiore syllaba⁵ prior i, cum sequente⁶ altera proferretur, ut peius, eius, maius. Nam

2 oai inden iosuth sill. 3 trebrigidar cech consaim indogaid araile cen gutai nolarru 4 sainsi archuist cumachti

5 ata sainsi lître archuist cumachti 6 innéitise 7 toddásugat guth nintiu 8 nistuarascbat feisín cen gutai 9 cachlaccain 10 tosach sill. 11 remisí

(7^b) 1 .i. in óen sill. disí ingute innadogaid 2 comtis ainmínidí atriur 3 ní rubasí nach cruth aikiu 4 oldaas

5 dáin tairmthochtias forsináí tóisech frisíngutai remí 6 .i. lasín ngutai innadogaid

tus . . . Macer l. macilentus, *cul*. Grossus, *bras*. Gracilis, *muin*. Longus, *hir*. Breuis, *ber*. Magnus, *maur*. Paruus, *boghan*. Fortis, *crif*. Inualidus, *anuein*. Sollicitus, *priderus*. Securus, *diogel*. Causa, *chen*. Accusator, *cuhuthudioc*. Excusator, *diffennor*. Nichil, *laduit*. Aliquid, *nebtra*. Sella, *diber*.

bor et *berri* (cf. p. 783) incognita alias. *cul*, cambr. *cul*, hibern. vet. *coil*. *bras*, cambr. arm. *bras*. *muin*, cambr. *mwyn*, arm. *moan*. *hir*, cambr. arm. *hir*. *ber*, cambr. *byr*, fem. *ber*, arm. *berr*. *maur*, in codice cum supra scripta *o*, ergo *maur* vel *maor*, cambr. *mawr*, arm. *meur*, hibern. *már*. *boghan*, cambr. *bychan*, arm. *bihan*, *bian*. *crif*, cambr. *cryf*, arm. *kre*, *kren*. *anuein* comp. cum privativa *an-*; cambrice et armorice idem significatur *dinerth*, *dinerz*. *priderus*, cambr. *pryderus*, arm. *prederius*. *diogel*, cambr. *diogel*, decomp. *di-go-gel*. *chen*, cambr. *cwyn*, causa judicialis. *cuhuthudioc* leg. *cuhuthadioc*, a *cuhuthat*, accusatio, conjiciendo e Pass. 33, 2: *thy huhuthas* (ad eam accusandam) et 34, 2: *the guhutha* (te accusare); item cambr. *cyhudded*, accusatio, *cyhuddaw*, accusare, *cyhuddor*, accusator, e comp. *cy-hudd*. *diffennor*, cambr. *diffoynwr*, a *diffoyn*, defendere. *laduit* incognitum; pro eo arm. *netra*, non res, ut mox *nebtra*, aliqua res. *diber*, arm. *dibr*, sella equo imposita.

ADDENDA.

Ad I. 1.

Pag. 13, lin. 5. E primitiva e transgressam *ai*, quae alternat cum *oi* (p. 8), ostendit subst. *fairggæ*, *foirggæ* (gl. Thetis) Sg. 112^a. 124^a. Huic nomen *Οὐραγυλοῖος ἄνεστος* obvium ap. Ptol. haud dubie conferendum est, ut adjectivis *gair*, *gairte*, *garrit* (= *garanti*, non aliter nom. pr. fem. *brigit* = *briganti*, p. 770) nomina vetusta Germani, Gerontius, et fortasse substantivo *bairgen* (panis) nomina Bergion, Bergomum.

P. 14, l. 2. *Srennim* est in codice, sed cum puncto infra *n* priorem, delente, ut videtur, ut sit legendum *srenim*.

P. 29, l. 24. Verbi *dúnaim* simplicis subst. verbale *dúnad* legitur in Deirdri ed. O'Flan. p. 84: *acas fuair dóirsi acas fuinneóga nabruigne iarnandúnad* (et invenit portas et fenestras domicilii post earum clausonem, i. e. clausas).

P. 32, post l. 18. Voces monosyllabae, pronomina et particulae vocalibus praesertim finitae, quibus convenit brevis vocalis, saepius cum signo productionis scriptae inveniuntur in codicibus, e. gr. pronomen possessivum 3. pers. sing. *á* juxta *a* (p. 344), particulae negativae *ní*, *ná* cum compositis suis *arná*, *arnách*, quae sunt cambrice nonnisi *ny*, *na*, privativae *mí*-, *dí*- (exempla videsis inter particulas), particula intensiva vel verbalis *ró*: *ró-már* Wb. 11^a. *rósríchset* (contemserunt) Wb. 1^a. Item particula interrogativa *fá*: *immasc. fá fem.* Sg. 61^a, quae alias est *fa* (p. 710), conjunctio *trá* Cr. 3^b, quae alias est *tra*. Ita etiam praepositiones, e. gr. *dí*, *dé*, praesertim in compositione, *có* in *có osnada* Ml. 31^a, cui vix *con* supponere licet, cum legatur in hymno in S. Patricium in dist. 28: *cochenn bliadna* (usque ad finem anni).

Convenit cóntra productio aliis, in quibus *n* finalis primitiva periiit, ut praepositionibus *ré*, *hí*, quamvis saepius scriptae inveniuntur *re*, *i*, *hi*, ortis quippe ex *ren*, *in*: *réforciunn* Sg. 169^a. *hí constan*. Sg. 174^a, vel si vocalis primitiva producta conjicienda est, ut in *trí* (cambr. *troi*, *trwy*): *tri drochgnimu* Ml. 14^a. Consonis finitae particulae tum tantum accentu recte notari solent, cum contractae sunt, ut *tór-* pro *do-for-*. Contra omnem usum facta et superflua notatio rara est: *ishéd dim* Wb. 26^a. *tiércómllassat* (collegerunt), *cómtínól* (collatio; gl. probaverunt collationem) Wb. 7^a. *scélaib* Wb. 31^b. *áisndis* Ml. 14^a.

Communiter signo productionis notata invenitur formae futuri sine *f* syllaba simplici consona finita praecedens ante terminationem *a* vel *thar* activi vel passivi, ut comprobant exempla sub eo tempore prolata, activi (p. 437. 439. 443): *taiccéra*, *dogéna*, *asbéra*, *dobérat*, passivi (p. 470): *dogéntar*, *dobérthar*, *tíbértar*.

P. 64, ad notae exordium. Ad voces hibern. vet. *sabindae* .i. *guide* (gl. Quiritis pro Quiris, Sabinus) Sg. 57^b et gael. *coir* (hasta) addendum est e Sg. 144^b: *gaigim* (i. e. *gai-igim*, denom. a *gai*, gl. quirito et quiritor, cui adscribit alia manus: *hastas colligo l. quero l. populo alloquor*), et e Macrob. 1, 9: Quirinus quasi bellorum potens, ab hasta, quam Sabini *curim* vocant.

P. 79, l. ult. et penult. In quibusdam harum vocum forsán *n* vel *m* excussa statuenda est, ut in *léténach* a subst. *létiu* pro *laimtiu* e verbo *laimur*, *laumur* (audeo).

P. 142, l. 11. In cambr. *nedden*, arm. *niz* (lens, lendis, hibern. vet. *sned* Sg. 113^b; cf. slav. vet. *gnida*, gr. *κόνις*, *κόνιδος*).

P. 151, l. 25. *Vertigernus* in chronico quodam (ap. Roncall. 2, 451 not., et Praef. L).

P. 162, l. 21. Eodem modo fortasse nomen gall. vet. *Belgae* etiam interpretationem inveniet in verbo cambr. *bela*, bellare.

P. 168, l. 22. Hodie *mm*: *kemm* = cambium, *kemma* = cambiare.

Ad I. 2.

P. 196, post l. 4 addenda ante B: 3. Post infixá post praepositiones vel particulas pronomina personalia *b*, *s*, *en* (an etiam

n?) invenitur etiam status durus tenuium: *robcarsi* Wb. 23^a. *atobci side* Wb. 25^a. *nistabur* Sg. 4^b. *rospredäch roscomal*. Wb. 21^b.

P. 199, l. 32. Ad particulas enarratas addendae *ro-*, *ér-*, *der-*.

Ibidem ante lineam antepenultimam: 6. Infectionem etiam efficiunt pronomina personalia et possessiva 1. et 2. pers. *m* et *t*, et personale 3. pers. *d*: *nimcharatsa*, *róitchechladar*, *darmchensa*, *itchoímthecht*, *rodchúrsach*. Exempla inter pronomina.

P. 204, post l. 10. *d*) Post pronominalia adjectiva *pub*, *neb* non solum servatae tenues, sed mediae provectae in tenues inveniuntur: *pub teth* (quotidie; *deth*) Pass. 228, 1. *pub tra*, *pub tu* P. 24, 1. 163, 2. *nebtra* Vocab.

P. 211, l. 6. Addenda est particula *na* (vel), *nac* ante vocales: *na marchawc naphedestyr* (vel eques vel pedes) Mab. 2, 7.

Ad II. 2.

P. 264, post l. 13. Vocativus non tam frequens, ut ceteri casus, in codicibus, cujus in hoc ordine tantum plura exstant exempla, proprias formas, ut ex iisdem patet, non produxit, sed congruit cum variis casibus, e. gr. cum genitivo in sing., cum accusativo in plurali masculinorum substantivorum, et cum nominativo in utroque numero femininorum.

Masc. sing.: *á huili duini*. *a cach duini* (gl. o homo omnis!) Wb. 1^c. *ba cosce carat limm dit a gentlidi níptha labar et nípa drom nothocctha et armtairismech in hiris* (gl. gratis et non secundum merita insertus es; tu fide sta, noli altum sapere, Rom. 11, 20) Wb. 5^b. *áfir can rofestasu* (gl. unde scis, vir?) Wb. 10^a. Secundi ordinis exemplum unum mihi obvium: *a athair fil hi nimib* (o pater, qui es in coelis) Pat. nost. ap. O'Don. p. 442, nominativi formam ostendit, non genitivi *athar*, si recte expressum est; sequitur enim mox etiam *noemthar*, quod vix credo scriptum esse in vetusto codice pro *noebthar*.

Masc. plur.: *tairchechuin farmbráthir fadisin ossæ á iudeiu* (prophetavit frater vester ipse Osee, o Judaei!) Wb. 4^c. *a iudeu et geinti hireschu* (gl. an ignoratis, fratres? *geinti* etiam masculinae constructionis in Wb. 4^c: *bieit cit geinti hiresich*) Wb. 3^a.

Fem. sing.: *a mo aine*. *a mo chlund* (gl. o mea Thais, meum

suavium!) Sg. 204^b. Plur.: *ni riccim forless a chossa* (gl. non estis mihi necessarii, pedes!) Wb. 12^a.

P. 272, l. 27. Addendum videtur *mil* pro *mili* (miles): *ban-mil* (gl. miles femina) Sg. 66^a. Est enim acc. sg. *milid*: *frimilid* Wb. 24^a, et gen. pl. *innammiled* Wb. 11^a, dat. *domiledaib* Wb. 3^c.

P. 287, l. 15. Terminationis superlativi in *-imem* aliud exemplum e MI. 14^b: *innesamni nad lugimem* (gl. confidentiam non minimam; comp. *laigiú*).

Ad II. 3.

P. 313, l. 13. Pro *fichet* legitur etiam FICHTE: *teora fé-thi fichte* (viginti tres venae) Incant. Sg.

P. 328, l. 5. Mab. 2, 48: *petcar ugeint marchawc* (octoginta equites).

Ad II. 4.

P. 334, l. 18. SOM etiam genus femininum indicans legitur in Wb. 30^c: *dogniat cach pecad treanaslachsom* (gl. captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis; i. e. faciunt quodcumque peccatum persuasione earum).

Quamvis non obvia in codicibus nostris, est tamen forma pronominis personalis tertiae personae pluralis IAT (= *ét*), ex qua hodierna hibernica et gaelica *iad* usitatissima prodiit, jam vetusta statuenda, cum ad literas singulas conveniat cambr. *wynt* (= *ént*, ex *wy* = hibern. *é*, et *-nt* = hibern. *-t*, an terminatione verbali 3. pers. plur.?). Cum gaelica forma *siad* obvia juxta *iad* convenit etiam cambrica *hwynt*, *hwyn-teu*. Formae hibernicae *iat*, *eat* occurrunt in Deirdr. ed. O'Flan. p. 158. 162: *ol iat*, *ol eat* (dixerunt ii).

P. 368, l. 11. Negativum *nach* etiam in Sg. 6^a: *áramtar duidechi sidi ónach fochun ailiu* (gl. nulla alia causa, putabant ϕ et ψ et χ semivocales quidam).

Ad III. 2.

P. 459, ad lineam 15 addenda nota: In frequenti verbo *fw-lang*, de quo dubium esse potest, utrum sit compositum cum *fw*, *fo*, an derivatum (p. 756. 845), etiam si sumenda esset *-ang*

derivans, esset tamen veluti radicalis, permanens in flexione, ut cambr. *-wng*, e. gr. in 1. pers. pl. *follongam* Wb., dum derivationes solitae infinitivorum, e. gr. *-ed*, *-t*, pereunt, ut in *adrimem*, *asberam*, ab *adrimed*, *asbert*.

P. 461, l. 27 et p. 731, l. 20. Occurrit etiam pro *-ál* interdum adhuc terminatio ÁIL (cambr. *-aél*) in nominativo: *ishuisse aimgabáil* (gl. fornicationem fugite) Wb. 9^d. *ní fir ímgabail* (gl. vitabundus; i. e. non vera vitatio) Sg. 59^a. *atá inaicniud chaich ímgabail uilc* (p. 1000, sent. 27) Ml. 14^c.

P. 472, l. 22. Addo etiam e Sg. 188^a: *iscésad dó neuch cairddinígther and* (gl. omne nomen a quocunque verbo natum vel genitivum sequitur casum vel dativum figurate per compassionem, ut amicus illius, Prisc. 11, 1; i. e. est passio alicui amari). Sed potest hic esse 3. pers. sing. praesentis: amatur aliquis, pro si amatur, et allatum *nobendachthar*, pro *nobbendachthar*, conjunctivus passivi flexionis impersonalis.

P. 476, l. 15. Verbi substantivi *am* secunda persona *at* occurrit in Wb. 30^a. 32^a: *hore tra atbonus miles* (quia ergo es bonus miles), *atfechem dom* (es debitor mihi).

P. 493, l. 29 addendum exemplum: *icach réit rohi aless* (gl. communicet in omnibus bonis) Wb. 20^e.

P. 494, lin. antepenult. Praeter *domanicc* (venit mihi) legitur etiam *robánicsi* (venit vobis) Wb. 16^d, praeteriti forma *anic* igitur tam cum *do-* quam cum *ro-*, ut forma futuri. Significatur praeterea etiam praeteritum formis variantibus *dich*, *dech*, *doch* (= *doich*, *tic*; cf. *todochide*, *todoichfet*, p. 980), e quibus abnormi amplius modo prodit 3. pers. sing. *docoid*, *dochoid*, *dechuid*, *do-dechuid*: *docoid dochum poil forlongis* (venit ad Paulum navigatione) Wb. 31^d. *conamuntir dochoid less* (gl. exspecto illum cum fratribus) Wb. 14^a. *indigal dochoid for diabul iarnimmarmus urnadecha foir* (gl. ne in iudicium incidat diaboli; i. e. ne vindicta, quae venit super diabolium post peccatum, veniat super eum) Wb. 28^b. *lainne fesso scél dochoid cuccusom* (acerbitas nuntii qui venit ad eos) Wb. 14^d. *ní dechuid dochom forcinn* (non venit ad finem) Sg. 148^b. *isco eum dodéchuid serpens ní coadam* (ad Evam venit serpens, non ad Adamum) Wb. 17^b. Inde plur. 1. pers.: *isarchenn focheda dodechommar* (usque ad tribulationem pervenimus) Wb. 25^a.

Ad IV. 1.

P. 563, l. 11. Ejusdem formae ut *indiu* est etiam *innocht* (hac nocte): *isacher ingáith innocht* (est acer ventus hac nocte) in disticho codicis Sg. (p. 929). *satharn casc innocht* (sabbatum paschatis hac nocte), *feil brenain innoct fridardain* (festum Brenani hac nocte die Jovis; cf. *isi dardóen riasfél petair*, est haec dies Jovis ante festum Petri, in annotatione scriptoris codicis Mariani Scoti chronographi ap. Pertz. 7, 841, hib. hod. *dia-dardaoin*, gael. *diardaoin*, *dirdaoine*) inter notationes marginales Mariani Scoti abbatis nocte scribentis in codice Paulino Vindobonensi ap. Denis, Codd. ms. biblioth. Vindob. vol. 1. pars 1, col. 130.

P. 565, l. 9. *fochetoir* (statim, illico; i. e. sub prima hora, primo momento) Wb. 11^e.

P. 566, not. A voce *tuaiscert* (septentrio) adj. *iarthuiscerddach* (gl. etesiarum, flatu; i. e. ventorum flantium inter occasum et septentrionem, germ. westnördlich) Cr. 37^b.

Ad IV. 2.

P. 591, l. ult. Post formam praepositionis *a* liquidae geminatae inveniuntur ob statum durum (ut *mm* legitur post *la* in Wb., p. 50) in Sg. 198^a. 198^b: *arrainn aitrebthado*. *arrainn indatraib atrebthar and. alleith atraib* (a parte, a latere possessoris, possessionis). Sed in Wb. *arainn* (p. 619).

P. 604, l. 21. Item *fri sudib* Ml. 31^a (cf. p. 666) pro *fri suidiu*.

P. 617, l. 18. *doanad dartéssisiu* (gl. cum misero ad te Artemam; i. e. ad laborandum pro te) Wb. 31^d.

P. 621, post l. 8. Vox vel formula praepositionalis videtur etiam *frecoir chéill*: *recht frecoir chéill cruithnechtae* (gl. frumentaria lex; germ. betreffend) Sg. 35^a. Occurrit tamen alibi eadem phrasis significans lat. *colere, recolere*, e. gr. cum praep. *oc*: *hóbói mochland et mochenéel isocfrecur céill dæ atáa isocca dam attósa* (gl. deo meo servio a genitoribus meis) Wb. 29^d. In Cr. 33^b: *frecurthe ceill* (gl. recole; i. e. reponendus sensus, repectenda memoria, comp. *frith-c.*, p. 846).

Ad IV. 3.

P. 668, l. 12. Scriptio plena *imorro* legitur in narratione vetusta inscripta *Deirdri*, ed. O'Flan. p. 154. 160.

P. 680, l. 31. Pro conjunctionis *aran*, *arn* solitis formis legitur etiam interdum ARIN (iniciens sequentem consonam): *arinchomalnathar cachngád* (gl. ut doctrinam salvatoris nostri orrent in omnibus) Wb. 31°. Ante imperativum: *sechihed rú aless arintaibrid di* (gl. adsistatis ei, Phoebae sorori, in quocunque negotio vestri indiguerit) Wb. 7^b.

P. 683, post l. 4. Particulam lat. *ut* significans vel imperativum indicans saepius legitur forma CO, non solum ante vocales sed etiam ante consonas quae inficiuntur, si sunt capaces infectionis: *coimánad* (gl. ut delegaret) Cr. 39^d. *coetercertu* (interpretetur) Wb. 12°. *cochonerchloatar* (gl. ut per multos gratiae agantur) Wb. 14°. *cochutrummaigidir* (gl. exaequet) Ml. 25°. *coduaircemni* (gl. ut adferamus exemplum) Ml. 35^b. *codufobath* (gl. incideret), *codufobith* (gl. ut succidatur) Ml. 2^a. 35^c.

Ad IV. 4.

P. 711, l. 18. Legitur forma *acc* (germ. nein!) in *Deirdr*. ed. O'Flan. p. 160.

Ad V. 1.

P. 749, l. 6. Ad derivationem gall. *-ass* in nominibus Salsasi, Jurassus pertinet etiam exemplum ex inscript. ap. Grut. 869, 7: Casibratio Tagassi fil.

P. 765, post lin. ult. Loco terminationis adjectivorum in *-id* esse etiam videtur, sed rara, in *-ade*, *-athe*: *cenáthe* (gl. absens; germ. entfernt, ab adj. subst. *cian*, remotio, remotus) Wb. 18°. *inchenadid* (gl. absque; a subst. *cenadu* formato ab adj. *cenade*, cf. p. 563) Sg. 213^b. *có osnada* (gl. usque ad superiora, cf. p. 891).

P. 767, l. 32. Abstracta feminini generis derivata in *-id*, *-ith* produntur in his locis: *indepaidse* (hic sermo) Incant. Sg. *iarfigid*, *iarfaigid* (gl. inquisitio) Wb. 11^b. Ml. 20°. 31^a, *inna iarfaigitho*, *inna iarfaichtheo* (gl. quaestionis, gl. inquisitionis) Ml. 24^b. 35^c. *indfochith* (tribulatio, passio) Wb. 14^b, gen. *inna fochodo* Ml. 22^d, *focheda* (*-o*, *-a* in femininis pro *-e*, p. 260) Wb. 25^a.

P. 776, l. 1. Videntur esse exempla *c* non infectae derivantis *cnoc* (gibbus, ulcus), *seboc* (capus, p. 77). Sed quaeritur, an haec non sint transsumta, si conferuntur cambr. hod. *cnwog*, *hebog*, atque etiam germ. *knock*, angl. *hafoc*, *hawk*, germ. *hauh*. Quaeritur item, cujus originis, utrum ejusdem derivationis an ad *-acc* = *-anc* referendae sint substantivorum femininorum terminationes *-og*, *-eog*, *-óg*, *-eóg* recentioris linguae hibernicae, quae dicuntur deminutivae (O'Donov. p. 333), sed frequentissime deminutionis significatione omnino expertes sunt, ut *crupog* (ruga), *duilleog* (frons, a *duille*, folium), *saileog* (salix), *maideog* (concha Veneris), *meilleog* (cortex), *meilleóg* (lupatum), *crumóg* (sium sissarium, herba), *maltóg* (modesta femina), *cruiteóg* (femina crottizans, citharizans). Gaelica terminantur in *-ag*, *-eag*: *crupag* (ruga), *duilleag* (frons), *saileag* (salix), *maideag*, *maighdeag* (concha Veneris), *méilleag* (cortex), *meilleag* (lupatum, item mulier labiosa), *crumag* (sium), *cruiteag* (femina citharizans). Apud O'R. legitur fem. *scalóg*, *scológ* (servus, item colonus; cf. vet. *banscala*, p. 820), quae vox, ut videtur, adest, sed sine signo productionis, in notatione scriptoris codicis Mariani Scoti inclusi in plur. *scoloca* (cf. praef. p. XXVIII, not.; vox *braflacc* ibidem sequens, aliunde incognita, contumeliam, injuriam significare videtur, cum mox scriptor latine pergens contumeliam narret sibi illatam, et esse formata, ut hodiern. hibern. *bruithleog*, rumor). Contra apud O'R. *fuinneog* (fenestra), sed cum signo productionis in *Deirdri* ed. O'Flan. p. 80. 84: *dóirsi acas fuinneóga* (portas et fenestras, claudere), p. 86: *trés an ffuinneóig, trés an ffuineóig* (per fenestram). Obscura item est origo terminationis hod. hibern. gael. *-ig*, *-g*, cambr. *-eg*, femininorum significantium linguas: hibern. *gaidhilig*, *gaoidhilig* (linguae gaedelica, hibernica), gael. *gaelig* (lingua gaelica), cambr. hod. *cymraeg* (lingua cambrica), *ffrangeg* (lingua francica). Masculinum notatur arm. *brezonek*, *brezounek* (lingua britonica, armorica). Quaeritur, num hic forma romanica *-ic* praevaluerit, cum apud Giraldum Cambrensem occurrat adhuc *gaidelach* (lingua gaedelica).

P. 807, l. 32. Item ex adjectivis derivans *-eit*: *didramweyt* (infrequens; adj. *didramvy*) Mab. 1, 236. *ymendigeit* (maledictus; adj. *ymendic*? cf. subst. *emendyth* in praef. Leg.) Mab. 2, 219. 220.

Ad V. 2.

P. 837, l. 12. Nexum inter *ate-* et *ande-* statutum comprobant particulae gothicae, separabilis *iþh* (contra), inseparabiles *id-* (re-) et *and-*. Illa secundum sonos idem est quod gall. *ate-*, in significatione autem idem ac gall. *ande-*, hibern. *ind-* (p. 848), quae cum goth. *and-* est juxta gr. *ἀντί*, ut goth. *id-* juxta *ate-*.

P. 842, l. 10. Quaeritur, an forma composita *con-* etiam ante infectas tenues obtineat. Frequens nomen *Conchobor* (Conor) ita scriptum adest in codice Mariani Scoti inter nomina regum (ap. Pertz. 7, 556), *Conchubhar* in narratione vetusta de filiis Usnechi (O'Flan. p. 16. 146). Occurrit quidem in Wb. 30^e *conchechrat* (p. 495), sed *con-* in codice scriptum est sigla *ꝛ*, quae legi possit etiam *com-*, *co-*.

P. 846, l. 28. Aucta forma *iarm-* in Sg. 3^b: *anasniarmuidigthe* (gl. postposita *r*, abl. absol. ; i. e. si est postp., = *iarm-suidigthe*).

P. 847, l. 30. Vix infitiandum tamen actionis reflexivae significatae particula *im-* exemplum est *ingabim*, *immimgabim* (vito, p. 855), i. e. recipio me, si confertur arm. *emtennet* et *em tennet* (p. 871).

P. 869, l. 9. Scriptio codicis Oxon. cum clara sit, etiam hodierna forma ejusdem vocis, subst. *amnaid*, pl. *amneidiaw*, verb. *amneidiaw*, transmutata videtur.

Ad VI. 2.

P. 912, ad finem notae. Vocis celticae *rim* (numerus) facilis certe fuit commixtio cum graeca *ῥιμός*, quae quamvis fuit diversa a voce *ἀριμός*, tamen latina voce *numerus* etiam reddebatur, et facilis deinceps etiam translatio a significatione structurae poëticae ad significationem ornatus ejusdem structurae. Rhythmica carmina enim per medium aevum dicuntur carmina celticae structurae, composita versibus certi syllabarum numeri cum assonantia, metrica autem latinis metris composita, ut jam patet e diaconi Lul epistola, quarta inter Bonificianas ed. Serar. : "Obsecro, ut mihi Aldhelmi episcopi aliqua opuscula seu prosarum seu metrorum aut rhythmicorum dirigere digneris ad consolationem peregrinationis meae et ob memoriam ipsius beati antisti-

tis." Sunt autem Aldhelmi rhythmica illa in forma assonantiae composita supra memorata (p. 923). Nec non idem patet ex aliis testimoniis: "Versum scoticum noluerunt vel rhythmicè seu metricè in Latinum verti." Vita S. Declani ap. Boll. (cf. p. 944, not.). "Apostolicae sedis pontifex non solum ea, quae beatus vir Notkerus dictaverat, verum etiam ea, quae socii et fratres ejus in eodem monasterio S. Galli composuerant, omnia canonicavit, videlicet hymnos, sequentias, tropos, letanias, omnesque cantilenas, rithmice, metricè vel prosaice quas fecerant." Ekkehardi Vita B. Notkeri ap. Goldast. 1, 236. "Parvuli latine pro nosse, medii rithmice, ceteri vero metricè, quasi pro rostris retorice etiam episcopum affantur." Ekkehardi Casus S. Galli ap. Pertz. 2, 91.

P. 918, l. 25. Assonantia una cum syllabarum certo numero, quod est proprium celticae formae poëticae, primum animadvertitur in psalmo S. Augustini. Una eademque vocalis *o* finiens omnes versus, assonantia igitur quam dixeris, invenitur quidem etiam in carmine poëtae vetustioris Commodiani inscripto: Nomen Gazaei (Bibl. Patr. 3, 650. 651), sed deest certus syllabarum numerus (est enim hexametri latini imitatio vel forma liberior), et finiens *o* versus omnes ideo tantum adoptata videtur, ut sit certus finis versuum oppositus certo initio, quod scilicet est nomen poëtae Commodianus cum cognomine Mendicus Christi in initialibus literis versuum retro lectis.

P. 921, l. 9. Ex Antiphonario monasterii Benchorensis in Hibernia sunt versus post hymnum Secundini in S. Patricium allati et desumpti a me e Bibliotheca patrum. E vetustissimo hoc antiphonario, quod Muratorius e codice bibliothecae Ambrosianae saeculi octavi, ut videtur editori (Antiqq. Ital. 3, 669; saeculo VII vel VIII eum attribuit Am. Peyron, Cicer. orat. fragm. ined. p. 224), publicavit in tomo IV Anecdotorum, qui liber nunc demum in manus meas venit, proferam etiam alia quaedam exempla hibernicae structurae poëticae in versibus latinis.

Ejusdem metri, cujus est hymnus Secundini in S. Patricium (ed. Murat. p. 136), octonarum syllabarum in prioribus, septenarum in posterioribus membris, est etiam Hymnus S. Camelaci (p. 142), tribus strophis constans, quarum est prima:

| Audite | bonum | exemplum || | benedicti pauperis
 | Camelaci | Cumiensis, || dei justi famuli.
 | Exemplum praebet in toto || fidelis in | opere
 [Et] gratias deo | agens || | hilaris in | omnibus. *

Quinas in prioribus, septenas in posterioribus membris syllabas ostendit Hymnus apostolorum (p. 129), compositus distichis cum assonantia finali aut contrapositione aut copulativa, ut in strophis 1 et 8:

| Precamur | patrem || regem omnipotentem,
 et Jesum Christum, || | sanctum quoque | spiritum.
 Tenebrae super || | ante erant | abyssum,
 quam radiaret || primus | dies | dierum.

Eodem modo compositus est "Hymnus quando communicant sacerdotes" (p. 132), incipiens:

| Sancti venite, || | Christi | corpus sumite,
 | sanctum bibentes, || quo redempti, | sanguinem.

Usitatius metrum hibernicum septenarum syllabarum in utroque membro offerunt "Versiculi familiae Benchuir" (p. 156), quos ob assonantiam copulativam duplicem, quae eadem est bisyllaba plena vel dimidia, proferam omnes:

* Congruit cum hoc metro, et cum mox sequenti quinarum syllabarum in primo membro, septenarum in secundo, metrum latinum tetrametri catalectici et trimetri acatalecti (cf. Zumptii Gramm. §. 833. 837). Occurrit illud jam apud comicos, sed purius apud Terentianum Maurum, cujus sunt e. gr. versus:

Nulla vox humana constat || absque septem literis,
 Rite vocales vocavit || quas magistra Graccia.

Vel in versibus, quos cecinerunt milites Caesaris in triumpho gallico, ut refert Suetonius in Jul. Caes. c. 49: Gallico triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia curram prosequentes joculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronuntiaverunt:

Gallias Caesar subegit, || Nicomedes Caesarem.
 Ecce Caesar nunc triumphat, || qui subegit Gallias;
 Nicomedes non triumphat, || qui subegit Caesarem.

Vel quos offert idem etiam ibidem c. 80:

Gallos Caesar in triumphum || ducit, iidem in curia
 Galli bracas deposuerunt, || latum clavum sumserunt.

Fortuitam esse hanc congruentiam, non transsumtum hibernicum metrum, praeter assonantiam hibernicam comprobatur idem metrum in hodiernis populi

| *Benchuir* | *bona* | *regula*, || | *recta* atque *divina*,
 | *stricta*, | *sancta*, | *sedula*, || | *summa*, *justa* ac *mira*.
 Munther* | *Benchuir* | *beata*, || | *fide* | *fundata* | *certa*,
 | *spe* | *salutis ornata*, || | *caritate* | *perfecta*.
 | *Navis* | *nunquam* | *turbata*, || | *quamvis* | *fluctibus* | *tonsa*,
 | *nuptiis* quaque | *parata*, || | *regi* | *domino* | *sponsa*.
 | *Donus* | *deliciis* | *plena*, || | *super* | *petram* | *constructa*,
 nec non | *vinea*, | *vera*, || | *ex* | *Aegypto* | *transducta*.**
 | *Certe* | *civitas* | *firma*, || | *fortis* atque | *munita*,
gloriosa ac *digna*, || | *supra* | *montem* | *posita*.
 | *Arca* | *Cherubin* | *tecta*, || | *omni* | *parte* | *aurata*,
 | *sacro* | *sanctis* | *referta*, || | *viris* | *quatuor* | *portata*.
Christo | *regina* | *apta*, || | *solis* | *luce* | *amicta*,
 | *simplex* | *simulque* | *docta*, || | | *undecunque* | *invicta*,
 | *Vere* | *regalis* | *aula*, || | *variis* | *gemma* | *ornata*,
gregisque | *Christi* | *caula*, || | *patre* | *summo* | *servata*.
 | *Virgo*, | *valde* | *foecunda* || | *haec* et *mater* | *intacta*,
laeta ac *tremebunda*, || | *verbo* | *dei* | *subacta*.
 Cui | *vita* | *beata* || | *cum* | *perfectis* | *futura*,
 deo | *patre* | *parata*, || | *sine* | *fine* | *mansura*.

Praeter ea, quae sunt indicata, notanda est etiam assonantia finalis *a* continuata per totum carmen, non solum omnia membra terminans, sed etiam in latere saepius obvia.

Octonae syllabae membris singulis continentur in hymno, qui inscribitur: Memoria abbatum nostrorum (p. 159; e codice fidelius reddit Am. Peyron in Cic. orat. fragm. ined. p. 225), in quo quaterni versus stropham efficiunt. Sunt sex ejusmodi stro-

armorici carminibus adhuc exstans (p. 959, not.), ortum haud dubie ex ipsa celtica versuum structura.

* Lege *munter*, alias *muinter*, *muntar* etc. (p. 19).

** Num jam hic igitur, jam saeculo octavo vel prius, fabulae hibernicae de Hibernorum ex Asia per Aegyptum transitu? Gaidelum Phaenii nepotem Scotiam Pharaonis filiam (quibus tribus nominibus subsunt vetusta gentis nomina tria *Feni* vel *Veni*, *Gaideli* et *Scoti*) sibi uxorem sociasse, refert ex Hibernorum ore Giraldus Cambrensis in Topogr. Hibern. (ap. Camd. p. 737). Haec quamvis fabulae habenda sunt, commercium tamen inter Aegyptum et Hiberniam vetustum ob artis affinitatem et monachos Aegyptios in Hibernia degentes jam demonstrat Kellerus in commentatione de codicibus hibernicis in Helvetia servatis (p. 79. 80).

phae cum assonantia finali item continuata, alternante tamen inter syllabas *a*, quae primam et ultimam stropham occupat, et inter *us* et *um*, quae in mediis obtinent. Has proferam ob nomina abbatum in eis enarrata inde a Comgillo, magistro Columbani fundatoris monasteriorum in terra continenti, ut refert Jonas Bobiensis, usque ad Cronanum, qui vixit circa medium saeculi septimi (cf. Murat. praef. p. 124. 125):

| Amavit | Christus | Comgillum, || bene et | ipse dominum,
carum | habuit Beognoum, || domnum | ornavit | Aedeum,
elegit | sanctum | Sinlanum, || famosum | mundi | magistrum,
quos | convocavit dominus || | coelorum regni sedibus.

Gratum | fecit | Fintenapum || heredem, | alium, | inclitum,
| illustravit Maclaisreum, || caput | abbatum | omnium,
lampade | sacra Eseganum, || | magnum | scripturae | medicum,
quos | convocavit dominus || | coelorum regni sedibus.

Notus vir erat Beracnus, || ornatus et | Cuminenus,
pastor | Columba | congruus, || querela | absque | Aidanus,
rector | bonus | Baithenus, || summus antistes | Crotanus,*
quos | convocavit dominus || | coelorum regni sedibus.

Tantis successit | Camanus, || vir | amabilis | omnibus.
| Christo nunc | sedet | supremus, || hymnos | canens | quindecimus,
zoen ut | carpat | Cronanus, || | conservet eum dominus.
quos** | convocabit dominus || | coelorum regni sedibus.

Non est quod moneatur, assonantiam, quae continuatur per membra exeuntia, inveniri lateralem quoque, ut in praecedente carmine. In his duobus igitur carminibus etiam per plures versus continuata reperitur una assonantia finalis, qui mos tamen solitus est nonnisi cambricis carminibus. Per pauciores vero versus vel membra assonantia continuata (cf. p. 914) etiam in hibernicis satis consueta fuisse videtur, cum occurrat e. gr. per tres

* Reddo nomina, ut legit Am. Peyron. Aliter enim legit quaedam Muratorius, scilicet *Simlanum*, *Fintenanum*, *Machlaisreum*, *Seganum*, *Cumne-nus*, *Bautherius* pro *Baithenus*, *Cronanus* pro *Crotanus*.

** Legendum *quem* ob fut. convocabit, Cronanum adhuc viventem, ut patet e praecedentibus versibus: nunc sedet, zoen (vitam) ut carpat, conservet eum dominus. Est saeculi septimi igitur hic hymnus.

versus Columbani (p. 922), per tria membra versus quinti carminis codicis Neob. (p. 933), per quaterna membra in strophis temporalibus Antiphonarii Benchorensis (ed. Mur. p. 143), ut: altissime lumine nomine domine, tertiam clementiam perpetuam gratiam etc.

Per octona porro membra vel etiam dena continuata assonantia finalis dominatur in singulis strophis hymni alphabetici in S. Comgillum abbatem ejusdem Antiphonarii (p. 139), quarum quaedam etiam initialem literam suam (quae insuper in latere quoque adhibetur) in initio membrorum continuant, e. gr. strophae A et D:

| Audite pantes ta erga* || | allati ad | angelica
| Athletae dei, | abdita || | a juventute florida,
| Aucta in legis pagina, || | alta sancti per viscera,
| Apta fide, justitia, || | ad dei ducta gaudia,
| Alti | adlata merita, || | affatim concordantia.

| Doctus in | dei legibus, || | divinis | dictionibus,
| Ditatus sanctis opibus || | deo semper placentibus,
| Dedicatus in moribus, || | dei Stephanus agius,
| Docebat sic et ceteros || | dicta docta operibus.

Pag. 923, not. 1, lin. 3. Duae syllabae praevalentes in quovis membro versus vetusti germanici sunt syllabae radicales duarum vocum, quarum major est emphasis et quarum una saltem assonantia initiali ornata est, juxta quas syllabae vel radicales vocum minoris emphasis habentur loco syllabarum minoris accentus. Ita in exordio carminis scandici inscripti *Völuspá*:

| *Hljóths bith ek allar* || | *hólgar kindir*
| *méiri ok minni* || | *márgo Heimdállar*

voces *bith ek* expertes sunt omnino accentus majoris. In carminis anglosaxonici de runis versibus:

| *Ing væs | árest* || | *mid | Eástðenum*
| *ge|sæven | sæcgum* || | *odh he | sidhdhan eást*
| *ofer | væg ge|vát* || | *væn after rán*

* I. e. πάντες τὰ ἔργα. Ejusmodi initium est etiam hymni in S. Brigitam et S. Patricium in codice hibernico Basileensi (cf. Keller. p. 86):

| Alta | audite ta , erga || toto | orbe micantia
| Brigitae | beatissimae etc.

eodem modo voces *odh he, ofer, æfter* deficient accentu. Ideo nec aliter equidem puto pronuntiatos et pronuntiandos versus Germanorum terrae continentis primitivae structurae, e. gr. illam formulam poëticam, quae obvia est apud Otfridum et in carmine *Muspilli*:

thar ist | lib ana tód || | loht ana fínstri

vel exempla e carmine de Heliando allata loco citato.

P. 928, l. 23 et p. 938, l. 6. In incantationibus vetustis hibernicis haud dubie praevalent initialis assonantia. Narratio etiam prosa oratione composita saepe ornatur eadem, e. gr. narrationis de filiorum Usnechi interitu exordium hocce (ed. O'Flan. p. 16):

Fledh | mhedhairchaein, | mhóradhbhal do rinnadh le Conchubhar mac | Fachtna | fáthaigh, mhic | Rosa | ruaidh, mhic | Rudhraidhe, iodhon | Rígh Uladh, an | Emhain | mhín | áluinn | Mhacha, do | mhaithib acas do | mhóruaislibh air chedna, gurbha | súbhach | somhenmnachna | slóigh uile. Ró | eirghe an | aes chiuil, | óirfidedh acas | eladhna do sheinm a | ocruitedha | ceolbhinne | caeinthédacha acas a | ttiompána | taithnemhacha | taidhuire, acas do gabhail andréchta ffílidhachta a | ccraebha | cóimhnesa acas angéga | geine-laidh. Ite anmanna na ffíledh ro bhá san dín an tan sin, iodhon | Cathbhadh | caemdhrai mac | Conaill mhic Rudhraidhe, acas | Gennán | gruadhsholais mac Cathbhaidh, acas | Ferceirtne | file, acas | Gennán | glíndubh mac Cathbhuidh, acas | imad | aile | imm-aílle re Senchán mac Oililla.

Ut in hoc loco etiam in aliis praesertim epitheta ornantia post substantiva ea induta sunt, e. gr. in p. 94:

Do chóiridh Fiachra a chorp isna harmaibh | séunta | somhaisecha sin Conchubhair, acas do | innsaigh | Iollan finn, acas do rinnedar cómhrac | feigh, | fuiltech, | forniata, | nertmhur, | naimhdamuil, | tenn, | trénbhorb, | tinnesnach re chéile.

Item p. 106: *Do sínedar annsin am bráighde | saera, | seghaine, | síthamhla.*

Copulantur tamen etiam substantiva nec non aliae orationis partes eadem, ut p. 100: *do cuiredar | teinnte acas | tenndála innte.* Ibidem: *do chennaibh curadh acas | milidh acas do | mheighibh maelderga.* P. 104: *do chuaidh a coenn a | eólais acas a*

|eladhna.* P. 106: ní |fhágbhann |fuighel |buille no |béime,
 acas |buaílter sinn ár ttriur dhe. P. 106. 108: acas do léigidar
 fir Uladh |trí |tromghárta |cúmhaidh acas |caeinte. P. 108: ró
 chaeidh go |truagh |tuirsech acas ro tharraing a |folt acas a
 |finnfadh.

Contra in carminibus saepe finalis assonantia praevallet et initialis minus observata est, e. gr. in hymno in S. Patricium hibernico. Invenitur tamen, quamvis rarius, etiam metrica constructio finalis assonantiae expers, sed initiali eo magis ornata, ut in initio narrationis de fatis Usnechidarum posterioris in his Cathbadi Druidae oraculis (quae sine versuum distinctione leguntur in editione, p. 148):

Fot criol | brunn | becustar | bee
fhuilt | buidiu | buidichais || |segaib | suiliub | seall gluasaibh
sian a|gruaidh | gormcorcra || |fri dath | snechtá | samluimsi
sed a | deidgin | dianim || |níamdo a | beoil partuingderg.
| be diam | bed ilairt | be || | etir | Ulltaibh | esraduibh
geisís fo|bru | buirethar || | bee | fhinn | photo foltlephar.
imat | curudh | coisneat || | imat | airdrigh | iarfaigseat.
bhíaid iartur | trum | torthaibh || | foeli | choiccidh | Chonchubhair.
| biat a | beoil partuingderg || | im a detai nemunto
| fris mu | formdigh airdrigo || | fria cruth n | digrais n | diainm.

Primum membrum per se solum jam responsum Druidae offert, sequentia membra descriptionem ejus, de quo responsum est, continent. Praecedunt in eodem loco quaedam eodem modo prolata a Cathbado et Fedlimido, attamen ante haec etiam a Fedlimido interrogata cum assonantia finali:

Cia | deilm | dremon | derdrethar ?
Dremnus fot | bruinn | buirethar || | bruidit | chuasaibh | cluinethar.
Gloim do dathuip | tren | tarmairt.
Mor nuath ata na aighthar || | mo | cruadi | cru | crechtnaighthar.

Expers etiam assonantiae finalis distichon, vix prosa quae fortuito eundem syllabarum numerum offerat, cum oraculum vocetur in narratione ipsa, invenitur in fragmento vetusto de Vita

* Cf. supra | aas | eladhna (viri sapientiae) et | Ogma | Elathani filius, inventor scripturae Ogmicae (p. 2, not.).

S. Findani in codice bibliothecae civitatis Sangallensis (Goldasti Script. rer. alamann. tom. 1, p. 205; cf. Pertz. 5, 231):

“Reclusum jam cum tanta fames eum urgeret, ut panem totum et plus manducare vellet in natale S. Patricii, quae tunc forte advenerat, deum sedulo rogavit, ut hujuscemodi ingluviem ipsius interventu a se auferret. Qui mox post orationem et lacrimas, quas incomparabiliter etiam in levibus rebus fundere solebat, tale oraculum aure percepit propria lingua prolatum: *Ataich crist ocus patric artmache. farna feiltám naktsel teilbruchir tart doit teilco il farkysel.* Et ex hoc edacitatis vitium minime sensit.”

Ita edita leguntur, sed male sunt scripta in codice vel reddita quaedam sine dubio, ut in aliis sententiis scoticis ibidem obviis, et ideo obscura. Equidem corrigo, ut prodeat aliquis sensus, et distinguo in versus ita:

*Ataich crist ocus patric || artmache, arnafeil tám
na kisel, feil bruth intart || doit, feil coil inkysel.*

P. 934, l. 26. *Finnán* = *Findán* ex adj. *find* quamvis est frequens viri nomen, eadem tamen voce etiam animal aliquod significatum videri possit. Est enim *-án* terminatio deminutiva, et ap. O'R. invenitur *fionn*, vacca, item *fiadfionn*, capreolus. Sed quis certi aliquid hic statuerit?

P. 937, l. 16. Carmina Ossianica saepius rectum syllabarum numerum offerunt eum, quem ostendunt vetusta hibernica metri usitatoris, e. gr. carmen inscriptum *Fionnghal* 5, 428 sq. (*Dána Oisein mhic Fhinn, Dun-eidin* 1818, p. 182):

*Shuidh Gall agus Oisian thall || maille ri Suaran nan tonn
Air bruaich Lùbair b'uaine snuagh, || bhuail mi a chlàrsach dha'n righ.
Bha 'mhala o'nstrì fo ghruaim, ||*

Sed sequuntur mox membra vel versus (secundum editionem gaelicam), in quibus in fine apparet syllaba minoris accentus rectum numerum excedens:

*thiondaidh e 'dhearg-shùil air Léna,
Bha 'n gaisgeach fo bhéudh mu shluagh. || Thog mi mo shealladh air
Cromla,
Is chunnaic mi mòr-mhac Shéma.*

Hic in vocibus *Léna*, *Cromla*, *Shéma* finalis *a* excedit numerum syllabarum solitum, et in mox sequentibus *-ar*, *-ach* fina-

lis. Et ut in fine, ejusmodi syllabae etiam in initio praemissae inveniuntur, ut in *Cath Loduinn* 2, 110 (ed. gael. p. 13):

*A thriath Chrathmo, thuir an righ, || mhic Roinne, shealgair nan
torc ciar,
Gun bheud cha do thill thu o'n stri, || a gharbh iolair a'tearnadh o'n
t-sñabh.*

Voces *a*, *mhic*, *gun* incipientes singula membra praecedunt superantes justum syllabarum numerum. Rarius duae syllabae praemittuntur, ut *leam-sa* in *Fionngh.* 1, 163:

Leam-sa's taitneach, thuir ceannard nan triath.

Nec desunt loci qui pro his voculis, particulis plerumque, voces majoris quoque accentus ostendunt.

Et ita etiam in medio versu inveniuntur superfluae syllabae, ut sint scilicet duae syllabae minoris accentus loco unius, quod ipsum jam in vetustis hibernicis carminibus animadvertitur (p. 915). E. gr. in *Cath Lod.* 1, 3 vel *Fionngh.* 3, 392. 395:

*Lùbadh cluaran mu Lora nan sian.
Shiubhail Roinne mar theine nan speur.
Ghluais Fillean mar cheathach ri tom.*

Tam in primo versu *cluaran mu Lora nan* quam in secundo *Roinne mar theine nan* duos dactylos efficiunt loco duorum trochaeorum, in tertio *cheathach ri* unum dactylum.

Deest in his carminibus saepius assonantia omnino, ut in primis versibus supra allatis. Adesse tamen structuram assonantiae finalis, ut in vetustis hibernicis carminibus, tam copulativam quam contrapositam, jam pauca haec probabunt exempla.

Structuram copulativam cum assonantia plerumque dimidia offert carminis inscripti *Fionnghal* exordium:

*Shuidh Cuchullin aig balla Thira || fo dhùbhra craoibh dhuille na fusaim.
Dh' aom a shleagh ri carraig nan còs, || a sgiath mhòr r'a thaoibh air an
fheur.*

*Bha smaointean an fhir air Cairbre, || laoch a thuit leis an garbh-
chòmhrag,*

'Nuair thàinig fear coimhead a' chuain || Luath mhac Fhithil nan ceum ard.

Vix animadvertitur hic assonantia, sed magis aperta est in mox sequentibus:

*Eirich, a Chuchullin, éirich, || chí mi loingeas threun o thuath,
Grad ghluais, a chinn-uidhe na féile, || 's mòr Suaran, is lionmhor a
shluagh.*

Et inde a versu 18:

*Chunnaic mi 'n ceannard, thuir Moran, || coimeas do 'n charraig an
triath,
A shleagh mar ghiubhas air scor-bheinn, || mar ghealaich ag éirigh a
sgiath.*

Contraposita assonantia invenitur in exordio carminis in-
scripti *Cath Loduinn* 11 sq.:

*Mi coimhead air Lochlín nan sonn, || ciar uisge Uthorno nan tonn,
O'n iar-chuan a' tearnadh mo righ, || 's muir bheucach fo ghaoith a' strì.
'S neo-lionor glan òigridh nam beann || tìr choigrich a' togail fo'n
ceann.*

Quam sequitur mox copulativa adeo duplex:

*Ghairm Starno o Loduinn fear faoin, || chuireadh Fhionnghail gu cuirm
nam fleagh,
Chuimhnich an righ an òigh chaoin, || ghluais ardan a làmh ri a shleagh.*

Quae et ipsa eosdem versus praecedit inde a v. 2:

*A chaoin aiteil, gun t'fhaicinn a chaoidh, || lùbadh chuaran mu Lora
nan sian,
Thu air astar an caol-ghleann na gaoith, || c' uime thréig thu mo chluasa
co dian? etc.*

Assonantiam initialem, e. gr. hic in vocibus *chaoin chaoidh, lùbad Lora*, poëtae gnaro hibernicae vetustae structurae cognitam fuisse vix negari poterit. Obvia est haec duplex copulativa (assonantia versuum alternans secundum editionis distinctionem) etiam in medio carmine, e. gr. in *Fionnghal* 1, inde a v. 101, quem praecedit assonantia contraposita.

Ahlwardtus in versione germanica Ossianicorum poëmatum singulos versus ad singulas syllabas expressit, sed bene cavit, ne assonantias etiam exprimeret. Et quis etiam assonantias illas finales, non dicam plenas, sed dimidias vel leviores, ut vix animadvertantur, in alia lingua reddiderit?

P. 958, l. 10. Assonantia finalis bis copulans binas lineas (distichon mihi cum assonantia contrapositione) est solita forma epigrammatis cambrici, quod dicitur *pennill*, dum trium linearum epigramma dicitur *englyn*. Valde usitata sunt hodie quoque epigrammata haec *pennillion* dicta, morum praecepta potissimum tradentia, inter Cambros, quorum esse dicuntur quidam, qui centum aliquot proferant, cantum accuratissime cithara comitantes (cf. Cambro-Briton 1, 69. 70, in quo libro in pluribus locis eorum multa collecta inveniuntur). Lineae vel membra octonis syllabis constant, rarius nonis, e. gr. in hoc, cujus sententia contra solitum usum etiam in secundo disticho continuatur (Cambro-Brit. p. 29):

*Dyn a garo groth a thelyn, || sain cyghanedd, cân ag englyn,
a gar y pethau mwya tirion, || sy'n y nef y'mhlith angylion.
Yr ún ni charo dôn a chaniad, || ni chair ynddo nawr o gariad,
fe welir hwn, tra byddo byw, || yn gds gan ddyn, a chds gan ddew.*

“Homo qui amat crottam et harpam, sonum assonantiae, cantum et
epigramma,
amat res maxime amabiles, quae sunt in coelo in medio angelorum.
Is solus qui non amat tonum et concentum, non amat in se virtutem
amoris ;
videbitur hic, quamdiu fuerit vivus, in odio cum homine et odio cum
deo.”

INDICES

rerum, vocabulorum, nominum illustratorum.

1. Index hibernicus.

- A* interj. 711.
a, á pron. possess. 344. 345. 347.
a, am, at, as, is verb. subst. 476. 1129.
a, as praep. 591. *arainn, apersin* praep. nom. 619.
Accusativus temporis 888, acc. post verb. subst. *fil* 894.
act conj. significans *sed* 665, conj. temporalis significans *quando* 668.
acus conj. 663.
ad- praep. compos. 838, decomp. *fo-ad-*, *imm-ad-* 857. *ad-*, *aíd-* pro *aith-* 840.
adas conj. 673.
adbol adv. 564.
ade pron. demonstr. 356.
Adjectiva composita 825 sq., constructa 890, pronominalia 363. Adj. substantivorum loco et neutra pluralia 890. 891.
Adverbia adjectivorum 562, substantivorum 563, loci 565, temporis 568. Adv. primitiva 568.
di pron. pers. 334. 345.
aile, aill, alaile, araile pron. 363 sq.
air praep. 6. 576.
air subst. 67. *airther* adv. 283. 566.
dis subst. pron. 370.
alánd, alafer, alalucht etc. pronom. comp. 365.
am- part. priv. 829.
dm pron. dem. 357, conj. pron. 677.
am., amat, amail conj. nom. 676.
amin adv. 568.
amne adv. 568.
an, a pron. possess. 345. 347, pron. relat. 53.
an conj. 669.
an- part. priv. 829.
andúr, antar etc. adv. 566.
anall, anuas adv. 565. 566.
and adv. pron. 358. 359.
anic, anich verb. anom. 493.
Anomala flexio substantivorum 279. 280, verborum 489 sq. Anomala gradatio 285. 287.
ar, air praep. 576, compos. *ar-*, *air-* 839, decomp. *con-air-*, *do-air*, *in-air-*, *ind-air-*, *inn-air-*, *in-do-air-* 852. 857. *archenn, archiunn, archuit* praep. nom. 618. *archenn, archium, arécin, arthuus* adv. 565.
ar, arind, airind conj. 679.
aran, ara, arn, arin, arm conj. 51. 680. 1131.
Ardmacha 942.
arn, ar pron. poss. 53. 343. 346.
arna, arnach part. negat. 705.
Articuli formae 229 sq., constructio 887. 888.
as, ass praep. 591. 592, comp. *as-*, *ass-* 840, decomp. *do-as-*, *rem-as-*, *do-fo-as-*, *do-for-as* 852. 857. *asdeg* adv. 565.
Aspirationis signum 81.
Assonantia metri experts 926.
at- part. comp. 840.
atá verb. subst. 476.
Athcliath 22.
ð pron. pers. infix. vel suff., cf. *sið*.
ð futuri signum 411.
ba verb. subst. 479.
ban- subst. comp. 820.
barn, bar pron. possess. 53. 344. 346.
ben subst. decl. anom. 280.
beos adv. 569.
Beth-luis-níon 3.
bi verb. subst. 479.

- bith* intensivae significationis 824. 834.
 835.
Dóinne 67. 74.
cach, cách adj. pron. constructum 366.
 367.
-caill subst. compos. 821.
calléic, calleics adv. 564.
cammaib conj. 667.
cani, cini part. interrog. neg. 709.
ce, cia, ced pron. interrog. 361.
ce, ci, cia conj. 671, formae auctae
ceas, ciasu, cid, cit, cetu 672. 673.
ce—ce conj. disjunctivae 673.
cechtar constr. cum gen., cum *de* vel
di, ndi 369.
céin, céine conj. nom. 675.
céle subst. pron. 371.
cen praep. 613, comp. *cen-* 841, for-
 mula *cenndá, cenmíthá* 614.
cene adv. 565.
cerice, ciarice interrog. 665.
ceta, cetu, ciatu adv. 564. 569.
cindas pro *ceindas* subst. interrog. 362.
cini, cf. cani, caní.
cip pro *cib, cebí* 485.
clo, cluin, cual radix verb. anom. 490.
 491.
co praep. c. acc. 586.
co conj. 2. 682. 1131.
co adverbium indicans 563.
Colum cille, abbas Columba 937.
 Comparativus 282 sq.
 Compositio loco appositionis 820.
con, co praep. cum dat. 54. 585, com-
 pos. *con-*, *com-*, *co-* 842. 843, de-
 comp. *ad-con-*, *do-con-*, *es-con-* etc.
 852. 853, decompos. duabus praep.
 praemissis *con-ad-con-*, *do-air-con-*
 etc. 857.
con, co conj. 682. 683. 1131. *cona, con-*
nach, conaro part. neg. 416. 706.
cono, conro, coro 416. *conroib, con-*
dió etc. 485.
coni idem quod *cani, cini* 709.
 Conjugatio quadruplex temp. prim.
 activi 429.
 Conjunctiones primitivae 663 sq., no-
 minales 674, pronominales 677.
 Conjunctivus praesentis activi 454.
 456, passivi 472.
 Conjunctivus et conditionalis tempo-
 rum secundariorum 412. 449 sq.
 470 sq.
 Consonae infectae, v. infectio. Con-
 sonarum transgressiones 43 sq.
cruth, incruth conj. nom. 677.
cu-, cum- pro *co-, com-* 843.
d pron. infix. 338.
- da* pron. infix. 339.
dam conj. 664.
dana, dano conj. 665.
dar praep. 613.
 Dativus adverbii adjectivorum et sub-
 stantivorum 562. 563. Dativus sine
 praep. *do* 889.
de pron. dem. 351. 353. 354.
de praep., cf. *dí.*
de part. post compar. 283.
 Declinationis ordines duo, prior 243,
 posterior 264.
 Defectio vocalium *i, u* 15. 17.
dég conj. nom. 675.
 Deminutiva 281. 282.
 Denominativa verba 756.
 Deponentia verba 444 sq.
der- part. intensiva 834.
dí praep. 595, genitivum indicans 595.
 889, comp. *dí-, de-* 844, decomp.
imm-dí-, etar-dí 853, *díeis, díchéin*
 adv. 565.
día subst. declin. anom. 279.
dian conj. 670.
diblínaib formula pronominalis 374.
 564.
didiu conj. 357. 678.
dím conj. 665.
dío-, díu- formula decomp. pro *do-od-*
 856.
dísingur verb. loco verbi substantivi
 obvium 791. 895.
do pron. possess. 344, infix. *t* 346.
do part. verb. 419.
do praep. 597, comp. *do-* 844, decomp.
in-do-, int-, do-fo-do 853. 857, da-
 tivum indicans 597. 889, cum pro-
 nominibus suffixis loco pronominum
 pers. et poss. 892. *doréir* praep.
 nom. 618, *dógrés* adv. 565.
do- partic. qualitatis 832. 833.
dochum praep. c. gen. 620.
dodiu - form. decomp. pro *do-do-od-*
 858.
doich, donich verb. anom. 493.
dono conj. 665.
dotlé verb. anom. 491.
du-, v. do-
 Dualis 275 sq.
duine subst. decl. anom. 279.
dún subst. compos. 820.
Dunedene Edenburg 521.
Dúinlethglaisse 942.
dús in, dús im formula interrogativa
 708.
é, he pron. pers. 333. 334.
é- partic. privat. 831.
echtár praep. 616.

Eclipsis 200.

ed, hed pron. pers. neutr. 333.

ed-, id- pro *aith-, aith-* 840.

Elisio vocalium 33 sq.

én pron. dem. 357, conj. pron. 677.

emíth emíth conj. disjunct. 674.

er-, ir- praep., vide *ar, air*.

ér- partic. intens. 834.

Erend, érens 74.

es, ess praep., v. *as, ass*.

es- part. privat. 831.

ét, éit verb. anom. 491.

etar, eter, etir praep. 615, comp. *etar-, eter-* 844, decomp. *do-etar-* 853.

etir, itir adv. 568.

f orta e v 65, e b 72.

fa pro *ba*, v. *im-ba*.

fa, v. *fo*.

far praep., v. *for*.

farn, far pron. poss. 53. 344. 346.

féin, féin pron. cum formis variantibus 372. 373.

ferr compar. 286.

fiad praep. 598.

fir- significationis intensivae 834.

fis, fit, finn rad. verb. anom. 499. 490.

Flexionis vocales substantivi et verbi

internae et externae 243. 428.

fo praep. 582, comp. *fo-, fa-, fu-* 844,

decomp. *do-fo-, imm-fo-, immo-* 853.

854, tripl. *do-air-fo, aith-do-fo* etc.

857. *foréir, fobíth* praep. nom. 618.

foleith adv. 565. *fo* indicans adv.

num. 315. 565.

for praep. 583, compos. *for-* 845, de-

comp. *air-for-, do-for-, tar-for-*

854. 855, tripl. *con-do-for-* 857.

fri praep. 606, compos. *fríth-, fris-*

845. 846, ejus diversae significatio-

nes 607. 608. *fride* adv. 565.

fu-, v. *fo-*.

Genitivus ab adjectivis dependens 888.

889.

